IHS

MA

VDICARE POPVLVM TVV̄ IN IVSTITIA ET PAVPERES TVOS IN IVDICIO

EXPOSTVLATIO APOLOGETICA AD HENRICVM IV. Francorum & Nau. Rege xpaniss.


PRO SOCIETATE IESV.


In famosum libellum, qui INGENVA ET VERA ORAO. & in alterum, qui CATECHISMVS IESVITARVM Inscribitur:

Tum à R. P. LVD RICHEOMO Prouinciali Soc. eiusdem Gallicè data:

Tum à P. ANDREA VALLADERIO FORESIENSI ex eadem societate IESV sacerdote Theologo Latinè facta.

LVGDVNI
APVD HORATIVM CARDON
1606










VNIVERSO
GALLIARVM SENATORIO
ORDINI, AMPLISSIMIS, AC
SANCTISSIMIS OMNIBVS
LILIATI TRIBVNALIS
conſcriptis Patribus

ANDREAS VALLADERIVS
SOCIETATIS IESV
SALVTEM PERPET.



ADVERSA tempeſtate etiamnum ca-lida, ac vigente, iuſſus ante biennium ab ijs, quibus me totū in perpetuum conſultò permiſi, expoſtulationem à Ludou. Richeomo Gallicè Regi expoſitam donare libero Latio, feci id quod in me erat, vt breui magnis operis abſolutum opus emergeret. (Cancellariæ magnæ, Curiones ſummi, Patres conſcripti, Triumuiri Regij, iudices æqui, cæteri omnes

á 2 ſupre

ſupremæ Caſtrenſis Curiæ,ſanctioris Conſilij, & Curiarum Regni proceres) interea cùm ingenti apparatu,Regis mortalium omnium beneuolentiſsimi immortali clementia obuerſas machinas diſpuluerante, ita reſtituti eſſemus in integrum, vt vrbes Galliæ Regio beneficio feſtos dies acturæ viderẽtur,exoptatusq́ue aduentus noſter inuſitata hominum gratulatione floreret, primùm non modò calamitatem illam eſſe non duximus, ſed,ſi quid nobis poteſt eſſe à patria charitate ſeiunctum,priuatim ad noſtrum nomen augendũ, optandã exiſtimauimus nobis fuiſſe illam, expetendamq; fortunam: tum expoſtulãdi de cætero mentem abiecimus, ſuppreſſamq́ue in pluteo latinam defenſionem concoquere deliberauimus, quòd vel inutilem rebus ex ſententia compoſitis,vel feram adultis,atque firmatis iudicaremus. Verumtamen exinde obtrectatorũ recrũdeſcente,ac ſoſpite ſemper iracundia, famoſos vidimus turmatim libellos ex orco emergere, ſupra omne Phrygię monſtrum perpetua eluuione allatrantis gutturis infames: ita Phlegræo nidore flagrant, ita Tantalea ardent ſiti, vt nulla maria poſsint ardẽtem in viſceribus æſtum extinguere. Creſcit rabies in poculis: morbus enim eſt altè radicatus in venis, non naturæ humanæ cupiditas. Arcadię lapidem putes,qui inflammatus ſemel nequit

extin

extingui;iures illis odiorum Dodonæum ebullire fontem in pectore, cuius limpido amne ferunt accensos titiones extingui, extinctos accendi; ita illorum nauseabundus liuor reuiuiscendo emoritur, emoriendo reuiuiscit, cui nunquam magis iecur desit, quàm Caucaseæ volucri lacerandum:certè etiam postquàm genuinum fregit in illis.Non fuerat satis nouo pestilente circumforanearum chartarum afflatu ad singulos pene solis anfractus exhalato, cœlum corrumpere, nisi duo illa portenta,quæ Richeomus noster ad vltimum detruncauerat,trãsluteranæ Latinitatis alis subuecta,perrupta Gallicæ ditionis cauea,in liberum omnium nationum veluti circum erumperent, transnatarent Rhenum, Alpes, Pyrenæumque transcenderent ,Galliam, nõ modo nationes exteras,publico dehonestamento fœdarent, imò Regiam clementiam apud disiunctos longè populos in graues suspiciones adducerent.Ergo qui Regem,qui patriã, qui, quod caput est, Christianam Religionem vniuersam emissario illo stylo periclitari de fama sensimus, cùm aliunde nouis in Societatem criminationibus, non nisi eandem incudem pulsari omnes intelligerent, primùm stetimus in eodem illo vestigio, vna propugnatione contenti, ad quam hiscere nunquam ausi sint hactenus aduersarij: cum illud præ omnibus

ſpectauimus, vt Regiæ clementiæ, in liliato ſipario, intra Regni pulpita, ſpectata miracula, ampliori theatro, Chriſtiana latè immenſitate, etiam barbarorum, & vltimi orbis auribus inſonarent: præterea longè alius ijſdem mundi quadripartiti terminis Gallicus candor ſplendeſceret, quàm iſtæ Sepiæ inceſtauerant: innocentia ſuper hæc veſtro purpuriſſo illuſtrata luceret, & vibraret procul: dein quia litatum impudentiæ ab Eumenidia illa ſchola tanto apparatu Latinè videbamus, adacti necinopinatò, & inuitò ſumus, vt aliquando & nos pariter loqueremur, ideoq; viciſsim laxatis linguæ Latinæ compagibus, libero ferculo, in ſublime elata probatę toties integritatis antiqua germanitas triumpharet. Magnis clamoribus bracteata calumnia altè ſublata, generoſiore ſpiritu ventilanda fuerat. aſſequutus eſt Richeomus, vt validè afflicta ſuccumberet. Eſt eius, ſine controuerſia, inſigne, & florens Gallicæ dictionis pictum, & expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes ſententiarum illigentur lepores: ſtylus amplus, copioſus, grauis, præpotẽs, opulentus: curſu magno, ſonituq; rapitur: modò irrepit, modò perfringit: vltra ripas ita interdum inſtar præcipitantis torrentis exundat, vt aduerſa non tam ſepta tranſcendat, quàm ſternat, & obruat: ſæpe verſatur in lubrico, nunquam cadit: grauis

grauis,acer,ardens,cōcitatus fulgurat,tonat,permiſcet Græciam, quod de Pericle memini dicere Ariſtophanē. Quidni verò in grauiſſima omniū, eaque afflicta propemodū cauſa, quam ipſe Carneades faſtidiret, omnis illius Heroicæ eloquentiæ neruoſa contentio adhiberetur?ſcilicet in qua ſunt Rei Reges omni memoria glorioſiſsimi, Reus Pōtifex,Rea Eccleſia;teſtes,populi, Regna, Europa,ſola terrarū;arbitri,nepotes,qui audient, tota poſteritas,quæ incorruptè iudicabit;pluteus, orbis Chriſtianus quaqua protenditur vniuerſus; diſceptatores,Henricus IIII. & cæteri Principes; tribunal,editum cælū;iudex,læſum, & violatum numen; accuſatores, teterrimi fidei Catholicæ hoſtes coniurati;præcones, famoſi omnium maledictorū buccinatores libelli;apparitores,ſcribę, notarij,ſaccularij,quotquot Lutherani,quotquot Caluiniani: caput cauſæ, PIETATIS CHRISTIANÆ PROSCRIPTIO;Pontificis Max.odium deteſtabile,ſacrorum euerſio, Caluini triumphus: nam illi Ieſuitæ appetiti,qui intermortuis vocibus nominantur,prætextus modò ſunt, & colores, ac laruæ,quibus erubeſcendum illud os obuelatum abſcondant. Tantæ cauſæ quis tantus ſtylus par afferri potuit?ſanguinolenta Cæſaris toga, expectorato Aquilio,turbato,& eiulāte Tullio,exclamante, & vaticinante Demoſthene, Phryne ex-

papillata,vni capiti cauendũ fuit;omnia artis admouẽda tormẽta:quid?in qua quæstione summa res ageretur,non debuit summa illa vis eloquentiæ admoueri?at nõ potuit. debuit tamẽ:& quod fuit proximum,certè Richeomus tentauit. Ego, quod ad me attinet, fateor, perinde mihi, atque equo aiunt,accidisse,qui cùm in vestigia Leonis incurrerit, hæret, ac sistit attonitus, nec excurrit vlterius. Hæc mihi cùm demandata cura fuisset, exhorrui sanè operæpretium operis; nec porro tentassem,nisi præpotẽs obedientiæ vis exstimulasset.Me pudet profecto, quanto interuallo Maiestatem dictionis archetypæ sim assequutus; in quo nihil simile prȩter conatum inuenias:sic certò senties, postquam attentè perlegeris, Richeomum multa perficere, nos multa conari, illum posse,nos velle quocumque modo causa postulet,dicere.Sed ille magnus. nam & probatur ipse magnis: nos magnum fecissemus, siquidem potuissemus,quò ille vocauerat,peruenire.Tantum hoc pensi habui (ne vos quid celem) vt quod Cicero,hoc est, vt Fabius inquit, ipsius eloquentiæ vox,in Platonis Timæo, Xenophontis Oeconomico,Demosthenis,Æschinisq; orationibus conuertẽdis præstitisset,id ego,quantũ in me esset,assequerer, vt ne verbum verbo anxiè redderetur; tantum virtutibus vterer omnibus,id est sententiis

tijs,& earum figuris,& rerum ordine, quæ opere Gallico continentur; de cætero eatenus verba persequerer,vt ea à more latino non abhorrerēt; quæ si è Gallicis omnia conuersa non erunt, vel si erunt potius fusè aliquando cum fœnore dilatata, tamen vt generis eiusdem essent religiosè elaborauimus. Vnùm me confido obtinuisse, ita loquutum,vt me facile omnes intelligerent, memor Apollonium illum celebrem aliquandò dixisse obscuro scriptori, qui sese ipse v[illegible] caperet, si nollet intelligi,vt taceret. Certè quidem cùm obuersarentur animo duo styli, ille Philologus lacernosus,iste Ciceronianus, & purus;illum afferre etsi potui, nolui, hunc quamquam volui, non potui;studui tamen, & expetiui:ille cui Carmenta matre, aut Delio natatore ipsi sit opus, verba in medio posita aspernatur, vsitata contemnit, venatur abstrusa, insueta miratur, quæ nemini, aut paucis sint cognita adorat, vt plura legisse, plura notasse gloriosulus videatur: quæ venosus Accius, quæ verrucosus Pacuuius, quæ Priscus Ennius priscè dixerint, summo studio, & docta veluti quadam loquendi sartagine consectatur. Alter ille est, qui vno tenore in dicendo fluit, qui optima ducit, quæ nitidissima, quæ sonantissima,quæ captu facillima verba, ne cùm loqui tantum doctis se iactat,nemini loqua-
 tur,

tur,quod de Cepasio Tullius lusit, qui adeo magnificè perorasset, vt ex tam multis auditoribus ne vnus quidem quid sibi ille vellet, intelligeret. Satis placuimus, si persuasimus: persuasimus autem, si satis germanæ veritatis sensa patefecimus. Tandem propitio numine prosperante, Rege beneuolente, Pontifice rogante, Regno efflagitante, Societatem patriæ postliminio redonatam, & restitutam videmus. Clementissimo Principi pro vindicata innocentia, quanquam referri gratia tanta non potuit, quanta debebatur, habita tamē tanta est, quantam maximam animi nostri capere potuerunt: reliqua manent, vel in posteritatis spem nexu sempiterno commissa, vel in ipsam æternitatem reseruata, vbi immortali Principis munificentiæ, non vnius diei prædicationem referemus, sed immortalitatem à numine pro tantis meritis persolutam gratulabimur: Deum, Deum esse oportet, qui extraordinariam maximi Regis erga nos beneuolentiam, immensam gratiam, inusitatam clementiam diuina quadam manu compenset excelsioris gloriæ sempiterno fœnore remunerandam. At vos qua ego alia voce compellem, patres, nisi qua dulcissimos parentes proba indole nati, & bene morati solent liberi? vos paterna magis quàm indulgentia Societatem proiectam, proculcatamque in vestro veluti gre-

mio ſuſcepiſtis;alij nullum amoris,nullum pietatatis officium,ſumma vacillante fortuna, omiſiſtis;alij inimicitias maledicentiſsimorum hominum pro nobis, difficillimis, profligatiſsimiſque temporibus contempſiſtis;alij authoritatem Regiam, inimicorum noſtrorum telis obieciſtis;alij præcelſam purpuram,pro deſerta ſacricola familia,ad pedes benigniſsimi Principis ſupplicē abieciſtis;alij ventos,nymbos, procellas, tempeſtates turbulentiſsimas communium temporum, cùm fremerēt,cùm deſpumarent,cùm inſanirent maximè, neglexiſtis, fregiſtis, diſſipaſtis, auertiſtis maximè; alij, quod maximū fuit,Regiæ volūtati aſſenſiſtis,cui intercedi,niſi bene nobis velletis,poterat;edicta Principis,veſtris Senatuſconſultis,& rogationibus ſanctiora feciſtis; denique, Deo authore,placati eſtis,fauiſtis multū, nō parū iuuiſtis;alij nubilo tēpore, tonāte cœlo, ebulliēte ſalo, inexpectata Religioſis exulibus Alcedonia comparaſtis; vos memores Franci cādoris,patriæ fidei,auitę pietatis,vos,inquam,ille flos delibatus clariſſimi lilij, illuſtris portio claræ purpuræ, in tā lapſis rebus erectos animos oſtendiſtis: Caluino è faucibus prædam, victoriam, triumphum, ſpem ipſam denique eripuiſtis,quæ innocentibus, quæ veritati,quæ Religioni Catholicæ redderetis; vos oraculum Regni humanum,templum ſanctitatis, ampli-

amplitudinis,mentis,consilij publici, caput iudiciorum,ara innocẽtum,portus afflictorum,sedes iustitiæ,Reipublicæ nexus, præsidium æquitatis, tutela legum,anchora securitatis, trãquillitatisq; publicæ, specula Religionis, inexpugnabile Catholicæ pietatis impietati, & errori oppositum, atque obiectum propugnaculum,de nobis meriti præclarè estis.Quid verò restat?quid habeo,quod dicam?quod faciam pro vestris tot,ac tantis meritis,patres nostri?omnia nos vobis,omni ære, ac libra nexos, atque obligatos obstringunt: malum! quòd nos soluendo nec sumus, nec erimus vnquam,quando tantum beneficium est, quantum verba proferre, animus capere, facta exæquare nõ possunt. Audio vos,quomodo Themistoclem, apud Herodotum, parem gratiam meritis vestris exigere. Ille bello nauali Persico, postquàm Andriorum gentem, Reipublicæ incõmodo,aduersus Persarum impetum defendisset, pecuniæ aliquid ad communes belli sumptus resarciendos prout collatæ gratiæ vsuram postulauit: abnuẽtibus Andrijs,subiecit tantillum officij Athenienses exposcere duobus maximis fretos numinibus Diua Necessitate, & Diua suada: illi contrà duo popularia numina indigentiam, & difficultatem extremam obtendere,instare duabus hisce item sese teneri Diuis obnoxios, quare pecuniam necfactam,

factam, nec infectam se in præsentiarum daturos. Fateor, Patres consc. nobis tot suadas, dies, ac noctes obstrepere, nobisque quodãmodo mutuum exprobrare, quot nos obnoxij sumus, quot vos creditores estis, quot vitas viuimus, quot spiritus ducimus, quot vrbes incolimus: alia parte, inexpiabilem nobis esse à vestris beneficijs necessitatem impositam, vt vel nos gratos præbeamus, vel viuere, ac mori cogamur ingrati. Verùm quid faciatis istis pauperibus, qui accipere norunt, debere sciunt, referre volunt, persoluere nõ possunt? accusate, si fas est, illa duo nõ tã numina, quã tela fortunæ imbecillitatẽ, quæ vetat, penuriã, quę obstat, nos vt velimus maximè gratos esse. Quãquã ignoscite sanè; qui grata mente accipit gratiam, non potest penitus esse ingratus. Beneficium qui dat, vult accipi gratè; habet quod voluit, si bene acceptum est; non enim gratiam cauponatur: interim mercedem expectet, si aliud, quàm gratiam dedit. Ego ipsam fere bene accipiendo persolui, si aliud, quàm bene accipere, non potui. Enimuero hominem vnum nudum, quod parœmia fertur, centum robustissimi Ægyptij spoliare non possunt. Tres Gratias amo, quæ sorores sint, quæ manibus implexis, quæ ridẽtes, quæ iuuenes, quæ virgines, quæ soluta veste, conspicuo corpore. Si amabimus, quod semper faciemus, vos magis
quàm

quàm veſtra, germanitatem ſororiam alternabimus: ſi opere, & obſequio, omnia in Reipubl. quam amplexamini, commoda cõferemus, conſertis vobiſcum, complexiſque brachijs operabimur: ſi grata, ſi hilara, ſi feſta ſemper indole, veſtra merita decantabimus, vernantem, gemmantemque quodammodo in beneficio ſpeciem referemus: ſi nunquam illam memoriam ſinemus, ne cum æternitate quidem conſeneſcere, naſcetur ſemper in abdito pectoris nunquam vieta recordatio: ibi ſqualore deciſo, omnibus annis, veſtri iucunda memoria iuueneſcet: ſi, exporrecta denique fronte, accepti beneficij auctoramenta præ nobis feremus, ſi toto orbe profitebimur, imo ſi propriæ egeſtatis verecundiam, ſi imparis animi ruborem, ſi virium quandam deformitatem non modo non celabimus, ſed omnium oculis, omni ingenua ſimplicitate exponemus; ſi pectus ipſum intimum, ſi cor arcanum, ſi ipſa æterni affectus viſcera penetralia veſtris omnium obſequijs patefacta magis, quàm oculis diuulgabimus, nihil iam vel obſcurum in gratia, vel obuelatum in animo, vel maſtrucatum, atque veſtitum in amore mutuo reſidebit. Quin vnam auerſam Gratiam referemus, nihil vt retribuiſſe nos vnquam ſatis videamus, factorumque veterum nouis factis, non tam ora, quàm terga ſpectemus: duas toto

tq vultu conuersas exhibebimus, vt vel omnia semper à vobis profecta contemplemur, vel omnia à nobis referenda præ oculis habeamus; plenumque dulcissimæ gratiæ veluti lacteolum, semper fœcundum, & scaturiens pectus præferamus. Hoc sentimus, hoc volumus, hoc vouemus, hoc confidimus; omnes, omnes. Item ego maximè, infimus vnus ex omnibus. Valete, & viuite. Lugduno, è nostro collegio, ad XV. Kal. Aprileis anno Christiani æui M.DC.VI.



SVMMA PRIVILEGII,
A CHRISTIANISSIMO GALLIARVM REGE OBTENTI.

HENRICI IV. Galliæ, & Nauarræ Regis Diplomate cautum est, ne quis in suo regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos decẽ, à die impressionis prima inchoandos, excudat, vendat, excudendum, vendendumque quouis modo, ac ratione conetur librum. qui inscribitur, *Expostulatio Apologetica ad Henricum IV. pro Societate Iesu*, præter Horatium Cardon Bibliopolam Lugdunensem, aut illos, quibus ipse concesserit: sub pœnis Originali diplomate contra delinquentes expressis. Datum Parisijs quinta die mensis Martij, anno 1606.

De mandato Regis,

Signatum

DVFOS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis Iesu, in prouincia Lugdunensi.

Ludouicus Richeomus Prouincialis Collegiorum Societatis Iesu, in prouincia Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Societati à Rege Christianissimo Henrico III. die x. mensis Maii, anni 1583. *concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque illorum permissione imprimant: permittit Horatio Cardon Lugdunensi Bibliopolæ, vt* Expostulationem Apologeticam ad Henricum IV. pro Societate Iesu, *ad decem proximos annos imprimere ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni die vndecima Ianuarij*, 1606.

RICHEOMVS



POMPONIO BELLIEVRIO REGNI MAXIMO CANCELLARIO VIRO CLARISSIMO; LVDOVICVS RICHEOMVS S.



VÒD MAGNO *delectu, ingenti approbatione, maximo consilio, Rex te vnum è multis, qui in puluinato liliatæ curiæ tribunali, clarissima cum laude versantur, elegit, quem in suprema summi iuris emendatrice iurisdictione principem esse vellet; nihil quæsiuit aliud, POMPONI, nisi vt iustitiã, grauitatẽ, humanitatẽ, fidẽ, & illa reliqua virtutum maximarum in te decora videremus, quæ multis magnis in Gallicã Maiestatem obsequijs, studijsq́, tot annis, tot periculosissimis, & difficillimis in rebus testata reliquisti: rara prudentia, exquisita scientia, immensa experientia, spectata probitate, explorata fide, ratione verò mirabili ad laudem, & prope singulari; alijsq́, naturæ præclarissimis adiumẽtis, quæ in summo magistratu spectata fecerunt, vt te ille dignum Regia nominatione censeret, quem in hunc dignitatis gradũ toto Regno amplissimũ, atque*

ẽ *excelsi*

excelsissimũ cooptaret. Quo certo suo, & publico iudicio, præter quam quòd tuã gloriam ad summum extulit; Regnum, quod sua virtute deuicerat, hoc magno deuinxit præterea veluti cõgiario, quòd te nobis tantũ, tam ornatum rebus omnibus, tam eximijs titulis cõmendatum, iuris author̃, & principem dedit; qui grauissimorũ operum, munerumq́; functionibus, magnis imprimis, & arduis præficeretre: qui liliiferæ Maiestati, vt quàm Christianissimè imperaret, opera, studio, consilio, tanquam adminiculo præstò esses: qui Regalis authoritatis clauum tenere, legũ, ac iuris gubernacula tractare, summæ ditionis totius Regni administrationem sustinere posses: qui curiæ Prætorianæ caput, & princeps, Consilij sanctioris penetrale veluti corculum, sceptri, atque liliorum ocellus, consultationũ dextera opifex, iudiciorũ interpres, quæstionũ sequester, edictorũ oraculum; qui optimatũ decus, plebis columen, pater populi, improborum vltor, innocentiũ vindex, pauperũ propugnator, depulsor, vexatorq́; calũniæ; qui subsidiũ afflictæ, & laborãtis Reip. extinctor ciuilis latrocinij, repressor iniuriæ quotidianæ, custos templorũ, atque tectorum; qui præsidium Senatus, propugnaculum fori, arx æquitatis, ara clementiæ, portus publicæ charitatis, hoc est, vt deniq; dicã, potentissimi, florentissimíque Regni Nomophylax, certè cõmunis salutis effector, & author existeres.

Inculta plebecula, vel qui splendore tantũ honoris, humanæq́; gloriæ obstupefacti altius à terra mentẽ attollere non possunt, hoc tibi donatũ interpretabuntur: ego verò tantũ abest, id vt sentiam, vt illos plurimũ vidisse, & totam eius muneris rationem, omniáque momenta altiori iudicio perpendisse, arbitrer, qui beneficium non tàm datum tibi æstimant, quàm Regno,

gno, quàm populo, quàm Reipublicæ collatum. Nam tibi Rex modo onus imposuit, Regno eius oneris vsum, virtutúmque vsuram tuarũ, quasi opimi latifundij fructum impertijt. Maximum, atque illustre lumen edito, & conspicuo amplitudinis in loco collocauit, vnde quamplurimis illucesceret: illustri, ac stellato cælo huius quasi in angustum contractæ vniuersitatis Gallicæ altè defixit, vt indidem omnia luce sua lustraret, & compleret; vim beneficã, fœcũdos satus, benignas aspirationes, vitales radios quaquauersum latè in subiecta corpora eiacularetur; salutari omnia apricatione facilius eo, & benignius recrearet, quo excelsius ex illo veluti orbe flammeo, & radiato nitesceret. Fuit hoc donum ex tot, ac tantis luminibus magis sanè Regiũ, magis magnificum, magis eximium, audeo dicere magis diuinũ: maior ex eo facto ad Principis gloriã cumulus accessit, vel quòd rem eam circumspectione maiori, accuratiore, iudicio, paterna magis, & diffusa in plures, & tenera charitate, deriuata longè beneuolentia, præstitit: vel quòd nõ domesticum quoddã, & singulare lucrum, sed cõmune huius imperij commodum; non priuatæ familiæ quæstum, verùm ditionis amplissimæ emolumentum; non tam priuati cuiusquã hominis gratiam, quàm plurimarum, & maximarum gentium vtilitatem Regia illa tuæ virtutis cõmendatione magnifica spectauit. Quanquam est sanè, quòd id propriè etiã esse tuum, quódque priuatim maximopere te eius beneficij sempiterna memoria obstrictum, & obligatũ putes, quippe eo diuino magis, quã Regio munere ornatum, vt præclaram ansam benemerẽdi de sanctissimo numine, de pulcherrimo, atque augustissimo Regno, de Francorum genere vniuerso, de maximis, numerosissi-

mis, diuersissimis gentibus, quæ vel fœderis, & societatis, vel quæstus, atque commercij ex Gallia fructum accipiunt, nanciscerere.

Doleo, Pomponi, me nullis meis meritis fretum, quibus me destitutum esse sentio, quæ præmitti tamen necesse erat, ausum esse hanc meam supplicem implorationem tibi offerre, nō alijs copijs instructam, quàm sola virtutum tuarū germana, ac vera commemoratione subnixā Regiæ Maiestati, tuo beneficio, repræsentandam. Ius, & fas, leges, edicta, decreta, plebiscita, instituta maiorum, illa æquitatis ratio vniuersa, quæ pertinet ad omnes, conseruata vsque ad hoc tempus, seculorum omnium consuetudine confirmata cuiuis Reo actionem iniuriarum præstitutam, legitimā criminis deprecandi veniam pōsitam, litem damni iniuria contestatam liberam apud Principem esse voluerunt, vt cuique gemere, plorare, cōqueri, ius suum experiri, vim vi repellere, confugere denique ad communem parentem liceret. Statui apud Regem experiri pro defensione vnius læsi, & opprēssi corporis Religiosæ familiæ maledicentissimorum hominum obtrectationibus circumuentæ. Si intercessore aliquo comparato fuerat opus, quo potius, quàm illo, quem propugnatorem, atque pātronū deserti, vexatique iuris, quem oppressorum columen, quē miserorum tutorē, quem propugnatorem Regum, quem legum defensorem, quē pauperum veluti patrem Dei, & Regis beneficio consequuti sumus? si pro iusta querela exaudienda, si pro iure nostro recuperando, si pro æquitate contra iniuriam, pro innocentia cōtra calumniam, pro opportuna ope cōtra conuiciatorum apertam, extremámque vim implorandā, assessorem Principi expetebamus, quē mallemus

omnium,quàm Regiæ vocis interpretē? consilij sanctioris authorem? innocentum custodem,ac vindicem? improbitatis, & sceleris vltorē? perfidiæ,& iniquitatis infestissimum, ac terribilē inimicum, Regis prouisione maxima, collocatum? si chartæ istæ meæ, & libellorum meorum pagellæ permagni in Republica momenti rem vnam cōplectuntur, quem ad magistratum potissimū eam spectabit capessere,percōtari, tueri, aut Regi in manum æstimandam,& ponderandam dare,præter Nomophylacem Regni, penes quem Princeps excelsissimi honoris,ac iuris Prætorios fasces esse voluit,ad cognoscenda,expendenda, expedienda grauissima quæque Reip. negotia, cuiusmodi nos modò pertractamus? operosum, Deus immortalis! & amplū,& graue,& magnū? Nam pro Societate haud quaquā est nobis ista suscepta, tametsi illius causa concepta defensio: communi bono duntaxat primùm Religionis, tum ciuilis status,in quibus desudat,& elaborat Societas, patrocinamur: nec verò tantummodò ius istic nostrum exponendum mihi,& repetendum, et ad summā veritatem exigendū proposui aduersus hostiū vel cauillatiunculas,vel maledicta in nos asperè,& ferociter cōiecta: sed infirmo,præter hæc, errores ingentes spississimos,varia volaticarū opinionum excogitata cōmenta confuto,sectariorū hæreticas, erraticásque ariolationes quāplures suo numero vagas,& sparsas explodo: quāplurima dogmata cultui diuino aduersa, statui politico dissentanea, sensui humano inuisa,bono communi exitiosa,orthodoxæ doctrinæ contraria reprehendo. Ipse pro æquitate omnia Rex æstimabit, librabítque ponderibus suis,ac de iure nostro rite percepto,simul de innoxiorū salute dignam sententiam feret: tum tute ipse,

 Pom

Pomponi, iudicium de re comperta, testata, & expedita pronunciabis. Ego mortalium omnium intemperantissimum obtrectatorem omnibus vestigiis deerrantem insector; insidiosum bonis omnibus, iniurium mirabiliter in Maiestatem, & in Regem suum: non eo magis, quòd illi execratum opus omni turpitudine, & scelere infame contra ius, fasq́, contra conscientiam, contra tot Regum nostrorum edicta sanctissima, eaq́, conceptissima, nuncupare non est verecūdatus; quàm quòd eam ipsam Regiam Maiestatem, atque amplitudinem, insigni turpificatæ mentis dehonestamēto dedecorat, quando eam animi impotentis effrenationi, & exulceratæ infinito odio cupiditati prætexere non erubescit: quam cùm, præclaro colore quæsito, ipsa specie prima aspectabili tueri velle videretur, insciētia potius, & non ferenda ignoratione depressit; impudentia, & stupore calcauit, omnium iniuriarū, errorum, libidinum, maledictionum, criminum immoderata licētia violauit: nihil ad extremum aut voluit, aut potuit, aut egit, aut pensi aliud habuit, quàm Iesuitas probris figere, maledictis vexare, calūniis perdere, procacitate ferbere, petulantia fodicare, reliqua illa immanis, cruenti, & barbari pectoris īmpressione demergere, obruere, exterminare. Alterum insuper sycophantam immortaliter efferatum patefacere deliberaui Regum omnium omni probata, atque conuicta perduellione insectatorem impudentissimum, & verò nostrorum imprimis Regum infestissimum hostem, quos inurere suis notis, quos deformare conuiciis, quos infamare mendaciis, quos violare sacrilegiis, quemadmodū ex eius scriptis comprobabo, in principe ciuitate, in libero Regno, tanta intolerantia, tam præcipiti furore, & scelere est ausus. Hi duo illi

ſunt togati vulturij; duo fata Chriſtianæ Reipublicæ; geminæ huiuſce Regni voragines, bini turbines publicæ pacis, duplex calumniatorum nobiliſſimum documentum; duo inſigniſſima omnium, quæ adhuc vidit, aut tulit Francia, togæ, ac fori dedecora, inde ex eo tẽpore, cùm Lutheri Tartarea rabie grauidatus abortus mõſtra profudit ſolo Galliarum, & cœlo hactenus, quod D. Hieronymus aliquando dicebat, incognita. Nam tribus maximè ex rebus extremi ſupplicij, & pœnæ eius, quæ grauiſſima Legibus decerni ſolet, tenentur obnoxij: primùm audacia, & impudentia, quòd apparata atrocitate, & celebri fallacia, omnium opprobriorum, omnium mendaciorum quantumuis inuiſa portenta omni horrenda aſſeueratione affirmãt: deinde errore, & inſcitia, quando nec rudimenta, aut ipſa incunabula Chriſtianæ doctrinæ tractaſſe aliquando; nec eius diſciplinæ, quam tot annis, tanto Reipublicæ intertrimento, profitentur, initia, vel primoribus labris delibaſſe, vel extremis, quomodo aiunt, digitis attigiſſe vnquam vidẽtur: tum demum extrema libidine, atque nequitia, poſtquam illos nõ pudet fabellas aniles inuehere, nugas vendere, inaudita mẽdacia interpolare, citra modum, contra verum; apertam veritatem pigmẽtis, ac fuco muliebriter calamiſtratã adulterare, vltra conſcientiam: ſacra, & diuina omnia profana habere, conſputare, inexpiabili ſcelere polluere, peruertere, imminuere, præter pietatem, religionem, fidem. Ac verò non dubito, quin illa gemina Chriſtiani generis famoſa propudia, cũ famoſos libellos ſuos venenati animi informes fœtus allamberent, atq; in auras effunderent, iam tanto antè clara præſagitione proſpexerint fore, vt ipſorũ conficta calumniæ deprehenſæ ſerius ocyùs in apertam lucem proderentur

tur,ipsaq́; tandem aliquando demersa veritas enataret, quæ illi impurā gulam præfocatam oblideret: illos tamen sua fraus, suū facinus, innata vitiositas porro cò impulit, extimulauit, omni abrupto, & violēto furore prouexit, vbi amissis rationis antennis, sin minus victoriam sibi, atque triumphum legitimum pollicerentur, at certè eam animi antecaptam voluptatem haurirent, quam ex conturbata tantisper innocentia, anticipatione quadam sceleris, se consequuturos esse confiderent; dum innocentes suo iure tuendo dū, puluere luminibus sacris asperso excutiendo, dum eluendis obscœnæ fœditatis criminosis maculis distinerentur. Præterea fortassis illam prædam, illas manubias, illa opima rei præclarè gestæ authoramenta aucupabātur, quòd certo sperarent nonnullā vt minimum criminationum suarum æternā maculam eorū, quos probro deformassent, nomini adhæsuram, quam nulla vnquā ætas, etiam cùm obiecta omnia diluissent, posset eluere. Immanis, & fera disciplina ex prisci illius Plagiariorū principis Medij quasi Phalaridio tauro deprōpta, qui cùm tota antiquitate nobilissimus, & cōsceleratissimus quadruplator haberetur, qui honestatis ipsam speciem, qui probitatē, qui sanctissimos, atq; integerrimos quosq;, de industria, viros ad summū inimicissimè insectaretur, hoc præseferre, hoc crebris vsurpare sermonibus solebat, haud temperandum esse, quominus quos quis odisset, quouis maledicto, & probro morderet, stimularet, foderet, laceraret: tametsi enim mederētur ipsi vulneribus, at cicatricem tamen diuturnam in fama futuram: illiberale, distortū, Tartareū ingeniū, quo istorum sanguinarius stylus animatus, audacia armata, libido succēsa, impunitas elata desæuiit: qui multo quàm ille Medius maioris culpæ, ac sceleris

ris cōuicti tenentur,& grauioris mulctæ irrogatione obstricti, ac nexi:nā cū Aduocati ijdē ipsi sint,& iuris publici vindicādi munere vterq; fungātur,eo ipso monitos eos esse oportuit calumniā inferri ab ipsis non posse absq; manifesto crimine detestandi periurij:sæpenumero enim se,dum munus exercēt, ad stringēdam fidem,arctissima, eáque solenni, & sacra iurisiurandi religione deuinciunt,ac deuouent nullum se vnquā conuicio,nullum calumniæ aut verbū,aut locum, aut patrocinium esse accommodaturos.

Equidē,vt nihil aliud ego assequar,quàm,vt eos sua luce prodam;quàm vt eorum famosos libellos omni turpitudine inquinatissimos publicè iusto præconio proclamatos efferam;quā vt è suis cubilibus ipsos,vbi prout immansuetæ, & crudeles belluæ latitant, non modò vestigijs indagatis, illorum ingressus odoratus,sed,totis volutationibus corporis,eorum latibula insectatus foras abducā, confido Regi expostulationem hanc, & defensionem meam non iustam solùm visum iri, atque vtilem, sed præterea cordi esse futuram;tum etiam, Pomponi,te de tuo sensu sententiā esse laturum, eam nec tuâ humanitate alienā, nec tuo patrocinio auersandā,nec tua interpositione indignam existimandam: simul haud dubiè iudicaturum hos falsorum criminum architectos, mendaciorum venditores quisquiliarios,par calumniatorū malitiosissimum,cum vexatricibus illis suis adulteratæ integritatis scriptiunculis, longè maximo cruciatu,suppliciòque, & grauiori multo pœna, quàm orationis meæ quantulacunque castigatione dignissimos videri. Namque te non fugit profectò ab illis Francorum Regum edicta violata,Regni sanctiones elusas,scita nationum omnium proculcata

culcata: quare vinctos omni iudicio, illaqueatos omnium legum seueritate, alligatos expectatione extremi supplicij, totius iuris sacra execratione irretitos teneri, cuius recepta apud omnes populos authoritate inter omnes homines sacrosancta, famosorum libellorum authoribus publica ignominia, inexpiabile dedecus, sempiterna infamia irrogatur, adeo vt nec ius vllum illis, aut vlla legitima testamenti factio relinquatur. Atqui ille alter, præterquàm cōmentarium edidit innumerabilibus maledictis, omniū falsitatum inusitata proditione nocentissimum, ad sceleris cumulū, etiam Regi Regis cōtemptor, & Maiestati ipse Maiestatis oppressor inscripsit: clara irrisione, sceleratissimo ludibrio, diuina interposita decreta contempsit. Regem coram Rege, ante eius oculos, in ore Regni, ipsa luce palam, Principem suum impunè despexit, elusit, irrisit. Alter cui Parisiis monstrū in Regia, ad luparam effundere, intercedente magistratu, non licuisset, Rupellanis prælis abortiuit, Catholicus ille Romanus noster, superi! opera Rupellanorum, eius frugi quippe nationis, adeo Catholici nominis studiosæ abusus, ad deformandū omni extrema fœditate, Deo sacrum, & dicatū ordinem, toti orbi probatū, acceptum bonis, formidatum improbis, inuisum hæreticis, fructuosum barbaris, perduellium sectarum certū, atque infestum inimicum, Catholicæ Ecclesiæ vniuersæ haud dubia significatione, consentientissimo suffragio, explorata sententia comprobatum: in quo perdendo, & obruēdo, nihil adeo non tentauit, vt quod in poëtarū fabellis desperatæ fœminæ bacchatū caput effictum exhibuit, ille maioribus furijs concitatus ad veri perfectam quandam speciem expresserit, vt quæ illà lymphata infremuit, non iam ad

ad voluptatem aurium poëticè decantata, sed ad furorem huius forma hominis indutæ furiæ præcinendum prædicta esse videantur, FLECTERE SI NEQVEO SVPEROS, ACHERONTA MOVEBO.

Faxint superi, illáq; faxit interminata numinis prouidentia, vt diuina ope aliqua conualescant ab inueterata ægritudine aliquando: vt, meliori aliqua luce in illorum densissimis tenebris intermicante, aperiant tandem mentis oculos vt voluntatibus illorum repressis, nocendíque impofterum facultate sublata, & copia constringantur. Tuæ verò humanitatis erit, præstantisq́; naturæ, Pomponi, desertæ virtutis, & innocentiæ patrocinium suscipere; saltem, quod omnibus à te votis efflagitamus, hanc nostram expostulationẽ Regi offerre: hoc vnum, hoc summum est fauoris, & gratiæ, quod ego te, si quid potest tenuis, inopis, sorditati Religiosi supplicatio, omni abiecto, & depresso animo exprompta, deposco: hac tanta fiducia tuæ virtutis, hoc tam aperto iure causæ præclaræ, hoc felici elapsi anni supra millenum sexcenteni secundi appetente exitu; ad Antediẽ Calend. Ian. clarissimo crastino iubare, vna cum auspicatissimo rediuiuo anno reuertente. Quod ego tametsi nullo meo sum benefacto promeritus, at ea ipsa causa, quæ me ad petendum impulit; ipsa Catholica Ecclesia, quam laterum meorũ oppositu defendo; quam tu semper eximio cultu, singulari officio, incredibili studio dilexisti, coluisti, texisti: ipsa illa eius dignitas, ac Maiestas, cuius nomine tuã opem imploro; summa tua in illum obseruantia, cuius munere in hũc excelsissimum es euectus dignitatis gradum; ratio, amplitudo, dignitas, gradus personæ ad extremum tuæ, quem

vniuersi

vniuersi liliati imperij speculatorem, parentem, custodem habemus; hæc, inquam, omnia satis amplam fiduciam, ius verò ingens, at etiam certam audaciam afferunt mihi expostulandi; tibi iustam, & præclaram ansam me audiendi. Quod reliquum est, quoad possum, ac scio, iustæ gratiæ, & strenarum loco præpotentē ego illum Deum, quē propter maiestatē amplissimam populus Christianus Regem Regum, Dominū dominantium nominauit, precor, ac quæso, vt continuato fauore, & firmata gratia, ingentia tua, & spectata, in Gallicam Maiestatem merita, magis in dies, ac magis perpetuata, pro hoc sceptro tuendo, fortunet extollat, amplificet: tum te ad illud tandem efferat nulla vetustate deperiturum Regnum, suis paratum, Dei altissimum domicilium, vbi beati sempiterno æuo fruuntur in cælo. Vale plurimum.





HENRICO IV.
REGI CHRISTIANISSIMO.



MAXIMVS Princeps, ille fatidicus fidicen Dauid, mœstus, & sordidatus, oculis illacrymãtibus, voce intercepta suspirijs, saucio, & exulcerato pectore, illa sua lugubri lamentatione, fletúque mœrẽte, maximo sensu summæ cuiusdam, & tenerrimæ pietatis, ad hunc modum numini, quasi parenti dulcissimo supplicabat. VSQVEQVO DOMINE OBLIVISCERIS MEI IN FINEM? VSQVEQVO AVERTIS FACIEM TVAM A ME? VSQVEQVO EXALTABITVR INIMICVS MEVS SVPER ME? Audebo, Henrice, Opt. Max. Christianissime Rex, audebo Regis amplissimi conceptis te ego verbis suppliciter, ac demissè, omni summissione languentis, afflictíque animi interpellare? in hac prima mea ingressione expostulandi? hoc meo iacente, ac penè perturbato sensu? pro iusta defensione exercitatissimæ huius Societatis ad extremũ exitium expetitæ

titæ? quæ iacet? quæ dolet? quæ mœret? quæ lamentabili voce deplorat? quæ mihi pectus materna sua charitate transuerberat? quæ ab octo iam annis vindicem illam dextram, & Regiam pietatem implorat tuam? quæ me ipsa tandem in hæc illa lamenta prorumpere hortatur? QVOVSQVE TANDEM, HENRICE, QVOVSQVE? Si culpæ cuiusquam nobis vlla fuerat pœna luenda; pertulimus pœnarum satis; euersa collegia, fortunæ vexatæ, dissipati Socij, raptata Societas est: maximo in squalore omnes volutati sumus; pulsi aris, focis, laribus, distracti à nostris, caruimus patria, quam, vt leuissimè dicã, texeramus: pertulimus crudelitatem inimicorum, scelus infidelium, fraudẽ inuidorum: iam pridem exacto septennio, si parũ erat, sique septẽnium culpa poscebat, laboriosã vitam, calamitosamque traduximus. Si hoc non est satis, sed præter hæc, hostium insanabili ægritudini nonnulla fuit medicina quærẽda, nouẽnale appetit & spatium, & tædium ei diuturno remedio præstitutũ: sin adhuc expectatur, vt ad patrios lares aliquando postliminio reuertamur, quinquagenum ingredimur ætatis tuæ sanctum, & sacrum, & liberum annũ; Deo dicatum, Iobileo veteri reseruatum, quo suarum cuique rerum possessionem auspicatò recuperare amissam liceret. QVOVSQVE REX TANDEM? quousque nos tanquam in acie, in perplexa illa nostrorũ laterum defensione languebimus? Quamdiu illa nostro iugulo intenta sicagrassabitur? Quem ad finem innocentes in metu,
hostes

hoſtes in inſidiis,conuiciatores in tuto, noſtrum nomen in haſta,ſingultus in gutture,terrores in pectore, mœrores in vita pauores in fuga,perpetuæ cruces in noſtro innoxio capite verſabutur?Audebóne iterum apud tuam maieſtatem,conduplicata conqueſtione, in illud erumpere? HENRICE QVOVSQVE? Aut ad ſupremum illum cuncta librantem, & moderantem Deum,qui viget?qui ſentit?qui meminit?qui omnem hunc mundum regit?qui omnia ex ſummo Cælo ſuo contemplatur?quj certã diuinæ ſæuitiæ cum opportuna pietate conſenſionem ad tempus expectat? ad eum,inquam, audebo rurſus illa vſurpare, ſummiſsè ſupplicando? VSQVEQVO DOMINE? VSQVEQVO EXALTABITVR INIMICVS MEVS SVPER ME? Illum ego magnopere quæſo,obteſtórque,Henrice,vt his noui anni ineuntis auſpiciis,te præſens ſuo numine,atque auxilio,ılláque præcipua,qua ſolet,beneuolentia proſequatur:quam tibi pro ſummo honorario apophoreto precari,quam venerari,quam implorare me impensè debere ſentio:vt quem Regem nobis florentiſſimum, potentiſsimum,Chriſtianiſsimum eſſe voluit, hunc omnibus hoſtium copijs terra, maríque ſuperatis, à perditiſsimorum hominum nefario ſcelere defendat.

TVÆ CHRISTIANISSIMÆ
MAIESTATIS.

Infimus, fideliſſimus, deuinctiſſimus ſeruus,
LVDOVIC. RICHEOMVS.

TYPOGRAPHVS LECTORI BENEVOLO S.



RIA ex te ſtatim, mi Lector beneuole, bene volo. primùm ne abs me inſalutatus tranſeas, ſanum te diu, & incolumem, & ſatis, vt ſoles, beneuolentem volo. Tum ne pagina te prima mitioribus typis expreſſa præteruolet, etiã hoc peruolo vt meræ Gallicanæ iuſtitiæ Maieſtatem ad lilia aſſidentem in ipſo faſtigio contemplere, dextra anchoram innocentiæ iacientem, læua vltricem gladium vinctæ, victæque calumniæ intentantem. Illa, quam vides, lallaturientibus pueris circumſcepta IESV Societas eſt Chriſtianæ iuuentutis nutricula. Lilium implorat per Delphinum à Rege, per dulciſſimum gnatum, ab optimo parente: fors impetrabit. illa interim iam bellè ſubringens calumnia criſpãti mucroni ſubſidit. pereat male, nec reuiuiſcat aliquando. Atque audi, ita à Dauidico pſalmo 71. omnia in rem præſentem inſcripta veniunt examuſſim, vt rei natum putes. Extremum eſt, quod te reſciſcere aueo. Latinus interpres, Gallicam Apologiam vt ſuæ Latinæ aptè in tuum vſum compararet, Gallicas pagellas in minori margine apponẽdas curauit: id quod tuo commodo fiat. Vale admodum, & fruere.

EX




EXPOSTVLATIO APOLOGETICA

AD HENRICVM FRANCORVM NAVARRORVMQVE REGEM Christianissimum.

PRO SOCIETATE IESV.

In libellũ autoris Anonymi, qui inscribitur, INGENVA ET VERA ORATIO, &c. Cum aliquot notis in alterum libellum, CATECHISMI IESVITARVM indice, vulgatum.



1 ENRICE REX CHRISTIANISSIME: In mũdo Deus est aliquis, qui res afflictas, euersásq; suorum in luctu, & squalore iacẽtium, vt ipsi nihil dicant, benignus exaudiat: qui prestò sit omnibus, quamquã tacent:

qui opẽ ſupplicibus ferat abiectis medeatur: perculſis, laborantibuſq́; ſuccurrãt in tẽpore. Regiam Maieſtatem diuinæ propinquam, expreſsámque quodammodo ad ipſius ſimilitudinem diuinitatis ſubiectis adeſſe, eorum ſalutem, ac vitam ſua beneuolentia tegere, innocentiam æquitate defendere oportet; ſic tamen, vt loquãtur, nec indemnati, integríque mactentur. Ea lex mihi cùm potestatem facit, tum neceſſitatem imponit hanc noſtram defenſionem ſcripto ſuſceptam non alteri offerẽdi, quàm tuæ Maieſtati; eique ſummiſsè ſupplicandi illius cauſa, cuius opera illum in locum, atque in hanc celſiſſimam ſedem dignitatis, ac regni, pro communi. ſalute, & ſolatio populi, aſcendiſti; vt vnius infimi clientis tui, certè Religioſi hominis imperio tuo obſequentiſſimi expoſtulationem clementer accipias, Regiæ æquitatis dextram, ac fidem imploràtis, pro religioſa familia iniquiſſimè oppreſſa, & maledicentiſſimorum hominum maleuolis obtrectationibus circumuẽta, qui mihi crede, haud paulò peius commune bonum Regni, & otium, & ſalutem oderũt, quod omni luce clarius demõſtrabo, quã illũ ipsũ ordinẽ, quem effrenatæ cupiditati ſuę delegerunt omni crudelitate, omnibúſque odiis lacerandum. 2 1

CAP. I. *Ratio agẽdi ſanctorum patrũ contra calumniatorum inſidias.*

SI FINEM faceret aliquẽ maledicẽdi, aũt modum aliquando iniuriæ ſtatuerent, nos illa primùm noſtra propugnatione contenti, quæ tuæ Maieſtati fuit nuper à nobis expoſita, hoc tãtum ageremus, vt nos diuino cultui totos traderemus, tibi, tuiſque ſtuderemus, regno vniuerſo vtiles eſſemus. Nunc illorum inuidia magis in dies conualeſcen

lescete, cuius importunas exercitationes, cum intolerabili petulantia, diuturna impunitas ad nostrum nomen semper atrocius insectandum armauit, nobis, pro iure nostro tuendo, decertandi necessitas quædam est, & vis ab illis imposita, vt principum Ecclesiæ omnis ætatis maiorum no-
2 strorum vestigia sectaremur, qui, in simili causa,
3 haud absimilem operam, ad coercendam eius nationis temere exultantem audaciam, præstiterũt. Hoc magnus Basilius, hoc illi æqualis Gregorius Nazianzenus, hoc Galliæ nostræ ornamentum Hilarius, hoc Athanasius, hoc Augustinus, hoc florentissimæ ex illis luminibus excitatæ familiæ, in Manichæorum, Arianorum, Donatistarum genus pestilentissimum; Hoc Hieronymus, hoc Bernardus, hoc Dominicus, & Dominicana familia vniuersa, in Albigensium, Henricianorum, Origenistarum ostenta teterrima sibi esse faciendum putarunt, omnique opera, ac studio decertandum, vt importunissimos veteratores, nugonum dogmatum architectos, fucatos externa specie Christianos, insidiatores, hostésq; domesticos propulsarẽt; eorum falsas opiniones, excogitata commenta, errores turbulentos coarguerent, fastidiosam insolentiam frangerent, prodigiosa maledicta conuellerent, late grassantem, immoderata libertate, licentiam retardarent; integritati Catholicæ patrocinarentur: neque vero id sua causa facerent solùm, quorum id interesse propriè videretur, sed multo magis pro suorum salute, pro asserenda Christianæ fidei libertate, pro honore, gloria, cæterisque commodis totius Ecclesiæ, cui & illorum

D.Basil. in Donatistas: D. Hieron. in Origenist.

D.Dominicus in Albigenses.

esset fama necessaria,& inutilis,atque odiosa doctrina, illo præclaro integræ famæ, existimationisque lumine destituta. Ante hos in Christianorum causa,contra Gentiles,hoc ipsum in commune præstiterat Iustinus Martyr ille philosophus: perfecerat Tertullianus: hic apud prophanos veteris Romæ Pontifices,pro Christiana Religione causam dixerat: ille defensionem Apologeticam Imperatori Antonino perscripserat: quæ præclara lumina,atque decora Christianæ Reipub. si illustriora sunt illa quidem,quàm vt ad illorum dignitaté nos humi strati homines pertingere possimus, qui neque ingenij, neque doctrinæ ornamentis, neque virtutis, aut sanctitatis splendore sumus cum illis,multis partibus, comparandi,eo quidem certè nobis est, maiori prouisione animi, procurandum, vt petitiones istorum ita coniectas,vel ipsa quasi declinatione,frangamus, vt ne eo facilius succumbamus operti, oppresśiq; quo nos inferiores,quàm summos illos viros, nostros verò inimicos,& hostes efferatiores antiquis illis rerum omnium humanarum, & diuinarum perturbatoribus intelligimus esse. Nam illorum cœcos errores conglobatos, iras accumulatas, omnia odia exaggerata conflarunt:nacti sunt ex perditis Atheis,atque ab omni non modo fide, & Religione,sed spe etiam,& conscientia derelictis hominibus collectam improborum, & coniuratam manum,vt nefarium, cruentum, inflammatum bellum,nobis in speciem, re autem vera Religioni Catholicæ compararent. Est eorum ardor implacabilis,immoderata inuidia,immensa cupiditas,

Iustin.Martyr. ad Antoninũ Imperat.

Tertulli. ad Pontifices.

Aduersariorum odium infinitum.

ditas,concepta ſemel in noſtrum nomen odia infinita:tam ſpiſſus, tam accenſus, tam inflatus furor ; qui tãtum abeſt,vllis vt noſtris ærumnis potuerit,calamitatibusque placari, vel mœroribus exorari,vel ruinis,& cladibus exſaturari, vel collatis in Rempub.ſtudiis temperari : inde flagrantioris inuidiæ flammas, & noua irarum incendia conceperunt.Ex quo tempore, ad annum ſeſquimilleſimum nonageſimum quartum, noſtri,maximis turbinibus,& procellis ſuſpicionum, communi tempeſtate calamitoſiſſimi temporis agitati,penéque demerſi,magnam partem Regno proiecti vexationem illam acerbiſſimæ iactationis in alienis,ignotiſque plagis,patienter,ſedatéque ferunt;dúmque nos pauci collectæ ex funeſto naufragio, & refectæ reliquiæ laborioſæ ; & afflictæ ſatis,in reliquis aliquot tuæ ditionis ciuitatibus, per Aquitaniam,& per Oxitaniam,Rex,in extrema veluti arrepta tabula, ad pondus, & modulũ, vado,ac bolide,laboramus;dum pro virili,próque illa tenui,quæ nobis eſt reliqua,facultate,Deo,tibi,tuis, tuóque Regno deſeruientes deſudamus: nullo vnquam ipſi tempore deſtiterunt vel horrificum quoddã, & exitioſum omni imbutum odio nobis bellum inferre,vel ſuos geminatos,& conduplicatos impetus iterare ; eo certè quidem inſolentius, quo illos pacis ; otiíque ciuilis libera, tua virtute ſtabilita tranquillitas adhortabatur, vt
5 publicam quietem, ſecuritatemque ſeruarent. Si tuam Maieſtatem, homines beneuolentiſſimi, quod ſæpe, multúmque loquuntur, & venditant ſtudio aliquo complecterentur,induſtriã noſtram

probare, operam, studiumque spectare, addere alacritatem, atque animos;nostras illas spectatas voluntates,& testata studia tibi continuatis officiis,studiosius in dies deseruiendi amplificare debuerant:id verò tantum abest, vt fuerit vnquam illorum ingenij; vt conentur potius hominibus, superísq; inuitis,nos tuæ Maiestati infestissimos, & inimicissimos esse,nobis tuam Maiestatem iratam,nostræque saluti infensam suadere. Non cessant aut nos omni turpitudine notatos, omni dedecore oppressos quasi probrosas,circumlatásq; Citerias insectari,aut nostram famam, importunæ ex vepretulis extractæ nitedulæ, violenter arrodere;aut segetis nostræ integritatem,operæque munditiam fœdæ volucres,impuræ, atque insolentes Harpyæ per summam linguæ præcipitis intemperantiam, suis fœdis factis, effatisque fœdare, aut denique ad singulos Solis anfractus, quasi circumforaneos circulatorum fastos, anilesque naufragorum, haruspicúmve paginulas prælo mandare,nouos ad rotam conflatos excogitatorum criminum codicillos,quæ vel malitiosè ipsi redintegrarunt, vel nòuis, inauditisque machinationibus, architectata impudentissimè confinxerunt.

CAP. II. *Varii famosi libelli cōtra societatē ab aduersariis nomine*

NON FVERAT satis semel, superbissimo apparatu, facinus inauditum! ad annum quindecies centenum nonagesimum quartum,vno eodémque tempore,ternas forenses altercationes intermortuas de nostra pernicie, ternarum inueteratarum litium acta subrancida iam, & obsoleta promulgare, famoso præconio,

in quibus vnam ex puluere, & cœno, vbi trigesimum iam annum sepulta iacuerat, excitare non sunt verecundati. Quid ego dico altercationes forenses? non erat satis, imò verò tres criminosos libellos, omni turpitudine, ac scelere infames, immanibus, horrendisque mendaciis nocentissimos eructarunt. Quid est, quod addi possit? contenti eo non fuerunt: conuulsis, effractisque totius humanitatis, pudorisque repagulis, illam teterrimam fraudulentarum criminationum popinam exhalarunt: contra ius, fasque in lucem dederunt; tota, quàm latissimè patet, Europa, disseminarunt; quid est quò progredi possit vlterius hominum efferata barbaria? supremi senatus authoritatem amplissimam conculcarunt; cuius fuerat fixo decreto, & nota rogatione sancitū, vt Parisiis intra priuatos parietes, occlusis curiæ foribus, extra ordinem, in subselliis, extra conuentum, eamque frequentiam, in qua conuiciatorum insolentia niti solet audacius, illæ de infamia conceptę con-

forensium actionum editi ann. 1594.

6 trouersiæ agitarentur. Ex eo tempore, in ingenio, susceptoque consilio obdurati ita, obfirmatique sunt, itaque primos illos suos quasi cœptus perpetua pertinacia roboratos tenuerūt, vt profundissimum furoris sui gurgitem, infinitamque voraginem irarum suarum explerent; proderentque iam in apertam lucem illam cæcam suam cupiditatem, interminatum esse quendam immensis occursibus, recursibusque, ac portentosis ambagibus tortuosum, & inextricabilem labyrinthum. Ego in ista Burdegalensi tua ciuitate viuo, inde ab anno supra sesquimillenum nonagesimo sex-

to,& ita, Rex, viuo, vt vna cum fratribus mecum pietatis eiuſdem germanitate deuinctiſſimis, iſtius vitæ exercitatiſſimæ, quam trahimus, vſuram cõmodis demus, & vtilitati Reip. nullius anni tẽpus effluxit, quo frugi iſti, ſobriiq; homines ex tartareis tenebricis plagis, vnũ, aut plures ad noſtrum exitium, ac dedecus comparatos codices, quaſi Acherontæos, & peſtilentes anhelitus non reuocarint, quibus & hunc ipſum communem aërem latè diffuſa contagione corrumperent, & noſtrum nomen vulgò odioſum, tuæque imprimis Maieſtati inuiſum; congreſſus verò noſtros, cõſuetudinem victus, ſermones, ac vicinitates familiares, denique omnes vitæ noſtræ rationes inutiles populo redderent, atque ſuſpectas.

Falſi rumores de Rege Polono diſſeminati. anno 1597.

Anno 1597. Cùm pro ſuo priſtino more bacchandi, nos immortali, ac rediuiuæ maleuolentiæ quaſi furias, ac peſtes patriæ, turbines, ac tẽpeſtates pacis, Regũ exitia, Regnorũ vaſtitates, orbis terrarum incendia, atque portenta traducere conarentur, peruulgare de nouo, atque ad veteres reliquas ſuas vſitatas calumnias, familiares illas præterea in vſu ipſorum quotidiano poſitas cantilenas adiicere non erubuerunt: Polonum Regem, qui viuit adhuc, ſoſpite Regno, incolumi valetudine, eximia, & immortali gloria floręntiſſimus, noſtra culpa prælio fuſum, ſuperatum, extinctum, belli victoriam, vitam, ac ſceptrum perdidiſſe: quod impudenter adhuc buccinant, & inculcant hactenus, & ſcriptis libris, illo ſuo ferreo ore, circumferunt; pari tum incredibilis inſolentiæ, audaciæque miraculo, contra

compertam,teſtatam,conuictam,vulgatam veritatem; tum imprudentiæ, & improbitatis exem-
7 plo,contra ſuam, ac propriam exiſtimationem, quam pro nihilo ducere,penituſque decoquere non verentur,dummodo noſtram licitentur, ac prodigant, ſeque per latera noſtra transfodiant. Eodem anno,forenſes rugitus, clamoſam actionem, ex cauſidici Arnaldi clamoribus in libellum, compendiaria breuitate, contractum diuulgarunt,quam ille biennio antè declamauerat, pari vtrinque iniuriarum, vel adumbratorum criminum atrocitate peſtilentem.

Alia actio criminoſa anni 1597.

Anno ſequenti nonageſimo octauo quindecies centeno;ex eodem flagitio alterum libellum vidimus,tota non modò Gallia, ſed in remotis quoque Regionibus volitantem,hoc inimiciſſimo indice inſcriptum PATRVM IESVITARVM DVACENSIVM CONIVRATIO: in eo ſcribebant hominem doliarium fuiſſe deprehenſum in Belgio, quem ad Mauricium principem interimendum à nobis collocatum eſſe conſtaret: fabulam decantatam, cum ſuperiori calumnia, pari deprauatione, atque vanitate perſperſam refutauimus:illam commentationem incluſam ad veritatis apertam lucem ex publica, & autentica Bruxellenſium,Antuerpienſium, Duacenſium, Montenſium teſtificatione traduximus:numerauimus annos; notauimus diem;prodidimus locum; produximus teſtes ,ambigua, atque obſcura diſtinximus; teſtimonia vndique collata, eáque peremptoria, & nugatoriæ accuſationi luce, palámque contraria

Calumnia de ficta in Mauricium Comitem cõiuratione anni 1598.

indagauimus, protulimus, patefecimus: defensionem, testatą innocentiæ conscientia cōprehensam, eodem anno, Duacensibus prælis expressam edidimus, Francisco Costero, e nostra Societate presbytero authore peroratam. Non illos puduit modò rursus in scenam, erecti veteris simulacri illius antiquæ calumniæ quassata fragmenta proponere. Annis proximè consequētibus, millesimo vndesexcentesimo, & millesimo præcisè sexcentesimo, magnificè iactarunt, & verbis amplissimis ostentarunt, primùm in medio Consistoriorum, quæ hugonoti vocant, conciliabulo; deinde proprio volumine exarato, Edmundū nescio quem doctorem Iesuitam simulatè habitum, transfugam, atque in speciem de Iesuita, proximo trinundino, ad Caluini perpendiculum reformatum. sciunt me de rebus notissimis dicere. suum immane mendacium manifestò prolatum, ac deprehensum sentiunt esse, & suo magno malo patefactum: forsitan hoc iterum, si Deus faxit, asseuerabunt; hoc rursus ebullient, si ille Edmundus emergere, si comparere, sique os suum illud ostendere audebit, qui in suis mapalibus, & latibulis nuperrimè deliberauit, opinor, calidè, imposterum delitescere. 8

Noua de Edmundo fictitio vulgata mendacia, anno 1599. & anno 1600.

De cōcionatoribus Belgis noua calumnia, anno 1600.

HOC ipso, quem numeramus, millesimo sexcentesimo, atque altero anno, publicè scripserunt, ac celebrarunt certos notatos Iesuitas Antuerpiæ, atque Leodij liberius pro concione de certis capitibus, quæ huius tui Regni statum attingerent, esse loquutos: qua de tota re, Maiestas tua omnia explorata, omnia clara habe-

re constituit: super eo negotio, ad suum oratorem in Belgio tum commorantem solicitè perscripsit; inquirendi de crimine prouinciam dedit: ab illo meras, & veteratorias artes fuisse ex publica, ac legitima ciuitatis vtriusque contestatione cognouit; rem notauit: patri Laurentio Magio nostro tibi caro, ac noto tum Parisiis ex falsis illis sparsis rumoribus anxiè laboranti, spectato fauore, & Regia, hoc est, tua, tibique innata beneuolentia, indicasti. Eò eò vsque processerat illorum nunquam satis inuerecunda peruersitas, vt eadem tibi de alio quodam nostro Tolozæ Tectosagum concionante fabularentur, quæ Cacodæmonis est ad nostram famam omni conuicio dilacerandam adeo inflammata libido, insaturata rabies, furore, ac scelere præceps amentia. Sed quia in omni genere parum firmamenti, & parum virium falsitas habet; facile certis authoribus, per argumenta grauissima, & clara indicia, conficti facinoris veritatem liquidò vindicatam recognouisti, tū præclaro, & luculento nostræ integritatis, & innocentiæ testimonio, tum ad im-

Luculentum ipsius Regis de Societatis innocentia testimoniū.

9 mortalem infamiam falsitatis. Superiore anno, adeoque hoc ipso 1602. alterum Iesuitam ex eadem fabrica fraudis, ac doli, dolo malo, fabricati illum in medium, illo immemorabili HISTORIÆ MEMORABILIS titulo protulerunt. Ille iisdem furiarum facibus concitatus, ille perditus, ille libidinosus, impurus, intemperans Antuerpiæ ad vltrices flammas propter inauditas, nefariásque libidines condemnatus, non tam suæ obscœnitatis efficta, quàm iudicialis incendij ardore

Calumnia atrox de Iesuita flāmis addicto in Belgio Anno 1601.

ardore flagrauit:ille tādem, tandē(quidni enim si isti scribunt?)in fide reformata mortem oppetiit: ille immortalem sibi gloriam, ex capitali rogo, apud hanc probissimam factionem parauit: ille deinceps, apud hos contribules suos, in existimatione tanta esse incepit, vt si in illorum regno, sanctorum reliquię piaculares essent aliquem locum, aut venerationem antiquam consequutæ, eius Hieronicæ clarissimi beatos cineres, fortunatamque fauillam in viola, vel in serico, aut in Campanico peristromate, molliter cubituram collocaturi fuisse videantur: tanto, tam magnifico apparatu amplificant illius plusquam Dodonçam sanctimoniā, & singularem in gloriosissima morte constantiam. Dignus quidem certè ipsorum fastis, dignus illorum puluinaribus, dignus illis oculis, illa vita, illo toto genere interpolatæ religionis iste sanctus: ipsique illius ab ipsis mores commemorati dignissimi, qui tali illo funesto, & calamitoso exitu clauderetur. Sed illos facinorum vindex, ac vltor Deus non siuit neque ex sua contumelia, neque ex nostro dedecore quæsitum, quamquam acerbum, & ingratum fructum capere diuturnum. Nam fuit patefacta calumnia, eaque illatæ per summum nefas iniuriæ illorum vitæ inusta turpitudo, æternáque macula ipsorum adhæsit infamiæ; quando magistratus Antuerpianus testificatione solemni, fide ciuili, monimentis publicis, castè, sanctéque testatus est ne leuem quidem auram, aut vmbram aliquam in ea ciuitate vnquam, vel illius temere dissipati rumoris, vel ementiti supplicij, vel hominis

Rei,

Rei,vel Ieſuitæ trāsfugæ afflauiſſe.Super hęc Librarius Gratianopolitanus teſtis viuus,&locuples in foro bipartito Gratianopolis(ita conſeſſum Iudicum ex Catholicis partim , partim ex hugonotis hominibus iuri dicundo conflatum appellant) firmum , & graue teſtimonium citatus , & iuratus dixit;hanc anilem fabellam ſibi ſcriptam in manum à Miniſtro certo,&deſignato traditam graphicis typis exſcribendam, quod quidem primus fecit (quo quid intolerabilius dici,aut fingi poteſt?)tumque ex illo exemplari ſcilicet primigenio, vt ita dicam, archetypo , plerique omnes cæteri præſtiterunt.Itaque tenetur manibus , intelligunt,& loquuntur, & ſtomachantur omnes, in illis partibus,manupretium,& opus,& machinationē fuiſſe duorum Allobrogum, nouisq; rębus inhiantiū Miniſtrorum,qui magis abdomini, quàm nomini nati, magis fumo,quàm famæ, gu-
10 læ, quàm gloriæ;iliis,quàm bibliis, facti, & inſtituti,ſe,ſuosque, propenſo ſeſquipede , extantes, aqualiculos,capaciores eſſe ventris, & ructus,& gutturis , quàm frontis , & oris prodiderunt; illo toto contextu ſuę vacillantis opellæ,ex innumeris exſibillandæ inſcitiæ,puerilium pene ineptiarum;rerum inter ſe contrariarum,ac diſſidentium conſertis, ac teſſellatis quodammodo inuolucris, recōcinnatę,ſeipſos ſua ipſi amētia produxerunt;quæ retexitur ipſa per ſeſe , atque inſtar araneolarum telę,nulla adhibita probatione,diſſoluitur : quod Daniel Martinus Theologus , in Metropolitano Sancti Andreæ Burdegalenſium principe templo ; & Frācus Seguſius Foreſienſis,

edictis

editis pro æquitatis patrocinio, responsionibus, solis aperta luce clarius, deprehenderunt.

CAP. III. Commētitius Iesuitarum Catechismus, & Ingenua oratio duo famosi libelli huius anni 1602.

VIX DVM ille mendaciorū sator, ac sartor commētarius, tota Aquitania precariò, alibi passim gratuitò, totâ Gallia paruo, vulgarīq; precio vētilatus, atq; distractus volitauerat; cùm duo alij parati, recentesque se in planum, ac plenum spatium, in apertum, patentemque campum dederunt: sine nomine, ad impunitatis spem, ad illecebram peccandi maiorem: sine ore, & fronte, ad effrenatam opprobriorum corroborandam audaciam; sine sensu, sine capite; ad inepta verborum nullo ingenio consentientium glomeranda portēta; sine iudicio, ad inueterata iam obsoletarum criminationum, per ostentationem, quasi pro vexillo, ac paxillo elata fragmenta, in oculis tuæ Maiestatis; in ore totius amplissimi Regni, in auribus omnium gentium, ac nationum iterum refricanda, & infercienda scribendo. Quæ fuit vlla vnquam, post hominum memoriam, tam dira in hominibus, tam obstinata, tam inexorabilis in maledicendo peruersitas? aut tā barbara in vnius Religiosæ societatis laceratione procacitas, & iracundia? ille ipse pater patratus scelerum, & calumniatorum diabolus, annon satis, ex ipso conductarum operarum suarum ore, aperte ostentat, quàm inusitata, ac desperata rabie, disrumpatur; quòd societatem hanc spirātem adhuc, quòd anhelantem, quòd palpitantem videre, ac ferre cogatur inuitus? Sed duo illa extrema prodigia equidem, in reliquo genere, magna prauitate, in omnem partem, cęteris, quamquam aperto marte

te hæreticorum grassantibus machinis omnibus
antecellunt: quibus, quia iure infensi, aduersique
sumus, dolemus eos ab istis iam cűctis vitiis esse,
eáque ratione potissimum superatos; quòd insi-
diosè nos, atque fraudulenter inuadunt; indomi-
tum impetum animi, impotentissimæ frontis in-
uolutum integumẽtis, apta ad tempus simulatio-
ne obtegunt; volaticas opiniones, fallaces præ-
stigias, impia, atque scelerata dogmata, captiosa
obstructione, ostentatione Catholici nominis ob-
11 ducta disseminant: quò & obloquãtur audacius,
& bacchentur ardentius, & persequantur impu-
nius, & nostræ societatis vniuersum veluti corpus
feriant, laniéntque crudelius; ea fallaci fiducia in-
terim sustentati posse se inuulneratos imprudẽ-
das hominum mentes illis prauis artibus occupa-
re, eáque tanquam veniali tessera appellationis
communis obseptos orbi Christiano impudenter
imponere. Quare id verè mihi videor esse dictu-
rus illos, præ omnibus, inimicos nostros capita-
les, & Christianæ Reip. quàm laterũ nostrorum
oppositu, obiectúque defendimus importunissi-
mos, ac certissimos hostes esse, quos Christus hu-
12 manæ salutis causa corporatus apertè dicebat. Matth. 10.
Inimici hominis domestici eius, prorsus maiorẽ ho-
stem nullum, cùm maximis illis procellis suis, at-
que tempestatibus defungeretur, sensit Hebræa
Respublica, quàm proditores perfugas gen- proditores.]
tis suæ; nec nomen Christianum, apud Im-
peratores barbaros, quàm desertores auitæ fidei
Christianos; nec modò Romana Catholica Ec-
clesia, quàm mastrucatos huiusmodi, persona-
tósque

tósque Catholicos. Catholicos dicam? an proditores? an fronte,& ſupercilio Chriſtianos? at vita,& ingenio,& pectore auidos,ac rapaces lupos? Atque etiam iſti noſtri,qui, ſi ſuperis placet, ſe reformatos haberi volunt, quamquam taciti, adlatrante conſcientia, totam horum duorum Mimicam agendi rationem, & nefarium contra omnia iura conceptum facinus execrantur, ac prorſus abiudicant: in hoc ipſo tamen illorum exultat, & triumphat audacia; ex eorum libellis optatum incredibilis voluptatis fructum accipiunt; inuſitato gaudio efferuntur, & ſaltitant; in tanta Miniſtrorum ſuorum mendicitate, atque inopia, quos miſerè proſtratos, vulſosque magis, vt comicè dicam, quàm ludios eſſe ſentiunt; atque in tanta ſui illius demiſſi, ac triſtis Achillis trepidatione, celeri, & celebri fuga, qui iacet, qui diffidit,qui clypeum,atque haſtam abiecit; qui modò,credo, quo animum recreet, & oblectet ſuum, attritas, vietáſque lamellas curat Saumurij perpoliendas, atque tundendas: lætantur inquam,&geſtiunt,eſſe inuentos,noſtra memoria, duos generoſos Heroas pancratiaſtas, eosque, quod ipſi, illo inferiori labio reformato ſtrepere ſolent,Romanos Catholicos,qui in ſubſidijs tanquam auxiliares copiæ collocati, fractam, proculcatamque aciem, pauore ſuo fluctuantem Catholico vmbone confirmare, ſparſas,incompoſitas,palantes reliquias defluentis in auras exercitus opportuno præſidio recreare non vereantur; qui ſuccurrere laborantibus, integras copias pro ſauciis arceſſere, multùm ipſi pugnare,

re versari in prima acie; in apertum belli discrimen strenuè sese, atque audacter inuehere; in medium, si erit opus, consertum agmen irrumpere; comminus, pede collato, acerrimè instare, mucrones non in os modò, sed in viscera, iugulumque dirigere; malleolos & dolos; linguas, & lanceas in aduersos Iesuitas acerrimos suos, atque infestissimos hostes intendere; eos atrociùs multò vexare, ac diripere nō reformidēt,
13 quàm illi ipsi fatigati Ministri, in illo toto vigore integræ, ac florentis ætatulæ, in illa summa prosperitate artis afflictæ, & causæ omni defensionis iudiciariæ calamitate deperditæ, ausi vnquam fuissent attentare. Fuit, fuit profectò quædam illa licentiosissimi, saxeique seculi fortuna fatalis, vt illa cœca, illa erratica Caluini coniuratio nancisceretur duos, quid ego dicam libellos? hoccine vt ego appellē nomine proditores Religionis Christianæ: hostes patriæ pietatis, ac Regni: qui ad turbandum commune otium, ad insectandos hostiliter innocentes Religiosos ordines se satis coloratos, se satis tectos esse, atque abditos arbitrētur? quorum per Deum immortalem, si nondum flagitia, vulneráque non tam nostro nomini, quàm Religioni Christianæ inusta, Rex Christianissime Henrice, vidisti; liceat vultum, atque ingenium paulisper animo intueri: facilius eorum cōsilia, & facta occurrent Regiæ menti tuæ, si tibi ora ipsa oculis proposuero. Alter hac inscriptione notatus in fronte progreditur. CATECHISMVS IESVITICVS, aliàs EXAMEN DOCTRINÆ IESVITICÆ, Villafrancæ, vt ait, excusum. Alter Typographi, (Catechismus Catechismus Iesuitarum.)

phi,ac loci designatione, insidioso silētio prætermissā, inscriptus INGENVA, ET VERA ORATIO &c.tuæ Maiestati dicatus,ingenuus; liberalis, veridicus peræquè, ac alter ille Villafrancæ concèptus,quippe Rupellę prognatus,gemini totius verecundiæ,ac pudoris gurgites,gemini scopuli honestatis;vterque dignissimi,qui ista communi luce mulctentur,qui sempiterna nocte circunfusi,consepultique premantur in tartaro: qui sine capite, sine nomine,vt sunt,mutili, ac detruncati pro fabula sint,proque ostento,toto orbe terrarum. Ille nugator,lcuiculus,histrio,ac pene mimus inconditis,insulsisque salibus vrbanitatis histriculæ, atque atrocibus conuiciis animum,& furorē effundit:alter,ô Deus bone! quàm truculentus! quàm terribili aspectu!cultus asper,& horridus! stillantes,iramque spirantes oculi! teter incessus, & furibundus:oratione tam ponderosa, quàm sanguinaria,rabiem,claro,instructoque Marte, complodit.Ille scurra insanam molem,&substructionem, spissumque volumen exaggerat:hic,velut ad modulum compendiosè contractis angustiis coarctatur;vtriusque æqualis calliditas, haud impar improbitas,æqua malitia,coniurata proditio.Iste pusillus,& modica magnitudine angustatus ex crassi illius densa,inscimique pinguedine grauidatus apertè grassatur:ille subdolus, mordaciterque ridiculus circum præcordia, in busto, & sanguine ludit,cruore,ac tabo,in legem, latumque distentus:proptereaque ambo ad formam,& similitudinem conflati immanis illius portenti, quòd Parisiis,anno seculi superioris exacti 30.ortum habuisse,ac

Monstrum Parisiis visum anno 1530.

ſe,accepimus;quo eodem propemodum tempore (quantum ex eius ſcripto vulgato coniectura cõſequi poſſum) in hanc lucem effuſus ille author eſt,qui mõſtroſam illam Catecheſim peperit,Perſephone Pronuba, paranympho dæmone, Caluino,& Machiauele obſtetricãte. Monſtrum erat horrendum viſu,dictúque. Homo ſenio iam, & prouecta quaſi ætate decrepitus, cui ad vmbilicum inſito dumtaxat collo,alter ſine capite infixus homuncio propendebat: quamquam eo minus horriferum,ac deformatum videbatur, quòd procerum illud,grandẽuumque corpus, neque capite apparebat orbatum, neque à ſpecie, aut figura hominis alienum.Cæterum hoc bene craſſum,maledictis, ac probris ſaginatum volumen huiuſce noui prodigij circumlati additamentum, ingens truncus eſt,vertice amputato,magnum ſine nomine corpus, alteri portento perquàm affine,atque germanum, quod Villafrancæ Beyranæ in Aquitania, ante annos quadraginta, pro prodigio oſtentatum,capitis expers, trunco corpore mutilatum,inauſpicato,claróque prognoſtico,hocce,opinor,monſtrum alterum Villafrancæ pariter inominata nominis eiuſdem,& ominis vrbe proſeminatum,ſiniſtra præſagitione portenderet. Opus Deus immortalis!acephalũ,ac decurtatum!haud paulò magis communis exors humanitatis,quàm toto capite, ac ſenſu orbatũ, venenatis morſibus cruentum,ac fœdum, conuiciis, fabricatiſq; criminibus immoderatũ;ſannis,ac iocis infame mordacibus, deformitate ipſa, & turpificati animi fœditatibus, totoque aſpectu omnis

14

Ambro. Paré. lib.25.cap.8.

Alterum mõſtrum Villafrancæ Beyranæ Ambro. Pare.l.25.c.8

Qualis Catechiſtæ libell.

prauitatis horrificum, ac formidoloſum, ad extremum, quod nemo nõ ſentiet,qui ipſe peruoluerit, quodque ego poſtea carptim attingam, prodigioſum toto genere,& maleficũ, & ad calcem à capite portentoſum.Sed inde ab initio habeo neceſſe illum modica mole ſtipatum,intempeſtiuo abortu immaturum fœtum verſare tãtiſper imprimis, & pertractare:nam illa incõcinna, indigeſtáque craſſitie inſidioſior maiores habet captionum flexiones, & præſtigiarum receſſus magis abſtruſos,ideóque non erit abs re, credo, eius latebras peragrare dicendo,easque in manifeſtam lucem abducere: quando enim illius loquacioris opuſculi ſumma tantùm eſt; & fere in anguſtũ adducta breuitas, ſubductumque compendium; ſi ab illo me expediero; & quæ ab eo ſunt veluti per tumultũ Italicum, aut per canterinũ ſoporem,iniecta cõuulſero; operę pretium, opinor,effecero:nam cauſa erit de illo altero perorata; & præcipua iacebunt periuriorum illius capita cõfutata.Enimuero ille ſcilicet mortalium 15
omnium, nedum coniurati collegæ inconſideratiſſimam temeritatem, ea maximè parte, ſuperauit,quòd nõ illum puduit copiis inſtructum huiuſmodi, talibus præſidiis armatum, tantam maieſtatem adire;operęque,ni fallor,cõpendium fuerit,nec ſuſceptus labor inutiliter, importunæ ſtultitiæ,ac temeritati vel pallorem iniicere, vel ruborem:ego autem vindicatæ ab illius iniuriæ, noſtræ ſocietatis arrepto patrocinio, præclaram anſam nactus fuero de Maieſtate Gallica benemerẽdi,quam effœtus iſte, ac depontanus ſenex
(ſenem

(ſenem enim ſe ait eſſe,vereno,ah ſecus, ipſe viderit) inani ſupercilio , fuco , ac fallacia obducto tuetur,reapſe verò contēnit , atq; dedecorat;haud ſimulatior,& incōſultior inMaieſtatem, defenſione aſſimulata,quàm inſolentior, & implacabilior in ſocietatis accuſatione ſuſcepta. Henrice,ſi placet, ſiq; iam integrum eſt tuæ Maieſtati,perparuo me horulæ ſpatio , in tanta negotiorum ampliſſimi Regni importunitate , benignè,vt ſoles,attendere:teſtificor pari vtilitatis fœnore, & cuiuſdam iucundiſſimæ non ingrato fructu voluptatis,palam oſtenſurum eſſe me ; ac perquàm facile equidē,orationis , ſi ſuperis placet,Ingenuę,momētis omnibus ponderandis,poſiturum eſſe me ante oculos,neque omnes Harpyias in ſtrophadibus viuere ; neq; omnes venenatas viperas in rupibus , ac dumetis Pictauienſibus;neque omnes Gryphes in vaſtis,ac deſertis Africæ ſolitudinibus;neque auritas omnes, Leucopæatasque pecudes in Arcadiæ frondoſis Męnalis;neque omnes albas,annoſaſque vulpeculas in Canada,aut in noua Zembla conſiſtere.

PRINCIPIO hominem frontis vrbanæ hoc moneo;hoc quaſi prætereiens , denuncio; falſo,& mendaci indice ſuum opus fœdaſſe perperam inſcriptum INGENVAM , & VERAM ORATIONEM. Tum aio hominem accuratum, *CAP. IV. Inſcriptio orationis Ingenuæ perridicula.*
16 & nauum,in ipſo veſtibulo Curiæ, iam ab exordio infauſtam ingreſſionem ; atque funeſtam habuiſſe,cùm ſuo ſe Regi ſiſteret de rebus grauiſſimis, & comprimis ſeriis diſceptaturum,Moſcouitæ , ac cæteri plærique omnes ad Aquilo- *Moſcouitarū mores cū Regem adeunt.*

nem cõstituti populi, vbi se in conspectum, congressumque dederint Principis sui, honoris causa, frontem humi summissam, ac iacentem ferunt: iste, per summum stuporem, ita impegit in limine, vt terram naso feriret, frõte pauiret, ipsa prima specie operis sui caperet implicata omni vanitate, & mendaciorum disparata complexione illaqueata primordia, quæ in illo irretito sua falsitate titulo, tria effudit, totidem verbis apertè, ac de industria, cum clara veritate pugnãtia. In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscito. Quæsiuit consentaneam famosæ querelæ inscriptionem, posuit orationem INGENVAM. quomodo esse potest? Ingenuum est, quod moderatum, quod pudẽs, quod fidele, quod apertum, quod liberale, ac liberum: huiusmodi ille non fuit. tota commentatio sui authoris nomine destituitur: iste beati operis, ac formosi parẽs inclusus, & abditus in occulto latet; depugnat Andabata in tenebris; quærit latibula more ferarum, audaciæ, scelerisq; perfugia; suam lucubrationem, propria inficiatione, abiudicatam foras euomit, abiicitque tanquam proiectum, & expositum fœtum: ô liberalem! ô pudẽtem virum! Homo ingenuus, ante omnia, in ipso vestibulo is esse deberet; os suum, ac vultum ostenderet; suo se nomine appellaret; ingenuè, sincerè, candidè loqueretur, qui nullam latitandi ansam haberet: si de sceptro tuendo, si de Regia dignitate asserẽda, si de commodo publico accurando, si apud Regem, ac principem suum, si in oculis, atque ore Francorum, si verus, si ingenuus, si non illiberalis

Illa oratio dici non potest ingenua.

beralis patronus;ſi contra perditiſſimos, nocentiſſimos, deſperatiſſimos homines decertaret; magna conſtantiæ,& libertatis illecebra inuitabatur,vt auderet ſe potius,& nomẽ, & frontem, imò ſalutem ſuam in bonam lucẽm,etiam in aduerſum diſcrimen offerre, pro ſtatu Regni, & pro communi libertate,quàm diem timere,latebras,tenebraſq́ue captare,iudicis frontem, iuris aſpectum exhorreſcere;ſibi,nominiq́ue conſulere,non fidei,non Regi,non Reipublicæ. At at ſed illud eſt,ſcelus conceperat,latere volebat;mẽtiebatur,erubeſcebat;virus efflabat,clepebat caput; vulnus vibrabat,brachium premebat. Itaque appellemus,quæſo,ingenuum,qui latet; liberalem, qui lucem fugit;veracem, qui veritatis conſcientiam veretur; ſincerum, qui pugnat ex popina, graſſatur ex gurguſtio,deſæuit ex latebra. Tu homo ſapiens,& cõſiderate,quid dicis?Si ingenuus, cur te honoris cauſa?cur in primo limine? cur in cauſa plauſibili?cur apud tam læſum,tã petitum, tam offenſum Regem non appellaſti? cur abs te veritatis ingenuæ facies occultata? cur latentes in titulo inſidiæ collocatæ? cur typographi offi-
17 cina celata?cur tituli populares non additi? Atqui hæc acta per te. Non igitur ingenuus. Sequitur igitur, vt nec ORATIO quidem ipſa ſit VERA, quandoquidem nihil poteſt eſſe à vero alienius. Ergo inſcriptio ementita:nomen ingenui & falſum, & fictum, & captioſum. Quomodo igitur non ſimulata, non futilis, non tota ex fraude concreta adulterinæ, & adulteræ orationis inſcriptio,quam veram etiam nuncu-

Nec vera dici potest.

pasti? aut quomodo ea esse, appellariue potest oratio ratione conclusa, si ratio deficit ipsum authorem? in qua ipse sis tam excors, tamque demens? vt in ipsa prima ingressione tua tecum ipse pugnes, vt non modò nō cohærentia, & consentanea inter se scribas, sed maximè disiūcta, & cōtraria, & delirationibus inter se pugnātibus castigādo paratrimate, in ipsis tribus primoribus vocculis indicis, dissoluta? Henrice, hæc ille homo nō ingeniosè magis facit, quàm ingenuè: sed quia tantam verborum repugnantiam non videt, nihil profecto sapit. Esto, sit in verbis illius, & in contractissimo titulo tantus stupor: quanto, in rebus, atque sentētiis, in illàque omni reliqua oratione ingenua, erit maior? Hoc statue, REX, aliquādo (qui ingenium habes ad iudicandum de quaq; re, deque isto declamatore ingenuo, summa prudentia præditum) quid sperandum tibi sit de cætero; aut quam cōfidas esse causam reliqui totius operis, qui videas hominē titubare in primo vestigio. Sulpicius Galba, cùm in prouinciam exiens ad portam ipsam vrbis equum suum canterium animaduertisset cecidisse; *Rideo*, inquit, *Canteri, te iam lapsum esse, cùm tam longum iter inituris, vix id sis ingressus.* Hoc Simmius capito diceret de isto homine; sed illi ignoscebā; nolo nec tā iratus in illum, nec tam illiberalis videri: mitto illam sibi contrariam tituli, repugnantémq; discordiā. Sit hoc erroris, inscitiæ, imprudentiæ, quod est incredibile: sit temeritatis, & impudentiæ, quod ego malo; sic nequitiæ, & frontis ingenuæ, quod iā omnes intelligūt, aut fallor, satis: contéptæ verò, & violatæ

Neque orationis nomen meretur.

Sulpicius Galba. Festus pomp.

agre

agresti, & inurbana rusticitate Regiæ Maiestatis quam potest afferre non improbam causam? quam paratam habet excusationem quod ius? quod exemplum? Quid est aliud Regis honorem dedecorare, Maiestatémque contemnere, nisi non videre coram illo quid dicas? illum alloqui, & interpellare, tacito, compressóque nomine, puerorum infantium more, qui ex pileo ludunt, ex scalarum latebris clamitant? quid est verò aliud stolidè, iuueniliterque agere, quàm vultum abscondere, reliquum orationis corpus nudum pudore, rubore spoliatum palam exhibitum non erubescere? superare turpitudine Afros
18 Nigritas, & Senegæos, quos accepimus nasum, & ora linteo obstipata pro pudendis obtecta velare, cæteram verò quam natura contexit, obscoenitatem, ac reliquas corporis partes omnibus euolutas, nudatasque integumentis omnium oculis aspiciendas prostituere? Quid est, inquam, aliud, inauditam hactenus importunitatem, & intolerandām audaciam omnium nationum, omnium seculorum sermonibus prodere, quàm programma famosum crudelissimis maledictionibus oneratum exponere? Regi contra ius, fasq; nuncupare? non cognoscere leges? non æquitatem, non virtutem, non iura suspicere? non sentire conscientiam? non homines vereri? non vltricem diuinitatem? non tuæ Maiestatis edicta suffixa, sanctionésque sanctissimas perhorrescere? Maior vlla esse potest vitæ, fortunæ, famæ, salutis suæ vulneratio? Alioqui quid illa, obsecro, sibi volunt? nomen tacere? nolle

Inurbanitas, & culpa capitalis oratoris Acephali.

Nigritarum in Africa mores in obscœno cultu corporis. Ludou. Gademosta in suis nauigationibus.

videri? vultum, & ora supprimere? nisi dilaniari sceleris conscientia? vi, & ratione læsi iuris, & numinis cruciari? iusta legum formidine exanimari? eoque noluisse tam dira, tam criminosa facinora, conscia luce, proponere, vt si debitæ multæ irrogatio, aut impendentis infamiæ fortè procella desæuierit, solus codex mortiferā plagā acciperet? autor incolumis, & sacrosanctus, insidiarum suarum diuerticulis clausus, & septus, & munitus contra iniuriam, non modò legum, publicique dedecoris flammam euaderet, sed supplicij etiam suo maleficio constituti supremum fulmen eluderet?

Libelli famosi, proposita pœna capitis prohibentur C. de libell. fam.

Consilium oratoris ingenui.

Atque vt, quod hoc loco fuerit caput summæ illius intentionis, exponam breuiter; primò cōsilium id illi fuisse, Henrice, opinor, intelligis; hoc eniti, hoc flagitare. VELITIS, IVBEATIS, Rex, Senatus, Principes, superi, inferi, medioximi, cœlum, terra, mare, flumina, vt Iesuitæ maleficum hominum genus, omnium, quæ à Caini incunabulis, vsque ad exitum Antichristi, fuerunt, sunt, erunt, scelerum architecti, non modò qui eiecti, expulsique fuerunt, ne reuocentur in posterum; sed & qui per Regiam munificentiam recreati, quique aliis vrbibus permissi, quique Catholici populi visceribus, & miseratione subleuati, vel spirant adhuc fibris extremis, vel inuulnerati hactenus, intactique vixerunt, ij in regno vt ne sint: omnes vltra mūdum eiecti, proscripti, pœnas innocentiæ immensa infamia, infinito exilio, æterna calamitate dependant. Hæc ita censuerunt Ingenuus, & Catechistæ

ſta:ſi quis interceſſerit, vel contra mutire ſit auſus, Regni, ac legum proditor eſto. Hanc ſibi prædam, has manubias, hanc ſectionem aucupatur Acephalus:hunc quæſtum ſibi,atque hanc ſortem illa oratio liberalis, & franca,& vera depoſcit: hoc clamat, hoc fulminat; hoc illo præconio,forenſique clangentium cauillationum intento claſſico, bombo,& verbo perſonat; hanc penè gladiatoriam vociferationem, multiplicato ſonitu, concuſſæ petræ, circumiecta nemora, colleſq; reſpondent:hoc illi dolet,hoc ſtomachatur, hoc mœrore cruciatur, & angitur,noctes,ac dies, perſentiſcere,Rex, tuam Maieſtatem, ſua natura non tam ad ſeueritatem, & ſanguinem implicatam, quàm ad lenitatem Borbonio ſanguini naturalem, & inſitam, ad miſericordiam, & manſuetudinem eſſe propenſam. Diſplicet illi illa clementia: in Iulio Cæſare ſtupidam bonitatem appellat: tollere miſericordiæ, pietatíſque perfugia ex Gallia deliberat: te crudelem eſſe vult:vult impedire clementiam tuam:libentibus oculis aſpicere,ęquo animo ferre nõ poteſt tuam Maieſtatẽ de reditu noſtro,de patria nobis reſti-
19 tuenda,de ſocietate repetenda,reuocanda,amãda cogitare: flagrantem inuidia,furore crepantem, odio inflammatũ ille mœror cõficit,illa ægritudo diſcruciat,quòd adeo Regia magnificẽtia,id promiſiſti. Ex eo eſt,quòd ſe opponit, quòd ex aduerſo obiectis,oppoſitisque clamoribus,intercedit:quòd iniicit ſeſe, ac interponit cùm Catechiſta,aut anteſignanus in pugna, aut hiſtricus Imperator in ſcena.Ille ſeuerus,triſtis,priſcus, barbatus,

Cæſaris clementiam ſtupiditatem appellat.

batus, illo more austero, ac modo, quem in fabulis antiquis, & comœdiis videmus, pro Menedemo; iste remissus, ac leuiter vrbanus, pro Dauo: ille Heraclitum agit mœstus, & conturbatus: iste facetum, irrisoremque Democritum ridiculus, & iocularis. Ambo per omnem modum, nobis hostili odio, linguis infestis, ira saucio, & exulcerato pectore, insultant: omnibus dicteriis lacerant; rogo, ferro, rota, resti facerent, si possent; aut si per te furori liceret. Illa summa acerrima machina, hæc bombarda Prætoria; nos insigni turpitudine notare, ignominia, ac dedecore opprimere. Huius insani illæ rationes veluti amentatæ sunt; illa præcipua vis impressionis ingenuæ, clamoris impetus, armorum incursio, nos ad nullam rem vtiles esse, imò inertes, ac perniciosos Reipublicæ; nos perduelles, nos Regis inimicos, nos hostes quietis communis: nimis affecta, proh Deum immortalem! & obsoleta armatura, irrita, & inania, iam millies nequicquam in auram explosa tormenta, nullo nisi inanissimi vaporis euentu, aut crepitus leuiter tenuem auræ flatum diuerberantis, dispuluerata! Manifestò iam sæpenumerò compertum, ac deprehensum est, haud alia esse illa, quàm monstrosa mendacia, conficta cõuitia, sexcenties à Societatis hostibus duplicata, decantata, toties, totiésque conuulsa, toties à probis, spectatisque hominibus cõfutata; sic vt neque obiecta illi refellere, neque respõsis leuiter saltem, ac tenuiter contradicere, neq; aliquid in cõtrariũ excogitare, neque se commouere, neque omnino hiscere auderent

CAP. V. De educatione iuuentutis.

ILLIVS prima de iuuẽtutis educatione clarigatio eſt: primum iugulo noſtro intentum iaculum, vt illa quaſi orationis, ac linguæ explanata impreſſione, campo, ac ſpatio complanato, inferretur audacius, eius propugnaculi nobis aut ſpecula exciſa, aut præſidio labefactato. Illum non fugit (quomodo enim fugere poſſet?) omnes homines vniuersè, ac tuam Maieſtatem imprimis exiſtimare, hanc ſocietatem ea parte, & Eccleſiæ ornamento, & iuuentuti vtilitati, & Reipub. emolumento eſſe poſſe: hoc Catholicos omnes à tua Maieſtate depoſcere, hoc, vt frui, ſibi, vtique liceat, expoſtulare. Ergo non prius ſtatuit reliquarum machinas argumentationum obuertere, quàm illam hominum opinionem euerterit; quâ deiecta, concuſſáque, confidat cætera poſſe eodem labefactata motu concidere; eáque ſatis opportuna ruina, noſtri nominis bonam famam non expugnari modò validiſſimè, ſed affligi penitus, & exturbari. Itaque proluſione quadam, inſtar Samnitum, qui vibrant haſtam antè pugnam, quibus in pugnando nihil vtantur, vix vnam, alterámve periodum, quaſi obiectum ſcopum, aut noſtri gratia, quod rarò, aut veritatis cauſa, quod nunquam ſolet, immiſerat; cùm è veſtigio noſtrum caput, & collum, veritatis verò ipſam rationem velut arcu intento petit: cauſatur quæ tuæ Maieſtati in Ieſuitarum cauſa, de recta Gallicæ iuuentutis inſtitutione dicantur, ea verò nullum, aut perleue habere momentum; offeciſſe „ potius, atque obſtitiſſe illos literis, quàm pro- „ fuiſſe. Etenim antequam Galliâ potirentur, lectiſ- „ ſimum

pag. 1. & 2.

Summa obiectorum ab aduerſario.

,, ſimum florem ingeniorum, medullam deliba-
,, tam ætatis ſtudioſæ Lutetiam Pariſiorum ciui-
,, tatem omnium doctrinarum parentem,& excul-
,, tricem confluere; ibi ad omnem cognitionem
,, excoli;ea tãta vi cõfluentis multitudinis ſummos
pag. 2. 3. 4. » quoſque,totáque Europa in omni diſciplinæ ge-
» nere claros artifices,ac doctores ſua ſponte acci-
» ri conſueuiſſe: ſcholas verò vel vnas menſtruas
» in aula cameracenſi haberi ſolitas facilè omni-
» bus, tum quæ tota vniuerſitate deinceps, totis
» annis, tum quæ à Ieſuitis fierent,præponderaſſe:
» ab illis omnia capita obturata fuiſſe, ſcatebra- 21
» rúmque fonticulos obſtructos, vnde illi innume-
» rabilium auditorum riuuli accerſiti, ductíque
» Pariſienſes latè campos,immenſis alluuionibus
» inundarent. Quas ob res illorum induſtria, in
» præcipuis vrbibus Regni, quaſi obiecto vallo,
» oppoſitóque aggere, ſeptos, vallatóſque inibi
» immaniter redundantes, ſtagnantéſque hærere
» retentos: enimuerò inde primam mali labem;
» miſeros iuuenes illis artibus, per illam dome-
» ſticam oppreſſionem circumuentos non poſſe
» aut Gallicę linguæ nitorem, ſaporémque verna-
» culum; aut patriæ conſuetudinis, totiúſque ci-
» uilis illius vrbanitatis leporem, & elegantiam,
» aut huiuſmodi in ſtatum, ac Regnum deberent,
» germanum affectum, ſtudiúmque domeſticum
comparare. Ecce tibi prima fronte parati cu-
niculi, primaria tela intenta: ecce impoſita, in
prima orationis acie, vulnera. Quam quidem
in partem defenſionis moleſtè fero ſatis, me po-
tiſsimum eſſe coniectum;neque enim decet, ne-
que

que ista vitæ meæ ratio postulat, neque id quod ipse potes, Henrice, animaduertere; patitur pudor me in tam aperta laudum nostrarum commemoratione versari. Quare si minus id omne, quod oporteret, ad aduersarij obiecta contulero; si ex ingenti illo, immensóque campo, quem mihi prima acie, inchoatæ orationis ingressus exhibet, in exiguum me honestatis, & verecundiæ gyrum ipse compulero; neque pro eo superiori iure, quod mihi ille ipse ostentat, in eas hostem conclusero angustias, vbi mihi hominem decursione valentissima, in isto tam probatæ honestæ causæ catadromo vrgere, ac deturbare præcipitem liceret; eo profecto est, quòd vereor à pudore, ne plurima dicam de illa ad erudiendam iuuentutem domestica industria, quæ quiuis alius diceret, cum societatis huius egregia laude coniuncta; in qua veritate, nec arrogantiæ crimen extimesceret, & cùm innocentiæ potiores partes ageret interim, & confirmaret, iniuriæ etiam neruos incidere, calumniæ vires debilitare

22 posset, ac frangere. Verùm tamen meus me ordo ille impedit de meo me ordine dicere cogitantem: ista me mea toga obstringit, pro illa ipsa mea toga disceptantem; verecundia teneor alligatus; rubore excludor, ac nisi maximis sim meorum nexuum vinculis tuæ Maiestati, atque Reipub. ea officij, obsequiique perpetui parte teneret adstrictus, quæ me ad patrocinium desertæ, atque abiectæ æquitatis suscipiendum impelleret; iecissem me potius in profundum, obstinatúmque silentium, cessissémque tempori, Henrice,

nec

nec in oratione propemodum inuidiosa existimassem, viro pudenti, prudentique vllum relictum esse honestum locum. Quapropter, qua es humanitate, & in omnes homines indulgentia, id mihi omne, si placet, ignosces, qui excusationem habeo vel pudoris, vel decori, vel officij, vel pietatis, vel virtutis, vel necessitatis: si non ita multa dixero, atque causæ ratio postularet; pudori tribues; si eò non dixero, quod id fieri modò nisi nimio, atque impari apparatu non posset, decoro; si dixero tamen nonnulla, ne causam meam deseruisse videar, officio; si quicquid tandem illud erit præstitero, vt me apud te, vt apud patriam, vt apud societatem parentem meam illo nexu soluerem, pietati; si vt æquitatis oppressæ consulerem, virtuti; si vt libere se efferentem, triumphantémque de nostro silentio aduersariorum insolentiam retardarem, necessitati. Quamquam equidem satis egó illa esse multa arbitror, quæ tametsi perpauca differuero: me illa paucitate satis instructum, imò sanè me perinde, quasi armatissimum putabo. Dico, Rex, nimis expressam veritatem, hac parte, illustri, & claro quodam loco positam esse: mancos aduersarij, & neruis omnibus captos, ac debiles conatus; vnico argumento est opus ad omnem oppositarum cauillationum aciem retundendam; dico omnium ciuitatum, prouinciarum, Regnorum, Regum, orbis denique tripartiti terrarum, vbi aliqua sunt collegia nostra fundata, vnum iudicium, vnúmque consensum, ac tantum equidem, vt nunquam maior conspiratio, aut apertio populi

Vniuersi Christiani orbis testimonium.

populi Chriſtiani vniuerſi fuiſſe vlla in cauſa vi-
deatur. Quorum ſi voces modò, & clamores au-
dire non potes; aſpice omnium in vna volunta-
tum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſtan-
tia contentiones incredibiles; quæ eorum de
noſtris gymnaſiis exiſtimatio? quæ de noſtrarum
exercitationum varietate approbationes? quæ, ſi
nos habent, de ſpectato à noſtra induſtria, colle-
ctóq; fructu præconia? quæ, ſi nos ſperant, de tra-
denda nobis ſua iuuẽtute, ſuis dulciſſimis, iucun-
diſſimiſq; pignoribus committendis cõtentiones?
Quæ, ſi non habent, modò vel per nebulam ali-
quid de inſtituto noſtro præſenſerint, quàm con-
certantia, quam importuna ſtudia, vt nos ad ſuas
regiones vel alliciant, vel inuitent, vel compel-
lant? Eæ quidem certè ſunt omnium propenſio-
nes, ij motus animorum, eæ denique generum,
ordinumq; omnium, modò non huguonotorum,
publicæ gratulationes, quas non modo non opta-
re vnquam auderemus, ſed cogitare nullomodo
poſſemus. Quod ſi nec tam frequentes ciuitates
errare poſſunt, nec tam numeroſæ prouinciæ
falli, nec tã ſpatioſa Regna decipi, nec tam cor-
dati, tam ſapientes, tam oculati populi princi-
pes, Reges allucinari, nec tota denique terrarum
immenſa vniuerſitas circumueniri: ſi denique vi- *Experientia inexpugnabilis.*
tæ experientia dux, falſitatis indagatrix, expul-
trix errorum, magiſtra morum, atque iuſtitiæ,
ipſius nutricula iuris, & veritatis, in omni proba-
tionũ genere princeps momentũ, & præcipuum
pondus obtinet; annon oportet, qui noſtram
in hoc genere reprehendat induſtriam, aut falli

ipſum, aut fallere omnes, & celebri fraude,perfidiáque decipere inſtituiſſe? vtrum igitur plus authoritatis apud tuam Maieſtatem habebit, vnius deſertiſſimi hominis inconſtantia, ac mala fides, quem videas haud aliud quicquam penſi habere, quàm animi ſui exulce[illegible] importunas ægritudines coloribus ſuis, penicillo domeſtico, in charta, quaſi ſuæ ad viuum expreſſæ ſpeciei, fuco coloratis vociferationibus tabellā exprimere, ac pro bono nummo, & proba ratione, haſta in prælo poſita, cum ſuis formoſis Rupellanis alienæ famæ decempedatoribus auctionari? an tot reliquæ pluſquam ſexcentæ ciuitates, tot nationes, tot, tantæ, tam graues plebium, optimatum, Regúmque ſententiæ, totius denique Chriſtianitatis habitabilis ſuffragantes, & conſentientes populi, qui vident, qui tangunt, qui ſentiunt, qui vociferantur contrarium; qui nos cùm ſciunt, probant; cùm deſiderant, prædicant; cùm accerſunt, ornāt; cùm amant, commendant. Dico, Henrice, omnia, quæ iſte commemorat eiuſmodi eſſe, quorum implicata repugnantia ipſiuſmet iugulum feriatur, quibúſque ille propriæ falſitatis iudicio, velit, nolit, ſe deprehenſum eſſe, atque „ conuictum fateatur. Illa tanta vis auditorum, in„ quit, eximios quoſque doctores Pariſios pellicie„ bat: Ieſuitæ illum numerum exhauſerunt: Academiam dira vaſtitate depopulati ſunt. Nondum coarguo orationis vanitatem, iam inconſtantiam, repugnantiámque, Rex, aſpice. Primùm hoc neque ingenuè dictum eſt, nec verè collectum: annon enim iſtud eſt, iis quæ ſumantur,

Boni magiſtri Academias celebres ac frequentes efficiunt.

23

tur,id quod ſit conſequens anteponere?non perſpicere quæ quibus propoſitis ſint, quæque non ſint conſentanea? non ſatis videre quid connexum,quid non extrariè,aut ineptè petitum? nihil ſecus agere,quàm ſi boue veneris leporem?iaculeris aratro?aut,vt Lucianæo prouerbio eſt,plauſtro pręposterè bouem trahas?putare,dicere à die ſolem illuceſcere?aquam ſolari æſtu conglaciare?brumali algore tepeſcere?Alpium iuga ob ſolis ardorem niue,pruinaque concreſcere, hyberna tempeſtate liqueſcere refrigerata? poſſum illi oſtendere, ſi pauliſper attendat, cogitationemq; ſobrij hominis punctum temporis ſuſcipiat, quæ cauſa in Pariſienſem Academiam eam, quam plorat,deplorat,implorat ſolitudinem, & vaſtitatem inuexerit. Nam ridiculum eſt exiſtimare auditorum numero magiſtrorum copiam optimorum acciri: quis hoc audiuit, quis dixit vnquam præter hunc vnum? imò vero ſanè magiſtri optimi ſolidam,ac robuſtam auditorum aduocant,prolectantque frequentiam:neque Pariſienſis vniuerſitas tantam vim auditorum vnquam videre potuiſſet,niſi antea lectiſſimos, atque præſtantiſſimos ex toto orbe collectos viros habuiſſet;bonos videlicet,& eruditos magiſtros, qui dignitatem Academiæ exacta bonarum artium exercitatione, aſſidua tractandorum ingeniorum diligentia, celebri fama, ac ſplendore nominis tuerentur. Non ſum neſcius poſtea maxima effuſione, & claro conuentu eorum, qui ad diſcendum primò confluunt, viciſſim etiam excellētium artificum ingenia excitari, in-

duſtriam creſcere,fieri,augerique cõcurſum; quis dubitat?Hoc tamen ego aduerſus illum plano, ac probato iure contendo; illam profuſam diſcipulorum concurſionem conſtare primum, atque exiſtere, ex affluenti virorum illuſtrium copia oportere:in locis autem parum intereſt, ſi aliud nihil dicas,eáne ſint plana,an montoſa;læuia, an aſpera;opaca,an aprica;culta,an inculta;celebria, an deſerta;coedificata,an vaſta;obſcura,an hominum concurſu illuſtria:ad Sequanam,an ad Rhodanum;ad Pyrenæum, an ad Apenninum poſita, ad conciliandam confertam auditorum multitudinem:iuuat aliquanto,fateor,nonnulla,vt ita dicam;acceſſiuncula:ſed ego omnem illam vim illuſtrium ſcholarum,in eorum, qui literas docent eruditione poſitam, & conſtitutam puto. Magiſtrorum doctrina,locorum verò,& vrbium hoſpitio, atque caupona quodammodo vtimur: alterum non paſſim inuenias, alterum facile in pago habetur: quo mihi verius, rectiuſque videtur, inſignium virorum ingeniis,quam nobilium murorum exedris Academiarũ gloriam quærere. Ita vtrumque per ſe indigens,alterum alterius auxilio eget;tamen doctorum partes primę habentur, atque præcipuæ;iámque inter mortales certamen nõ eſt, víne parietum,& ſubſelliorum, an virtute excultiſſimorum omni doctrina hominum res magis literaria aliquando procedat. Auditorum mores columbarum ingeniis ſimilę aliquid habere diceres.Eò conclamatis, vt aiunt, collectiſque vaſis,celerius aduolant,vbi plus grani,eſculentæque cicerculæ nanciſcãtur.Haud ita pridem, cum homi

Non autem locorum popuſoſa celebritas.

24

homines nescio qui de nobis, in eandem sententiam,in hac eadem causa,conquererentur:salutare consilium, Rege dignum acroama, & sapientissimum à tua Maiestate responsum tulerunt, cùm vere iuxta, ac prudenter ad hunc illis modum faceres satis. ID AGITE VOS SINE INVIDIA, VTI NEGOTII VESTRI BENE GERENTES INDVSTRIA VINCATIS IESVITAS, ETIAM EOS GLORIA, ATQVE NVMERO AVDITORVM, SINE DVBITATIONE, VINCETIS. Ea demum ars est optima auidos literarum homines inuitandi;non magnitudo,aut celebritas loci, quæ mercatores illicere illa quidem potest,doctrinarum auditores nō potest;nullumque penitus, si sola per se spectetur, inuitamentum habet,aut lenocinium ad amplificanda studia literarum:illa verò alia maximum habent, imo singulare incitamentum in omnem partem:tametsi desit illa vrbium, & situ,& natura, & amplitudine ædificiorum, mœniorum, ac turrium pulchritudine nobilitata descriptio. Nostra Massilia iam olim equidem, sine controuersia, vrbi Romæ tam operibus magnificis, admirandis antiquorum artibus, ædium visendarum præclaris substructionibus,quam reliquo toto genere opum,antiquitatis, atque imperij prærogatiua maiestate cedebat: gymnasiorum tamen, & ingeniorum cultura superabat: imò verò Massiliam discendi causa adolescentes Roma mittebat, summorū virorum, qui ibi clariores habitare, ibi sedere,ibi disputare, ibi artium omnium ludum

Regis de Societate magnificum responsum, ac testimonium.

Veteris Academiæ Massiliensis antiqua gloria.

Strabo. Geograph.

Prima causa, cur labe facta ta ceciderit Academia.

inuiolato ardore constantis animi conseruatę ma-
gna perennitas. Conqueritur iste, atque si cum
Plauto adhuc loquimur, Paratragœdiat, ab aliquo
tempore, illum gloriosissimæ Academiæ florem,
illam venustaté celeriter deflorescenté deinceps
in summo situ, & squalore, in desertissima vastita-
te, atque solitudine iacuisse. Quid causæ fuit? quis
fecit? Iesuitę; illorum appulsus in Galliam; illorum
mora Parisiensis; quidni, si istius hominis cóscien-
tiæ, verbísque credamus? sin veritati locum, ac fi- 26
dem relinquimus, quæ satis clamat, ac loquitur
ipsa per sese, earum, quas recensuimus, rerum
summa inopia; atque, quod arguit ipsa ratiocinan-
di ad accuratam germanissimæ logices stateram
librata, & collata ratio; concursus, & conflictio
dissimilium, contrariarumq; causarum. Si sol ille
princeps, ac moderator temporum diem efficit,
equidem cùm multa nocte ista omnia, densa cir-
cumfusa caligine, inuoluuntur, illæ necesse est vt
nocturnæ opacę tenebræ ex occultati, latentísque
sólis absentia proficiscantur. Iam sane Iesuitæ,
egregios doctores è cœlo Parisiensi haudqua-
quam vel tempestate auerterût, vel crotalis, cym-
balisque perculsos abegerunt; præsertim verò. Ie-
suitæ homines adeo vecordes, sine vultu, sine
colore, sine sapore, sine voce, nullo artiû bonarum
bene bono succo imbuti miseri, vt describit Ra-
bula Acephalus. Hoc certò scio: norût omnes, qui
modò istum solé ex transenna aliquando oriétem
viderunt: non disciplinã Academiæ peruerterunt;
non perdiderût, mores; non prodiderût pietatem;
non violarunt religionem; non decoxerunt fidem;
non

Iesuitæ optimos Magistros Lutetia non expulerunt.

non modeſtiam profligarunt; non pudorem diſie-cerunt ; non honeſtatem exterminarunt ; non conſtantiam afflixerunt ; non probitatem, non di gnitatem , non grauitatem , non laudem , non decus labefactarunt : ſui ingenij , laboris, & operæ partem in commune , quam poterant contulerunt : aliorum ſtudia , pro viribus , exacuerunt; tenuerunt aliquam diſciplinam ; artibus opellæ nonnihil attulerunt : pietatis , morumque certamina prouexerunt ; vt exterorum vel incende-
26 rent voluntates , vel æmularentur induſtriam; vt veterem Academiæ ſplendorem, vt florem, vt gloriam , quoad in ipſis eſſet , reſtituerent. Quare & pro ſe ipſi etiam maxima frequentium ſcholarum celebritate , ingenti auditorum cateruа, & copia circumfluebant.

CAP. VI. De ſtatu Pariſienſis Academiæ anno 1564.

NAM ILLVD imprimis cecidit peropportune, cùm ad memoriam ſingulare , tum ad cõmendationem diuinæ prouidentiæ admirabile ; in eius florentiſſimæ vniuerſitatis dignitate retinenda. Cœpimus anno 1564. Pariſijs ludum aperire , atque officinam docendi , optimo ſtatu Academiæ pene iam inclinato , diſciplina-
27 que gymnaſtica præcipitante;ſiue quòd illi egregij præceptores pedetentim effluxerant, quorum immatura mors interuenerat; ſiue quòd lues popularis inguinaria, vltra quàm cuiquam credibile eſt, ſæuè graſſata, biennio antè cuncta gymnaſia huc illuc conuulſa diſtraxerat ; ſiue imprimis, quòd longè teterrima peſtis animorum , fax , & furia patriæ Religionis , peſtifer hæreticæ prauitatis anhelitus bonam, vel magiſtrorum, vel audi-

batus, illo more austero, ac modo, quem in fabulis antiquis, & comœdiis videmus, pro Menedemo; iste remissus, ac leuiter vrbanus, pro Dauo: ille Heraclitum agit mœstus, & conturbatus: iste facetum, irrisoremque Democritum ridiculus, & iocularis. Ambo per omnem modum, nobis hostili odio, linguis infestis, ira saucio, & exulcerato pectore, insultant: omnibus dicteriis lacerant; rogo, ferro, rota, resti facerent, si possent; aut si per te furori liceret. Illa summa acerrima machina, hæc bombarda Prætoria; nos insigni turpitudine notare, ignominia, ac dedecore opprimere. Huius insani illæ rationes veluti amentatæ sunt; illa præcipua vis impressionis ingenuæ, clamoris impetus, armorum incursio, nos ad nullam rem vtiles esse, imò inertes, ac perniciosos Reipublicæ; nos perduelles, nos Regis inimicos, nos hostes quietis communis: nimis affecta, proh Deum immortalem! & obsoleta armatura, irrita, & inania, iam millies nequicquam in auram explosa tormenta, nullo nisi inanissimi vaporis euentu, aut crepitus leuiter tenuem auræ flatum diuerberantis, dispuluerata! Manifestò iam sæpenumerò compertum, ac deprehensum est, haud alia esse illa, quàm monstrosa mendacia, conficta côuitia, sexcenties à Societatis hostibus duplicata, decantata, toties, totiésque conuulsa, toties à probis, spectatísque hominibus côfutata; sic vt neque obiecta illi refellere, neque respôsis leuiter saltem, ac tenuiter contradicere, neq; aliquid in côtrariũ excogitare, neque se commouere, neque omnino hiscere auderent

ILLIVS prima de iuuẽtutis educatione clarigatio est: primum iugulo nostro intentum iaculum, vt illa quasi orationis, ac linguæ explanata impressione, campo, ac spatio complanato, inferretur audacius, eius propugnaculi nobis aut specula excisa, aut pręsidio labefactato. Illum non fugit (quomodo enim fugere posset?) omnes homines vniuersè, ac tuam Maiestatem imprimis existimare, hanc societatem ea parte, & Ecclesiæ ornamento, & iuuentuti vtilitati, & Reipub. emolumento esse posse: hoc Catholicos omnes à tua Maiestate deposcere, hoc, vt frui, sibi, vtique liceat, expostulare, Ergo non prius statuit reliquarum machinas argumentationum obuertere, quàm illam hominum opinionem euerterit; qua deiecta, concussáque, confidat cætera posse eodem labefactata motu concidere; eáque satis opportuna ruina, nostri nominis bonam famam non expugnari modò validissimè, sed affligi penitus, & exturbari. Itaque prolusione quadam, instar Samnitum, qui vibrant hastam antè pugnam, quibus in pugnando nihil vtantur, vix vnam, alterámve periodum, quasi obiectum scopum, aut nostri gratia, quod rarò, aut veritatis causa, quod nunquam solet, immiserat; cùm è vestigio nostrum caput, & collum, veritatis verò ipsã in rationem velut arcu intento petit: causatur quæ tuæ Maiestati in Iesuitarum causa, de recta Gallicæ iuuentutis institutione dicantur, ea verò nullum, aut pęrleuę habere momentum; offecisse „ potius, atque obstitisse illos literis, quàm pro- „ fuisse. Etenim antequam Gallia potirentur, lectis- „ simum

CAP. V. De educatione iuuentutis.

Pag. 1. & 2.

„ Summa obiectorum ab „ aduersario.

,, ſimum florem ingeniorum, medullam deliba-
,, tam ætatis ſtudioſæ Lutetiam Pariſiorum ciui-
,, tatem omnium doctrinarum parentem,& excul-
,, tricem confluere; ibi ad omnem cognitionem
,, excoli;ea tãta vi cõfluentis multitudinis ſummos
pag. 2. 3. 4. » quoſque,totáque Europa in omni diſciplinæ ge-
» nere claros artifices,ac doctores ſua ſponte acci-
» ri conſueuiſſe: ſcholas verò vel vnas menſtruas
» in aula cameracenſi haberi ſolitas facilè omni-
» bus, tum quæ tota vniuerſitate deinceps, totis
» annis, tum quæ à Ieſuitis fierent,præponderaſſe:
» ab illis omnia capita obturata fuiſſe, ſcatebra- 21
» rúmque fonticulos obſtructos, vnde illi innume-
» rabilium auditorum riuuli accerſiti, ductíque
» Pariſienſes latè campos,immenſis alluuionibus
» inundarent. Quas ob res illorum induſtria, in
» præcipuis vrbibus Regni, quaſi obiecto vallo,
» oppoſitóque aggere, ſeptos, vallatóſque inibi
» immaniter redundantes, ſtagnantéſque hærere
» retentos: enimuerò inde primam mali labem;
» miſeros iuuenes illis artibus, per illam dome-
» ſticam oppreſſionem circumuentos non poſſe
» aut Gallicę linguæ nitorem, ſaporémque verna-
» culum; aut patriæ conſuetudinis, totiúſque ci-
» uilis illius vrbanitatis leporem, & elegantiam,
» aut huiuſmodi in ſtatum, ac Regnum deberent,
» germanum affectum, ſtudiúmque domeſticum
comparare. Ecce tibi prima fronte parati cu-
niculi, primaria tela intenta: ecce impoſita, in
prima orationis acie, vulnera. Quam quidem
in partem defenſionis moleſtè fero ſatis, me po-
tiſsimum eſſe coniectum;neque enim decet, ne-

que

que ista vitæ meæ ratio postulat, neque id quod
ipse potes, Henrice, animaduertere, patitur pudor
me in tam aperta laudum nostrarum commemo-
ratione versari. Quare si minus id omne, quod
oporteret, ad aduersarij obiecta contulero; si ex
ingenti illo, immensóque campo, quem mihi
prima acie, inchoatæ orationis ingressus exhibet,
in exiguum me honestatis, & verecundiæ gyrum
ipse compulero; neque pro eo superiori iure,
quod mihi ille ipse ostentat, in eas hostem con-
clusero angustias, vbi mihi hominem decursio-
ne valentissima, in isto tam probatæ honestæ
causæ catadromo vrgere, ac deturbare præcipi-
tem liceret; eo profectò est, quòd reuocer à pu-
dore, ne plurima dicam de illa ad erudiendam
iuuentutem domestica industria, quæ quiuis
alius diceret, cum societatis huius egregia laude
coniuncta; in qua veritate, nec arrogantiæ cri-
men extimesceret, & cùm innocentiæ potiores
partes ageret interim, & confirmaret, iniuriæ
etiam neruos incidere, calumniæ vires debilita-
22 re posset, ac frangere. Verumtamen meus me or-
do ille impedit de meo me ordine dicere cogi-
tantem: ista me mea toga obstringit, pro illa ipsa
mea toga disceptantem; verecundia teneor alli-
gatus; rubore excludor, ac nisi maximis firmo-
rum nexuum vinculis tuæ Maiestati, atque Rei-
pub. ea officij, obsequiíque perpetui parte tene-
ret adstrictus, quæ me ad patrocinium desertæ,
atque abiectæ æquitatis suscipiendum impelle-
ret; iecissem me potius in profundum, obstina-
túmque silentium, cessissémq; tēpori, Henrice,

nec

nec in oratione propemodum inuidiosa existimassem, viro pudenti, prudentique vllum relictum esse honestum locum. Quapropter, qua es humanitate, & in omnes homines indulgentia, id mihi omne, si placet, ignosces, qui excusationem habeo vel pudoris, vel decori, vel officij, vel pietatis, vel virtutis, vel necessitatis: si non ita multa dixero, atque causæ ratio postularet; pudori tribues; si eò non dixero, quod id fieri modò nisi nimio, atque impari apparatu non posset, decoro; si dixero tamen nonnulla, ne causam meam deseruisse videar, officio; si quicquid tandem illud erit præstitero, vt me apud te, vt apud patriam, vt apud societatem parentem meam illo nexu soluerem, pietati; si vt æquitatis oppressæ consulerem, virtuti; si vt libere se efferentem, triumphantémque de nostro silentio aduersariorum insolentiam retardarem, necessitati. Quamquam equidem satis egò illa esse multa arbitror, quæ tametsi perpauca dissenero; me illa paucitate satis instructum, imò sanè me perinde, quasi armatissimum putabo. Dico, Rex, nimis expressam veritatem, hac parte, illustri, & claro quodam loco positam esse: mancos aduersarij, & neruis omnibus captos, ac debiles conatus; vnico argumento est opus ad omnem oppositarum cauillationum aciem retundendam: dico omnium ciuitatum, prouinciarum, Regnorum, Regum, orbis denique tripartiti terrarum, vbi aliqua sunt collegia nostra fundata, vnum iudicium, vnúmque consensum, ac tantum equidem, vt nunquam maior conspiratio, aut apertio populi

Vniuersi Christiani orbis testimonium.

puli

populi Christiani vniuersi fuisse vlla in causa videatur. Quorum si voces modò, & clamores audire non potes; aspice omnium in vna voluntatum, studiorum, sententiarum summa constantia contentiones incredibiles; quæ eorum de nostris gymnasiis existimatio? quæ de nostrarum exercitationum varietate approbationes? quæ, si nos habent, de spectato à nostra industria, collectóq; fructu præconia? quæ, si nos sperant, de tradenda nobis sua iuuẽtute, suis dulcissimis, iucundissimísq; pignoribus committendis cõtentiones? Quæ, si non habent, modò vel per nebulam aliquid de instituto nostro præsenserint, quàm concertantia, quàm importuna studia, vt nos ad suas regiones vel alliciant, vel inuitent, vel compellant? Eæ quidem certè sunt omnium propensiones, ij motus animorum, eæ denique generum, ordinumq; omnium, modò non huguonotorum, publicæ gratulationes, quas non modò non optare vnquam auderemus, sed cogitare nullomodo possemus. Quod si nec tam frequentes ciuitates errare possunt, nec tam numerosæ prouinciæ falli, nec tã spatiosa Regna decipi, nec tam cordati, tam sapientes, tam oculati populi principes, Reges allucinari, nec tota denique terrarum immensa vniuersitas circumueniri: si denique vitæ experientia dux, falsitatis indagatrix, expultrix errorum, magistra morum, atque iustitiæ, ipsius nutricula iuris, & veritatis, in omni probationũ genere princeps momentũ, & præcipuum pondus obtinet: annon oportet, qui nostram in hoc genere reprehendat industriam, aut falli

Experientia inexpugnabilis.

ipſum, aut fallere omnes, & celebri fraude, perfidiáque decipere inſtituiſſe? vtrum igitur plus authoritatis apud tuam Maieſtatem habebit, vnius deſertiſſimi hominis inconſtantia, ac mala fides, quem videas haud aliud quicquam penſi habere, quàm animi ſui exulce[illegible] importunas ægritudines coloribus ſuis, penicillo domeſtico, in charta, quaſi ſuæ ad viuum expreſſæ ſpeciei, ſuco coloratis vociferationibus tabellã exprimere, ac pro bono nummo, & proba ratione, haſta in prælo poſita, cum ſuis formoſis Rupellanis alienæ famæ decempedatoribus auctionari? an tot reliquæ pluſquam ſexcentæ ciuitates, tot nationes, tot, tantæ, tam graues plebium, optimatum, Regúmque ſententiæ, totius denique Chriſtianitatis habitabilis ſuffragantes, & conſentientes populi, qui vident, qui tangunt, qui ſentiunt, qui vociferantur contrarium; qui nos cùm ſciunt, probant; cùm deſiderant, prædicant; cùm accerſunt, ornãt; cùm amant, commendant. Dico, Henrice, omnia, quæ iſte commemorat eiuſmodi eſſe, quorum implicata repugnantia ipſiuſmet iugulum feriatur, quibúſque ille propriæ falſitatis iudicio, velit, nolit, ſe deprehenſum eſſe, atque „ conuictum fateatur. Illa tanta vis auditorum, in„ quit, eximios quoſque doctores Pariſios pellicie„ bat: Ieſuitæ illum numerum exhauſerunt: Academiam dira vaſtitate depopulati ſunt. Nondum coarguo orationis vanitatem, iam inconſtantiam, repugnantiámque, Rex, aſpice. Primùm hoc neque ingenuè dictum eſt, nec verè collectum: annon enim iſtud eſt, iis quæ ſumantur,

Boni magiſtri Academias celebres ac frequentes efficiunt.

tur, id quod sit consequens anteponere? non perspicere quæ quibus propositis sint, quæque non sint consentanea? non satis videre quid connexum, quid non extrarie, aut inepte petitum? nihil secus agere, quàm si boue veneris leporem? iaculeris aratro? aut, vt Lucianæo prouerbio est, plaustro pręposterè bouem trahas? putare, dicere à die solem illucescere? aquam solari æstu conglaciare? brumali algore tepescere? Alpium iuga ob solis ardorem niue, pruinaque concrescere, hyberna tempestate liquescere refrigerata? possum illi ostendere, si paulisper attendat, cogitationemq; sobrij hominis punctum temporis suscipiat, quæ causa in Parisiensem Academiam eam, quam plorat, deplorat, implorat solitudinem, & vastitatem inuexerit. Nam ridiculum est existimare auditorum numero magistrorum copiam optimorum acciri: quis hoc audiuit, quis dixit vnquam præter hunc vnum? imò vero sanè magistri optimi solidam, ac robustam auditorum aduocant, prolectantque frequentiam: neque Parisiensis vniuersitas tantam vim auditorum vnquam videre potuisset, nisi antea lectissimos, atque præstantissimos ex toto orbe collectos viros habuisset; bonos videlicet, & eruditos magistros, qui dignitatem Academiæ exacta bonarum artium exercitatione, assidua tractandorum ingeniorum diligentia, celebri fama, ac splendore nominis tuerentur. Non sum nescius postea maxima effusione, & claro conuentu eorum, qui ad discendum primò confluunt, vicissim etiam excellētium artificum ingenia excitari, in-

duſtriam creſcere,fieri,augeriq́ue cõcurſum; quis dubitat?Hoc tamen ego aduerſus illum plano, ac probato iure contendo; illam profuſam diſcipulorum concurſionem conſtare primum, atque exiſtere, ex affluenti virorum illuſtrium copia oportere:in locis autem parum intereſt, ſi aliud nihil dicas,eâne ſint plana,an montoſa;læuia, an aſpera;opaca,an aprica;culta,an inculta;celebria, an deſerta;coędificata,an vaſta;obſcura,an hominum concurſu illuſtria:ad Sequanam,an ad Rhodanum;ad Pyrenæum, an ad Apenninum poſita, ad conciliandam confertam auditorum multitudinem:iuuat aliquanto,fateor,nonnulla,vt ita dicam,acçeſſiuncula:ſed ego omnem illam vim illuſtrium ſcholarum,in eorum, qui literas docent eruditione poſitam, & conſtitutam puto. Magiſtrorum doctrina,locorum verò,& vrbium hoſpitio, atque caupona quodammodo vtimur: alterum non paſſim inuenias, alterum facile in pago habetur: quo mihi verius, rectiuſque videtur, inſignium virorum ingeniis,quam nobilium murorum exedris Academiarũ gloriam quærere. Ita vtrumque per ſe indigens,alterum alterius auxilio eget;tamen doctorum partes primę habentur, atque præcipuæ;iámque inter mortales certamen nõ eſt, vtrùm parietum,& ſubſelliorum, an virtute excultiſſimorum omni doctrina hominum res magis literaria aliquando procedat. Auditorum mores columbarum ingeniis ſimilę aliquid habere diceres.Eò conclamatis, vt aiunt, collectiſque vaſis,celerius aduolant,vbi plus grani,eſculentæque ciceroulæ nanciſcãtur.Haud ita pridem, cum homi

24

Non autem locorum populoſa celebritas.

homines nescio qui de nobis, in eandem sententiam, in hac eadem causa, conquererentur: salutare consilium, Rege dignum acroama, & sapientissimum à tua Maiestate responsum tulerunt, cùm vere iuxta, ac prudenter ad hunc illis modum faceres satis. ID AGITE VOS SINE INVIDIA, VTI NEGOTII VESTRI BENE GERENTES INDVSTRIA VINCATIS IESVITAS, ETIAM EOS GLORIA, ATQVE NVMERO AVDITORVM, SINE DVBITATIONE, VINCETIS. Ea demum ars est optima auidos literarum homines inuitandi; non magnitudo, aut celebritas loci, quæ mercatores illicere illa quidem potest, doctrinarum auditores nō potest; nullumque penitus, si sola per se spectetur, inuitamentum habet, aut lenocinium ad amplificanda studia literarum: illa verò alia maximum habent, imo singulare incitamentum in omnem partem: tametsi desit illa vrbium, & situ, & natura, & amplitudine ædificiorum, mœniorum, ac turrium pulchritudine nobilitata descriptio. Nostra Massilia iam olim equidem, sine controuersia, vrbi Romæ tam operibus magnificis, admirandis antiquorum artibus, ædium visendarum præclaris substructionibus, quam reliquo toto genere opum, antiquitatis, atque imperij prærogatiua maiestate cedebat: gymnasiorum tamen, & ingeniorum cultura superabat: imò verò Massiliam discendi causa adolescentes Roma mittebat, summorū virorum, qui ibi clariores habitare, ibi sedere, ibi disputare, ibi artium omnium ludum

Regis de societate magnificum responsum, ac testimonium.

Veteris Academiæ Massiliensis antiqua gloria.

Strabo. Geograph.

ludū aperire ſolerent,imitatione permota, vt iam fractū prope,ac debilitatū Romæ decus Maſſiliæ vrbis laude niteretur. Quid illæ bonarū omnium

Athenæ. artiū inuentrices Athenæ? annon ſtudioſos erant ex omnibus terræ partibus Aſia, Africa, cuncta Europa,murorū ſuorum ambitu complexæ?quod quis ignorat,non tam, quòd celebris eſſet, atque copioſa ciuitas, illi accidiſſe,quàm quòd eruditiſſimis hominibus, liberaliſſimisq; ſtudijs afflueret; quòd mortaliū ſapientiſſimos iudicatos Socrates, quòd diuinos Platones, quòd ingenij principes Ariſtoteles,quòd dicēdi magiſtros Iſocrates,quòd eloquētiæ Reges,Genióſque Demoſthenes,quòd cæteram illam Philoſophorum, atque Oratorum 25 familiam aleret, qui omnium magnarum rerum, atque artium ſcientiam, omnia cognitionis, atque doctrinæ ſtudia profitebantur? niſi verò paucas alias vrbes arbitramur toto orbe, eo tempore,extitiſſe pulchritudine inſignes, magnitudine florentes,adeóque Athenis multis partibus anteponendas,illis tamen ſtudiorum certaminibus,& ornamentis, & ſcholarum ſtudioſis cœtibus deſtitutas, eò quod apud illas egregij doctrinarum antiſtites,atque authores, qui eam celebritatem aduehèrent,deſiderarētur. Memphim, Carthaginem, Alexandriam in Africa; Romam, Auguſtodunum, Treuiros in Europa; Echbatanam, Tauros,Antiochiam,Babylonem,Niniuem, Damaſcum, & Sardos in Aſia pulcherrimas, maximas,opulentiſſimas ciuitates,ſciēdi verò, diſcendique præſidijs perobſcura, aut omnino nulla diſciplinarum emporia; putà pro eo numero, ea-

que

que gloria, qui plus minus eiusmodi literariarum mercium veluti portitores venalitij, & informandorum pulcherrimis artibus ingeniorum industrij artifices cæteris antecellerent. Quæ causa igitur fuit, cur Parisiensis Academia augustissimum sapientiæ vniuersæ sacrarium paucis hisce ante binis, ternisue seculis, existimatione clarissimi nominis, incredibili studiosorum nobilitate, & copia, in reliquis omnibus, per multas ætates studiorum domina vigeret; peragraretque longissimè magna fama vastissimas orbis Christiani Regiones; immensitatesque terrarum? Ego tibi dicam. Hos clamores, has admirationes, hanc celebritatem, hæc decora, mea quidem sententia, fecit accurata vetustæ disciplinæ ratio, & obseruantia, quam acceperant à maioribus suis: fecit eorum hominum, qui præessent instituendæ iuuentuti, eximia quadam gloria, & prædicatione præstantium singularis industria, nusquam interrupta seduitas, præclara doctrina, summa alacritas, egregia partim dicendi facultas, partim docendi solertia: fecit gymnasiarchorũ acerrimum studium, assidua cura, attentissima cogitatio, prouida solicitudo, mirifica vigilantia: fecit auditorum iuxta, ac magistrorum spectata modestia, perpetua grauitas, rara virtus, probata integritas, exculta probitas, morum, vitæ, laudis, pudoris honestas, dignitas, decor: atque ad extremum, si iste vult scire; fecit in proposito semel integræ fidei, susceptoq; consilio continuata, constansque sententia; in placido, quietóque studio pietatis antiquæ diuturnitas: in auitæ religionis

Quibus de causis aliquãdo Academia Lutetiana floruerit.

inuiolato ardore constantis animi conseruatę magna perennitas. Conqueritur iste, atque si cum Plauto adhuc loquimur, Paratragœdiat, ab aliquo tempore, illum gloriosissimæ Academiæ florem, illam venustate celeriter deflorescentē deinceps in summo situ, & squalore, in desertissima vastitate, atque solitudine iacuisse. Quid causæ fuit? quis fecit? Iesuitę; illorum appulsus in Galliam; illorum mora Parisiensis; quidni, si istius hominis cōscientiæ, verbisque credamus? sin veritati locum, ac fidem relinquimus, quæ satis clamat, ac loquitur ipsa per sese, earum, quas recensuimus, rerum summa inopia; atque, quod arguit ipsa ratiocinandi ad accuratam germanissimæ logices stateram librata, & collata ratio; concursus, & conflictio dissimilium, contrariarumq; causarum. Si sol ille princeps, ac moderator temporum diem efficit, equidem cùm multa nocte ista omnia, densa circumfusa caligine, inuoluuntur, illæ necesse est vt nocturnæ opacę tenebræ ex occultati, latentisque solis absentia proficiscantur. Iam sane Iesuitæ, egregios doctores e cœlo Parisiensi haudquaquam vel tempestate auerterūt, vel crotalis, cymbalisque perculsos abegerunt; præsertim verò Iesuitæ homines adeo vecordes, sine vultu, sine colore, sine sapore, sine voce, nullo artiū bonarum bene bono succo imbuti miseri, vt describit Rabula Acephalus. Hoc certò scio: norūt omnes, qui modò istum solē ex transenna aliquando orietem viderunt: non disciplinā Academiæ peruerterunt; non perdiderūt mores; non prodiderūt pietatem; non violarunt religionem; non decoxerunt fidem; non

Prima causa, cur labi facta ta ceciderit Academia.

Iesuitæ optimos Magistros Lutetia non expulerunt.

26

non modestiam profligarunt; non pudorem disiecerunt; non honestatem exterminarunt; non constantiam afflixerunt; non probitatem, non dignitatem, non grauitatem, non laudem, non decus labefactarunt: sui ingenij, laboris, & operæ partem in commune, quam poterant contulerunt: aliorum studia, pro viribus, exacuerunt; tenuerunt aliquam disciplinam, artibus opellæ nonnihil attulerunt: pietatis, morumque certamina prouexerunt; vt exterorum vel incenderent voluntates, vel æmularentur industriam; vt veterem Academiæ splendorem, vt florem, vt gloriam, quoad in ipsis esset, restituerent. Quare & pro se ipsi etiam maxima frequentium scholarum celebritate, ingenti auditorum caterua, & copia circumfluebant.

CAP. VI. De statu Parisiensis Academiæ anno 1564.

NAM ILLVD imprimis cecidit peropportune, cùm ad memoriam singulare, tum ad cómendationem diuinæ prouidentiæ admirabile; in eius florentissimæ vniuersitatis dignitate retinenda. Cœpimus anno 1564. Parisijs ludum aperire, atque officinam docendi, optimo statu Academiæ pene iam inclinato, disciplinaque gymnastica præcipitante; siue quòd illi egre-
27 gij præceptores pedetentim effluxerant, quorum immatura mors interuenerat; siue quòd lues popularis inguinaria, vltra quam cuiquam credibile est, sæuè grassata, biennio antè cuncta gymnasia huc illuc conuulsa distraxerat: siue imprimis, quòd longe teterrima pestis animorum, fax, & furia patriæ Religionis, pestifer hæreticæ prauitatis anhelitus bonam, vel magistrorum, vel audi-

torum partem, qui humaniori literaturæ operam nauabant, partim afflauerat, partim auulserat. Ante aliquot annos summi quique viri, qui proximè fuerāt, in illius Academiæ clarissima luce versati, quibus vix quicquam perfectius in eo docendi munere nostra Gallia, illis præsertim temporibus, ausa esset optare, ex hac misera, ac mortali vita desciuerant. Quo tamen eos beatos iudico, vt illis non erepta vita, sed donata mors esse videatur, quòd non viderunt innumera, quæ inde mala pertulit Christiana religio: non flagrantem gemina peste vrbem Regiam, non ardentia hæreticis facibus gymnasiorum Sacrosancta subsellia, non orbitatem scholarum, non optimarum artium despicientiam, non denique satis deformatam eam vniuersitatem, in qua ipsi florentissima multum omnibus gloria præstitissent. In his

Budæus. Guillelmus Budæus eius sæculi decus ingens, anno 1539. quem constat cùm omni humanitate, ad infinitam gloriam, tum Græcis disciplinis mirabiliter ad immortalitatem clarissimi nominis institutū, atq; illius linguæ pulcherrimæ maximo iam vsu imbutum: Athenis natum in medio Areopago

Vatablus. esse diceres. Huic Franciscus Vatablus proximus, & Iacobus Tusanus fuit; anno 1546. vterq; profes-

Tusanus. sor ęrarij Regij stipendiarius, hæc enim ętas effudit, hanc copiam: ille Hebræi sermonis laude excellens; iste Græcæ orationis peritia, illa ætate, in cæteris clarus. Post hanc iacturam, aliquot annis,

Perionius. Ioachimus Perionius Theologus Benedictinus ex huius infœlicis vitæ statione decessit, per omnia egregiè subtilis, atq; elegans; quē prope auderes in

optima

optima dictione latina oratorem bonum dicere; & cui nihil admodum defuisse videatur. Quem verò extet, & de quo sit celebri hominum fama celebratum omni scientia, qua ad humanitatem formantur homines, floruisse, & ita esse habitum; fuit Adrianus Turnebus professor iisdem Regiis stipendiis honorarius, singulare ornamentum, ac decus Galliarum, qui obiit iam, extinctis illis, quos diximus cùm Perionio, eodẽ anno 1564. cuius hominis ludus cunctæ Galliæ quasi officina quædam patuit omnis politioris, cultiorísque disciplinæ: perfectus magister, non pessimus orator. Is in illo tempore maioris partis Catholicorum animos offendit, quòd vix paucis diebus ante eum diem, quo die eius morte fuit vita conclusa, vehementius commotus, quàm pro graui, & modesto homine, in nostrum ordinem tam acerbè esset inuectus, grauiúsq; minimè malus, incautúsque vir, quibusdam quasi verborum admotis facibus exarsisset, quàm potuissent homines de illius modestia vnquam timere: vsque eò, vt neque vsquam ita lapsus putaretur, & diceretur omnium ore cæteros à Turnebo semper omnes humanioribus doctrinis esse superatos; illo autem die etiam ipsum fuisse ab humanitate quodammodo derelictum. Ita Sotericis, aut Sotadicis potius suis versibus dignitatis, ac famæ nostræ patrimonium diripere est conatus: quos aduersarij, quasi pro labaro inferre, ac passim veluti ex signo ostentare, pro formosis vmbilicis, atque emblematibus consueuerunt in omnibus libellis, quemadmodum ille bonus Turnebus.

pictor

pictor ſuam cupreſſum, quàm ſimulare fortaſſe ſciebat in omnibus tabulis. Cauſæ id fuit, maximam parte, cur iſtis noſtris rediuiuis, atq; ad Lunam, renaſcenti orbiculo rotundatam redintegratis, qui ſe vocitant reformatos, ſermonum anſa daretur, vt dicerent, ſcriberent, crederent, Turnebum noua dolabra Caluinica retornatum, atque ad dodrantem propemodum expolitum, mortem denique formoſam, ipſorum fidem profeſſum oppetiiſſe. Illum mirificè celebrarunt; illi ſpiſſiſsima epigrammata ſenſu, ac ſono reformato fecerunt, cecinerunt, buſto incidi iuſſerunt: ſed illorum nimiam credulitatem euentus fefellit. Nam ad extremum fortis, & conſtans in optima ratione ſemper fuit, & magna firmitate, quod doctiſſimus Genebrardus literarum monimentis poſteritati teſtatum reliquit: ad vſque extremum vitæ diem, vt frontem ferlant, in auita Religione Catholica, perſeuerauit: adeo illi, qui viuos capere non poſſunt, mortuos furantur, & vmbras, ac laruas deſperatis, fanaticiſque veſtigiis inſequuntur. ¡Atque vtinam illud ad laudem, & decus natum ingenium, vt immortalem ſibi ex cognitione gloriam compararerat, ita etiam diuturniores vitæ ſpacia propagaſſet, vnde non ſolùm Pariſienſis Academiæ ſplendorem tueretur, verum etiam, vt huius Societatis intimos ſenſus pertentaret, eius ſecretiorem mentem, atque animum penitus introſpiceret: mutaſſet ipſe propoſitum ſuum; conſilium accuſaſſet, deceſſiſſet de illa ſententia, Societatem profectò non ſolum præconio, ſed amore etiam,

Errores, ac fabulæ Caluiniſtarum de morte Turnebi. 28

Turnebus obiit Catholicus.

& per

& perpetuo quodam iudicio ſuo dilexiſſet: non ſe ipſe modò correxiſſet,ſed verſus ſuos nec valde numeroſos, aut graues, & incauti animi inſcientia deprauatos facile emendaſſet; fatiſcentes improuidis, iniuſtíſque ſcõmatibus metrorum lacunas, ac rimas expleſſet melioribus numeris: illi iuxta,ac non paucis aliis accidiſſet doctrina, atque optimarum rerum ſtudio eruditis,honeſtis, & honoratis viris, tum variis aliis mundi partibus, tum maximè in Gallia,Amyoto, Vigorio,Sanctеſio, Carpentario, & cæteris,qui cùm à ſocietate, antequam noſſent,animo eſſent alieniſſimo, poſtmodum, re aliquãto melius explorata,aliquando nauigationis curſu cõuerſo,in cõtrariũ vela vertere,funémq; reducere cõſtituerunt;& quã vel oderant, vel nõ probarãt ſatis,arctioribus eã deinde ſunt,adſtrictioribúsq; amoris vinculis,reconciliatis volũtatibus amplexati. Sed Petrum Ramum etiam,temporibus illis, Caluiniſtam illum quidem,& turbulentum,ſed tamen ſatis magno in honore habitum ludimagiſtrum, nec eum contemnendum, haud ita multo poſt eandem mortalitatis aleam, quanquam funeſtiorem ſubiiſſe memoria tenemus: illi homini planè non minimarum in loquentia latina partium, haud vulgaris in fando lepos inerat, ſi vel ſapientiæ plus paulò habuiſſet, vel ſua eſſe vellet Marathone contentus; non autem in alieno choro pedem ponere, aut in Ariſtotelea ſylua aratrum ſuum circunducere, quo naturam ipſam

29 pene perſtringeret; aut obuios quoſque haud quaquam iam Ariſtarchus, ſed grammaticus

Phala

Phalaris insectari propemodum armis, suis notis carpere, figere, vellicare, censorioque toto illo supercilio, quod illi ingenium erat, ambitiosè lacessere. Nec idcirco tamen tot; tantisq; Doctoribus desideratis prorsus afflicta iacuit, aut inculta penitus Academia, aut posteriorum ingenia fuere superiorum illorum obitu retardata. Nam extitere senibus, & migrantibus illis: Iacobus Carpentarius Philosophiæ, atque Medicinæ artibus, vsque ad plausum perpolitus. Duretus artis eiusdem haud imparis gloriæ in Græca palæstra non mediocriter exercitatus. Auratus bene Græcus, & valde venustus, qui porro poëma faceret ita festiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri posset argutius. A Quercu plenus humanarum artium, cultiorúmque disciplinarum. Tum Lambinus cùm omni Græcarum literarum ornatu excultus, atque expolitus, tum eius eruditum, & humanitate refertum est habitum, ac prope curiosum, ac nouum orationis genus: fuerunt etiam Paschasius, & Quinquarboreus, quos video in numero eruditorum fuisse: illum non indisertum, eorum, qui Mathematici vocantur, recondita in arte, & multiplici, subtilique versatum: alterum cuius ingenium, & omnis illa vis sanctioris, idiomatis, in traditis de lingua sacrosancta præceptionibus spirare etiam hodie videtur: vt alios tacitus interea prætermittam, ne abeat in infinitum oratio. Quæ vt sint omnia, tanto tamen est maior de vniuersitatis imminutæ dignitate, ac flore facta decessio.

Carpentarius. Duretus. Auratus. A Quercu. Lambinus. Paschasius. Quinquarboreus.

Philosophia, & Theologia.

De optimo genere Theologicarum exercitationum,

num,& Philoſophicorum certaminum,quæ præcipua duo Academiarum columina facilè in vniuerſa iſta optimarum artium Encyclopedia primas ſibi vendicant, norunt omnes illorum vicini temporum Sorboniſtæ Doctores,qui ſuperſtites hactenus viuunt, ac ſi opus erit, eam pro cauſa veritatis vocem emittēt;illas principes diſciplinas, ea tempeſtate mire proſtratas, ac derelictas, in magna deſpicatione,magnoq́ue contemptu languiſſe, quātum quidē id omne cumq; eſſet ad priora illa literarum heroica tempora comparatum. Etiámque ſi volent veritatis rationem tenere, haud ibunt, opinor, inficias ex eo tempore haud paulo meliores & florentiores poſtea, quàm ante extiterant, fuiſſe,ſine controuerſia. Iam verò etiam, vt vltro hoc demus,tunc earum artium profeſſores non eaqualiſe modò ſcientia illa antiquiora lumina ſeculi eruditi,ſed & gloria ſuperaſſe: Theologiam verò adeo omnium laudatarum artium Reginam,ac parētem, quàm vnquam maximè, in ſuo primigenio flore, vſque ad illam viguiſſe ætatem: ſed enim id eorum cauſa comparatum videbatur eſſe, qui iam longiùs in rerum ingenuarum ſtudia prouecti eſſent,vſúque iam aliquo roboratam ſapientiam ad quandam veluti maturiorem adoleſcentiam perduxiſſent; cùm illæ prælectiones, quæ pom-

30 pæ plenæ, quæ illuſtres, quæ ſplendidæ eſſent, quæque haberent ſummam ſpeciem, & magnificentiam prouectiores expolirent,potius,quàm ad eorum adoleſcentium captum, conferrent, quorum animos oporteret in ſchola à magiſtris

peritis

peritis, expertæque ſcientiæ, qui eos molles, ac flexibiles inuenirent, familiarius educari; primoribuſque ſubiectis coloribus, & primario veluti ſuo ſucco repetito imbutos, ac leuiter tinctos ad cæteram conformationem lineamentorum, perfectámque vmbrarum, & abſolutæ illius eminentiæ coloratã pulchritudinem præparari: quę omnia, ſat ſcio, haud quaquam Pariſiis paſſim, in gymnaſiis omnibus tunc temporis fiebant. Quambrem, in ea tempeſtate, diuina prouidentia, inter alia veluti euocata præſidia, nouum conſcripſit ſubſidiarium ſupplementum auxiliarios noſtræ Societatis homines, non tanquam idoneos, ac pollentes magis, ſed tamen bene paratos, & expeditos, & promptos, & omnibus optimæ voluntatis, animíque per ſe inſtructi opibus armatos, nec non ad bene de hominibus promerendum, ad excolenda lectiſſimæ iuuentutis ingenia, ad promouenda ſanctiora ſtudia ſuopte ingenio vehementer accenſos: quem ad finem extemplò illam tum iucundiſſimarum artium, tum pietatis gratuitam mercaturam fecerunt: Theologiæ, atque philoſophiæ officinam, inde ab illo anno 15(6)4. ad 1594. aperuerunt; poriorem, prævt poterant, induſtriam contulerunt; nec pœnitet quanto compendio, ſi quidem ea ſtudiorum, vigiliarúmque ſuarum fruge collecta, ea ſtudioſorum omnis ętatis, ingenij, nationis, & ordinis affluente copia; quam, vel tacente me, intelligunt, ac recordantur omnes. De prælectionibus publicis illis magnifica prædicatione iactatis, non dicent aduerſarij, credo,
(niſi

(nisi hoc tantùm iam pensi habent, vt perspicuam omni fuco veritatem adulterent) in illa exedra Cameracensi auditorum numerum vnquam fuisse nostrorum aduentu collapsum, aut imminutum; & reperientur fortasse, qui dicant ibi, alibique creuisse concursum; vel, vt nihil amplius dicam, méque inter eos, quos vitæ instituta ratio præscripsit modestiæ, honestatisque cancellos includam, vt minimùm æquè magnum, atque frequentem extitisse, ac modò est profectò, fuitque deinceps post societatem exa-
31 ctam à Regno. Sequitur igitur, vt conclusa mihi iam hæc sit omnis explicata ratio (id quod modò ante oculos ex iis habetur, quæ dicta sunt hactenus) nostrorum accessu confluentis Parisios auditorum multitudinis, nec perennes cursus interruptos, nec congressus dissipatos, nec voluntates distractas, nec studia, quominus eò ad illud elegantioris consuetudinis, ac linguæ vrbanioris emporium concurrerent, retardata.

CAP. VII. An Iesuitarum collegia Academiæ Parisiensi officerint.

NAM QVOD OBIECTVM EST ab aduersario magnum, vt illi videtur, assertionis suæ firmamentum, nostra Collegia in aliis vrbibus Franciæ instituta consueuisse omnes Academiæ commeatus obseptos tenere, & interclusos; omniáque itinera, quasi obstrictis, ac strãgulatis faucibus occupata, id verò nemo homo est, quin intelligat, experientiæ esse manifestò, conuictæque rationi aduersum. Nam è contrario faciebant, vt quamplurimi spectatæ frugis, atque indolis adolescentes inopia alioqui rei familiaris implicati; ea commoditate pa-

triæ exercitationis illecti ad artes ingenuas animum appellerent; ij denique postquam celerrimè perexiguis, aut omnino nullis sumptibus sic studuissent, vt iam illos facti progressus in literis non pœniteret; Parisios peterent, vbi secundam fortunam suam omnibus vestigiis at quererentur, eius prosperiorem aliquam gratiam fœnerarentur, eo se pacto ad exitus proueherent optatos, qui illa rei bene gerendæ opportunitate præsentissima defraudati nunquam vel vllas literas degustassent penitus, vel nunquam familiarem æqualium suorum necessitudinem, nunquam discum, nunquam focum, nunquam popinam, laremque domesticum reliquissent. Porro alij maiore, atque opulentiore fortuna iuuenes nequaquam fuerunt ea causa à profectione Parisiensi deterriti, quòd eorum prima ætas apud nos culta disciplinis aliquando fuisset. Cuius rei hoc primum, ac præcipuum, & ex conditione diuturnæ experientiæ,& ex consuetudine perenis vsus nullaintercapedine intercepti grauissimũ,& firmissimum argumentum esse potest ex nostro vno Collegio Parisiensi petitum: in quo plures trecentis conuictoribus ex distinctissimis Galliarum, aliisque longè dissitarum gentium prouinciis alebantur, haud dubium quin supra sexcentos facile numerandi, iique fere ex aliis nostratibus profecti collegiis, nisi & turbis arcerentur suo penè numero fatigatis, & parietum, atque tectorum excluderentur angustijs. Adde eodem vim magnam aliorum iuuenum, qui aliis locis instituti ex nostra disciplina prodierant, solitos,

Audiores Parisios confluentes.

ſolitos conuenire Pariſios ad ſtudia capeſſenda
principis Academiæ claritate pręclara pellectos,
qui conquiſitis,inſtructiſque contubernijs,& me-
ritoriis conductis ædiculis vtebantur: tantique
fiebant ad noſtra gymnaſia, atque ad cæteram
32 vniuerſitatem ex toto Gallico orbe concurſus,
ab anno 1564. iam vt appareret longinqua no-
ſtrorum, vicináque diſciplinis tradendis dicata
domicilia ita fuiſſe, vt ſicut ex Apēnino fluminū,
ſic ex cōmunis Regni ſapientiæ conſecratis ſedi-
bus eſſent doctrinarum facta diuortia, vt ſtudio-
ſi certatim Lutetiam,tanquam in ſuperum mare
Ionium defluerent quietū quoddam, & portuo-
ſum, atque,ad inſtar ſuauiter decurrentium vn-
dique riuulorum in vnum locum leni murmure
præcipitantium, Academiam plurimis oſtijs ni-
hilo ſecus, quàm vaſtum quendam amnem hinc
inde amœnis ambagibus influentes inflarent:
tantum abeſt vt ea ſiccata præcluſis fontibus,
quod ait aduerſarius,exareſceret.Sin plane obfir-
matus hærere conſtituit in ſententia, ſi præoc-
cupatæ opinionis obſtinatione contendere ex
noſtrorum aſpectu, atque præſentia Acade-
miam illas ruinas maximas edidiſſe; quam-
obrem igitur redintegrata non reſpirauit ex diu-
turna noſtra octonis annis continuata abſentia?
ex repentina intermiſſione ſcholarum?ex noſtro-
rum longo,& tam auidè ab aduerſarijs expetito
ſilētio?ex longa ceſſatione omniū collegiorū,quæ
ſummæ ditionis, ac municipij Pariſienſium, Ro-
tomagenſium, Burgundionum habebantur? vn-
de potius illa Marionis in neſcio qua ſua forenſi

An Ieſuitarum abſentia Pariſienſis Academiæ fuerit exitioſa.

actione, ad annum 1597. declamata tam grauis, ac tam acerba conquestio? in qua penè mœstus, ac lacrymans, magno eiulatu, quasi prolis, aut potius parentis Academiæ cineres ferret in gremio, deplorat vniuersitatem, ita è contrario exinde à nostrorum abscessione exarefactam, exhaustamque mansisse, adeo vacuam inaudita solitudine, & exinanitam, vix vt, ac ne vix quidem ad eum annum ex tota illa spatiosa Parisiensium subselliorum vastitate, opera exquisita quæsitus, omni artificio, & cura conflatus Gymnasiarchus nec factus, nec infectus vllus omnino Collegio Lugdunensi à nostris deserto satis idoneus inueniretur? O egregiam igitur vociferatoris ingenui, & veram, & oratoriã rationẽ, vnde nos Academiæ exitio, ac ruinæ fuisse effecisse sibi videatur! ac non potius tortuosam, atque fallacem conclusiunculam, non modò luculentissimæ veritati contrariam, sed communi omnium intelligentiæ, ac sensui certissimo perspectissimæque experientiæ repugnantem!

Mira post Iesuitarum abscessum ex Academia Parisiensi Magistrorum inopia.

Sed præter eam, quam proximè exposuimus, alia quædam est, eáque potissima causa eius decessionis inclinatæ, ac dilabentis Academiæ, quam iste noster non vidit; aut si vidit, non satis 33
aduertit, si aduertit, ac dissimulauit, Regi, & Regno fraudulenter imposuit: ea fuit, quòd illa literarum Parisijs veteri pietate fundata decora, perdiderant, turbarant, euerterant aliæ quamplurimæ, ac florentissimæ, in diuersis Europæ Regionibus excitatæ Academiæ propter ebullientem ex baratro infestissimam contagionis hære

Altera causa, cur Academia Lutetiana defluxerit.

hæreticæ pestilentiam, eluuionem, exustionemque terrarum, quæ latè Gallica gymnasia depopulata in omnes prope scholarum partes tetram Mephitim, & purulentam saniem exhalauerat. Nam subodorati Principes Christiani, id quod res erat, expertísque hominum suo imperio subiectorum pietatem, ac fidem periclitari, si illis Academiis operam nauarent, vbi magistri corruptores, discipuli corrupti, infecta, afflatáque veneno pestifero gymnasia reperirentur; sibi necessarium, ac gloriosum; suis salutare, & opportunum fore iudicarunt apud se, in sua, pro se quisque ditione, certa, ac destinata Musis mansuetioribus domicilia collocare; quo suam iuuentutem in literis, tum in germana, solidáque suorum maiorum fide, & pietate instituerent; magno, cóque tranquillo quæstu, ac lucro scientiæ, nullo virtutis patriæ, aut earum rerum omnium, quæ sanctissimæ, atque præcipuæ in vita habentur, incommodo: id quod plerisque in vrbibus seipsa constanter exequuti sunt, fecerúntque sapientissimè. Et hoc illud istud est, si noster anonymus nesciebat, quod vrbaniores Musas, politioráq; studia Parisijs aut debilitarat, aut fregerat: imo propemodū omnia in permultis aliis ciuitatibus cæterarum artium ornamenta siccarat, atque exhauserat; Mompelij medicinam extinxerat: Caturci, Valentiæ, & plerisque alijs locis Iurisprudentiam exinaniuerat: Tolosæ plures, quàm quingentos auditores extrarios, qui consueuerant eò ex longè dissitis nationibus adventare, disttaxerat; turbam aliam nobilissimam,

Hæresis Caluiniana tum Parisiensem Academiam, tum reliquas totius Galliæ penitus euertit.

& innumerabilem Francorum ab eadem vrbe, in qua vix trecenti modò cùm ſimul omnium ſubductam ſummam comprehenderis, numerantur, expulerat, atque auerterat: illam præſtantiſſimam hominum generi apprime neceſſariam Legum, ac iuris facultatem miſerandum in modum, vti etiamnum videmus eſſe depreſſerat; eius contentiones, & antiqua ſtudia admirabiliter conglaciata labefecerat.

Ac Maranus quidem Profeſſor egregiè clarus, & celebratus omniũ laudibus in illa Academia, vir probus in primis, grauis, ac prudẽs, cũ Tolozæ multùm inter nos colloqueremur aliquando, & literarum caſum, vt fit, orbitatem ſcholarum, cæteraſque communium temporum ruinas deploraremus, quo quidẽ in ſermone multa diuinitus fuere ab illo præclaro homine cõmemorata, tum verò ille mihi, ad alium quendam ſermonem pene fatidicum equidem verum, ac iucundum cõuerſus, ni Deus faxit, pater, vt doctores, inquit, iuriſconſulti aliquot boni exoriantur, qui magno ardore, & peracrj æmulatione ſubleuandæ Reipublicæ incitati aggrediantur, atque in ſeſe recipiãt, pacta inter eos cõciliatione, & cõſociatione iurata fœderati legum, iuriſque prudentiæ doctrinã exponere, & ſeria, ac dedita opera adoleſcẽtes ad illam animare, video iam, iamque curię cancellos vacuos, fori ſubſellia nuda eſſe relicta; ſummam patronorum penuriam optimorũ magis in dies ingraueſcere; breui non codice, aut digeſto iudicatũ iri in lilijs, ſed ijs legibus, quas quiſq; non diſciplina, ſed naturali ſolertia conſultus ex

inſito

inſito quodam,innatóque ſenſu,iudicio,arbitrio-
que ſuo ſanxerit,vnde quicquid hauriant purum,
liquidúmque ſe haurire exiſtimẽt. Hoccine enim
tolerabile eſſe , magiſtros maxima ex parte dun-
taxat,ad inanem ſpeciem ſomniculoſe rem age-
re?auditores ignauiæ , ventri , ſomno deditos,in-
doctos,incultóſque omnia alia tractare, quàm li-
teras?modice ſapere,rarò conuenire , parum ſtu-
dere,haud multum laborare,nihil omnino profi-
cere ? quibus contra naturam corpus voluptati,
anima oneri eſſet,qui nulli intenti negotio , nul-
lius præclari facinoris,aut artis bonę formam ap-
peterent ? Quorſum enimuero tantam Doctorũ
ignauiam,tantam diſcipulorum inertiam euaſu-
ram?Ergo ex illis ego Marani non tam reſponſis,
quàm oraculis ſic ſtatuo , veram , certamque ra-
tionẽ,quæ valeat homines ab illo metu gliſcen-
tis hæreſeos liberare , & ſtudioſos affluenter vn-
dique ad deſerta , ſpretáque Academiarum ſepta
compellere,illam,illã eſſe mea ſententia , ſi præ-
ceptores bonos,gnaros,& gnauos, & quod ſum-
mum caput eſt , probos , atque ſine quo omnia
manca ſint,& funeſta,Catholicos , & in ſuſcepta
à maioribus,incorrupteq; ſeruata Religione diu,
multúmq; ſpectabiles nanciſcãtur. Illa ſi deſunt,
fieri nullo pacto poteſt , aut vt extremã perniciẽ
effugiant Academiæ,aut vt non malè diſpereant,
33 neu tota mole in calamitoſum exitum , inexpia-
bilemque ruinam deturbentur , deuoluantúrque
præcipites : ſin minus , id quod proximum eſt,
ſtrages edant horribiles,& vt in ſeminibus cauſa
eſt arborum,atque plantarum , ſic malorum om-

totum partem, qui humaniori literaturæ operam nauabant, partim afflauerat, partim auulserat. Ante aliquot annos summi quique viri, qui proximè fuerãt, in illius Academiæ clarissima luce versati, quibus vix quicquam perfectius in eo docendi munere nostra Gallia, illis præsertim temporibus, ausa esset optare, ex hac misera, ac mortali vita deciuerant. Quo tamen eos beatos iudico, vt illis non erepta vita, sed donata mors esse videatur, quòd non viderunt innumera, quæ inde mala pertulit Christiana religio: non flagrantem gemina peste vrbem Regiam, non ardentia hæreticis facibus gymnasiorum Sacrosancta subsellia, non orbitatem scholarum, non optimarum artium despicientiam, non denique satis deformatam eam vniuersitatem, in qua ipsi florentissima multum omnibus gloria præstitissent. In his Guillelmus Budæus eius sæculi decus ingens, anno 1539. quem constat cùm omni humanitate, ad infinitam gloriam, tum Græcis disciplinis mirabiliter ad immortalitatem clarissimi nominis institutũ, atq; illius linguæ pulcherrimæ maximo iam vsu imbutum: Athenis natum in medio Areopago esse diceres. Huic Franciscus Vatablus proximus, & Iacobus Tusanus fuit; anno 1546. vterq; professor ęrarij Regij stipendiarius, hæc enim ętas effudit, hanc copiam: ille Hebræi sermonis laude excellens; iste Græcæ orationis peritia, illa ætate, in cæteris clarus. Post hanc iacturam, aliquot annis, Ioachimus Perionius Theologus Benedictinus ex huius infœlicis vitæ statione decessit, per omnia egregiè subtilis, atq; elegans; quẽ prope auderes in optima

Budæus.

Vatablus.

Tusanus.

Perionius.

optima dictione latina oratorem bonum diceres & cui nihil admodum defuiſſe videatur. Quem verò extet, & de quo ſit celebri hominum fama celebratum omni ſcientia, qua ad humanitatem formantur homines, floruiſſe, & ita eſſe habitum; fuit Adrianus Turnebus profeſſor iiſdem Turnebus. Regiis ſtipendiis honorarius, ſingulare ornamentum, ac decus Galliarum, qui obiit iam, extinctis illis, quos diximus cum Perionio, eodē anno 1564. cuius hominis ludus cunctæ Galliæ quaſi officina quædam patuit omnis politioris, cultioriſque diſciplinæ: perfectus magiſter, non peſſimus orator. Is in illo tempore maioris partis Catholicorum animos offendit, quòd vix paucis diebus ante eum diem, quo die eius morte fuit vita concluſa, vehementius commotus, quàm pro graui, & modeſto homine, in noſtrum ordinem tam acerbè eſſet inuectus, grauiúſq; minimè malus, incautúſque vir, quibuſdam quaſi verborum admotis facibus exarſiſſet, quàm potuiſſent homines de illius modeſtia vnquam timere: vſque eò, vt neque vſquam ita lapſus putaretur, & diceretur omnium ore cæteros à Turnebo ſemper omnes humanioribus doctrinis eſſe ſuperatos; illo autem die etiam ipſum fuiſſe ab humanitate quodammodo derelictum. Ita Sotericis, aut Sotadicis potius ſuis verſibus dignitatis, ac famæ noſtræ patrimonium diripere eſt conatus: quos aduerſarij, quaſi pro labaro inferre, ac paſſim veluti ex ſigno oſtentare, pro formoſis vmbilicis, atque emblematibus conſueuerunt in omnibus libellis, quemadmodum ille bonus

pictor

pictor suam cupressum, quàm simulare fortasse sciebat in omnibus tabulis. Causæ id fuit, maxi- 28
mam parte, cur istis nostris rediuiuis, atq; ad Lunam, renascenti orbiculo rotundatam redintegratis, qui se vocitant reformatos, sermonum ansa daretur, vt dicerent, scriberent, crederent, Turnebum noua dolabra Caluinica retornatum, atque ad dodrantem propemodum expolitum, mortem denique formosam, ipsorum fidem professum oppetiisse. Illum mirificè celebrarunt; illi spissisima epigrammata sensu, ac sono reformato fecerunt, cecinerunt, busto incidi iusserunt: sed illorum nimiam credulitatem euentus fefellit. Nam ad extremum fortis, & constans in optima ratione semper fuit, & magna firmitate, quod doctissimus Genebrardus literatum monimentis posteritati testatum reliquit: ad vsque extremum vitæ diem, vt frontem feriant, in auita Religione Catholica, perseuerauit: adeo illi, qui viuos capere non possunt, mortuos furantur, & vmbras, ac laruas desperatis, fanaticisque vestigiis insequuntur. Atque vtinam illud ad laudem, & decus natum ingenium, vt immortalem sibi ex cognitione gloriam comparauerat, ita etiam diuturniores vitæ spacia propagasset, vnde non solùm Parisiensis Academiæ splendorem tueretur, verum etiam, vt huius Societatis intimos sensus pertentaret, eius secretiorem mentem, atque animum penitus introspiceret: mutasset ipse propositum suum; consilium accusasset, decessisset de illa sententia, Societatem profecto non solùm præconio, sed amore etiam,

Errore, ac fa- [illegible] Caluini- [illegible] de mor- te [illegible]

Turnebus obiit Catholicus.

& perpetuo quodam iudicio ſuo dilexiſſet: non ſe ipſe modò correxiſſet, ſed verſus ſuos nec valde numeroſos, aut graues, & incauti animi inſcientia deprauatos facile emendaſſet; fatiſcentes improuidis, iniuſtíſque ſcómatibus metrorum lacunas, ac rimas expleſſet melioribus numeris: illi iuxta, ac non paucis aliis accidiſſet doctrina, atque optimarum rerum ſtudio eruditis, honeſtis, & honoratis viris, tum variis aliis mundi partibus, tum maximè in Gallia, Amyoto, Vigorio, Sancteſio, Carpentario, & cæteris, qui cùm à ſocietate, antequam noſſent, animo eſſent alieniſſimo, poſtmodum, re aliquãto melius explorata, aliquando nauigationis curſu cõuerſo, in cõtrariũ vela vertere, funémq; reducere cõſtituerunt; & quã vel oderant, vel nõ probarãt ſatis, arctioribus eã deinde ſunt, adſtrictioribúsq; amoris vinculis, reconciliatis volũtatibus amplexati. Sed Petrum Ramum etiam, temporibus illis, Caluiniſtam illum quidem, & turbulentum, ſed tamen ſatis magno in honore habitum ludimagiſtrum, nec eum contemnendum, haud ita multo poſt eandem mortalitatis aleam, quanquam funeſtiorem ſubiiſſe memoria tenemus: illi homini planè non minimarum in loquentia latina partium, haud vulgaris in fando lepos inerat, ſi vel ſapientiæ plus paulò habuiſſet, vel ſua eſſe vellet Marathone contentus; non autem in alieno choro pedem ponere, aut in Ariſtotelea ſylua aratrum ſuum circunducere, quo naturam ipſam pene perſtringeret; aut obuios quoſque haud quaquam iam Ariſtarchus, ſed grammaticus

29

Phala

[illegible]

Phalaris insectari propemodum armis, suis notis carpere, figere, vellicare, censorioque toto illo supercilio, quod illi ingenium erat, ambitiosè lacessere. Nec idcirco tamen tot; tantisq; Doctoribus desideratis prorsus afflicta iacuit, aut inculta penitus Academia, aut posteriorum ingenia fuere superiorum illorum obitu retardata. Nam extitere senibus, & migrantibus illis? Iacobus Carpentarius Philosophiæ, atque Medicinæ artibus, vsque ad plausum perpolitus. Duretus artis eiusdem haud imparis gloriæ in Græca palæstra non mediocriter exercitatus. Auratus bene Græcus, & valde venustus, qui porro poëma faceret ita festiuum, ita concinnum, ita elegans, nihil vt fieri posset argutius. A Quercu plenus humanarum artium, cultiorúmque disciplinarum. Tum Lambinus cùm omni Græcarum literarum ornatu excultus, atque expolitus, tum eius eruditum, & humanitate refertum est habitum, ac prope curiosum, ac nouum orationis genus: fuerunt etiam Paschasius, & Quinquarboreus, quos video in numero eruditorum fuisse: illum non indisertum, eorum, qui Mathematici vocantur, recondita in arte, & multiplici, subtilique versatum: alterum cuius ingenium, & omnis illa vis sanctioris, idiomatis, in traditis de lingua sacrosanct. præceptionibus spirare etiam hodie videtur: vt alios tacitus interea prætermittam, ne abeat in infinitum oratio. Quæ vt sint omnia, tanto tamen est maior de vniuersitatis immìnutæ dignitate, ac flore facta decessio.

Carpentarius. Duretus. Auratus. A Quercu. Lambinus. Paschasius. Quinquarboreus.

Philosophia, & Theologia. De optimo genere Theologicarum exercitationum,

num,& Philoſophicorum certaminum,quæ præcipua duo Academiarum columina facile in vniuerſa iſta optimarum artium Encyclopædia primas ſibi vendicant, norunt omnes illorum vicini temporum Sorboniſtæ Doctores,qui ſuperſtites hactenus viuunt, ac ſi opus erit, eam pro cauſa veritatis vocem emittēt;illas principes diſciplinas, ea tempeſtate mire proſtratas, ac derelictas, in magna deſpicatione magnóque contemptu languiſſe, quātum quidē id omne cumq; eſſet ad priora illa literarum heroica tempora comparatum. Etiámque ſi volent veritatis rationem tenere, haud ibunt, opinor, inficias ex eo tempore haud paulo meliores & florentiores poſtea, quàm ante extiterant, fuiſſe,ſine controuerſia. Iam verò etiam, vt vltro hoc demus,tunc earum artium profeſſores non exæquaſſe modò ſcientia illa antiquiora lumina ſeculi eruditi,ſed & gloria ſuperaſſe: Theologiam verò adeo omnium laudatarum artium Reginam,ac parētem, quam vnquam maximè, in ſuo primigenio flore, vſque ad illam viguiſſe ætatem: ſed enim id eorum cauſa comparatum videbatur eſſe, qui iam longiùs in rerum ingenuarum ſtudia prouecti eſſent,vſúque iam aliquo roboratam ſapientiam ad quandam veluti maturiorem adoleſcentiam perduxiſſent; cùm illæ prælectiones, quæ pom-
30 pæ plenæ, quæ illuſtres, quæ ſplendidæ eſſent, quæque haberent ſummam ſpeciem, & magnificentiam prouectiores expolirent,potiùs,quàm ad eorum adoleſcentium captum, conferrent, quorum animos oporteret in ſchola à magiſtris peritis

peritis, expertæque ſcientiæ, qui eos molles, ac flexibiles inuenirent, familiarius educari; primoribúſque ſubiectis coloribus, & primario veluti ſuo ſucco repetito imbutos, ac leuiter tinctos ad cæteram conformationem lineamentorum, perfectámque vmbrarum, & abſolutæ illius eminentiæ coloratā pulchritudinem præparari: quę omnia, ſat ſcio, haud quaquam Pariſiis paſſim, in gymnaſiis omnibus tunc temporis fiebant. Quambrem, in ea tempeſtate, diuina prouidentia, inter alia veluti euocata præſidia, nouum conſcripſit ſubſidiarium ſupplementum auxiliarios noſtræ Societatis homines, non tanquam idoneos, ac pollentes magis, ſed tamen bene paratos, & expeditos, & promptos, & omnibus optimæ voluntatis, animique per ſe inſtructi opibus armatos, nec non ad bene de hominibus promerendum, ad excolenda lectiſſimæ iuuentutis ingenia, ad promouenda ſanctiora ſtudia ſuopte ingenio vehementer accenſos: quem ad finem extemplò illam tum iucundiſſimarum artium, tum pietatis gratuitam mercaturam fecerunt: Theologiæ, atque philoſophiæ officinam, inde ab illo anno 1564. ad 1594. aperuerunt; potiorem, prævt poterant, induſtriam contulerunt; nec pœnitet quanto compendio, ſi quidem ea ſtudiorum, vigiliarúmque ſuarum fruge collecta, ea ſtudioſorum omnis ętatis, ingenij, nationis, & ordinis affluente copia, quam, vel tacente me, intelligunt, ac recordantur omnes. De prælectionibus publicis illis magnifica prædicatione iactatis, non dicent aduerſarij, credo,
(niſi

(nisi hoc tantùm iam pensi habent, vt perspicuam omni fuco veritatem adulterent) in illa exedra Cameracensi auditorum numerum vnquam fuisse nostrorum aduentu collápsum, aut imminutum; & reperientur fortasse, qui dicant ibi,alibique creuisse concursum; vel,vt nihil amplius dicam, méque inter eos, quos vitæ instituta ratio præscripsit modestiæ, honestatísque cancellos includam, vt minimùm æquè magnum, atque frequentem extitisse, ac modò est profecto, fuitque deinceps post societatem exa-
31 ctam à Regno. Sequitur igitur, vt conclusa mihi iam hæc sit omnis explicata ratio (id quod modò ante oculos ex iis habetur, quæ dicta sunt hactenus) nostrorum accessu confluentis Parisios auditorum multitudinis, nec perennes cursus interruptos, nec congressus dissipatos, nec voluntates distractas,nec studia,quominus eò ad illud elegantioris consuetudinis, ac linguæ vrbanioris emporium concurrerent, retardata.

CAP. VII. An Iesuitarum collegia Academiæ Parisiensi offecerint.

NAM QVOD OBIECTVM EST ab aduersario magnum,vt illi videtur,assertionis suæ firmamentum, nostra Collegia in aliis vrbibus Franciæ instituta consueuisse omnes Academiæ commeatus obseptos tenere,& interclusos; omniáque itinera, quasi obstrictis,ac strāgulatis faucibus occupata, id verò nemo homo est, quin intelligat, experientiæ esse manifestò,conuictæque rationi aduersum. Nam è contrario faciebant,vt quamplurimi spectatæ frugis, atque indolis adolescentes inopia alioqui rei familiaris implicati; ea commoditate pa-

triæ exercitationis illecti ad artes ingenuas animum appellerent; ij denique postquam celerrimè perexiguis, aut omnino nullis sumptibus sic studuissent, vt iam illos facti progressus in literis non pœniteret; Parisios peterent, vbi secundam fortunam suam omnibus vestigiis a(equerentur, eius prosperiorem aliquam gratiam fœnerarentur, eo se pacto ad exitus proueherent optatos, qui illa rei bene gerendæ opportunitate præsentissima defraudati nunquam vel vllas literas degustassent penitus, vel nunquam familiarem æqualium suorum necessitudinem, nunquam discum, nunquam focum, nunquam popinam, laremque domesticum reliquissent. Porro alij maiore, atque opulentiore fortuna iuuenes nequaquam fuerunt ea causa à profectione Parisiensi deterriti, quòd eorum prima ætas apud nos culta disciplinis aliquando fuisset. Cuius rei hoc primum, ac præcipuum, & ex conditione diuturnæ experientię, & ex consuetudine perennis vsus nulla intercapedine intercepti grauissimũ, & firmissimum argumentum esse potest ex nostro vno Collegio Parisiensi petitum: in quo plures trecentis conuictoribus ex distinctissimis Galliarum, aliisque longè dissitarum gentium prouinciis alebantur, haud dubium quin supra sexcentos facile numerandi, iique fere ex aliis nostratibus profecti collegiis, nisi & turbis arcerentur suo penè numero fatigatis, & parietum, atque tectorum excluderentur angustijs. Adde eodem vim magnam aliorum iuuenum, qui aliis locis instituti ex nostra disciplina prodierant,

Audiores Parisios confluentes.

solitos,

ſolitos conuenire Pariſios ad ſtudia capeſſenda principis Academiæ claritate pręclara pellectos, qui conquiſitis,inſtructiſque contubernijs,& meritoriis conductis ædiculis vtebantur: tantique fiebant ad noſtra gymnaſia, atque ad cæteram
32 vniuerſitatem ex toto Gallico orbe concurſus, ab anno 1564. iam vt appareret longinqua noſtrorum, vicináque diſciplinis tradendis dicata domicilia ita fuiſſe, vt ſicut ex Apēnino fluminū, ſic ex cōmunis Regni ſapientiæ conſecratis ſedibus eſſent doctrinarum facta diuortia, vt ſtudioſi certatim Lutetiam,tanquam in ſuperum mare Ionium defluerent quietū quoddam, & portuoſum, atque,ad inſtar ſuauiter decurrentium vndique riuulorum in vnum locum leni murmure præcipitantium, Academiam plurimis oſtijs nihilo ſecus, quàm vaſtum quendam amnem hinc inde amœnis ambagibus influentes inflarent: tantum abeſt vt ea ſiccata præcluſis fontibus, quod ait aduerſarius,exareſceret.Sin planè obfirmatus hærere conſtituit in ſententia, ſi præoccupatæ opinionis obſtinatione contendere ex noſtrorum aſpectu, atque præſentia Academiam illas ruinas maximas edidiſſe; quamobrem igitur redintegrata non reſpirauit ex diuturna noſtra octonis annis continuata abſentia? ex repentina intermiſſione ſcholarum? ex noſtrorum longo,& tam auidè ab aduerſarijs expetito ſilētio? ex longa ceſſatione omniū collegiorū,quæ ſummæ ditionis, ac municipij Pariſienſium, Rotomagenſium, Burgundionum habebantur? vnde potius illa Marionis in neſcio qua ſua forenſi

An Ieſuitarum abſentia Pariſienſis Academia fuerit euerſa.

actione, ad annum 1597. declamata tam grauis, ac tam acerba conquestio? in qua pene mœstus, ac lacrymans, magno eiulatu, quasi prolis, aut potius parentis Academiæ cineres ferret in gremio, deplorat vniuersitatem, ita è contrario exinde à nostrorum abscessione exarefactam, exhaustamque mansisse, adeo vacuam inaudita solitudine, & exinanitam, vix vt, ac ne vix quidem ad eum annum ex tota illa spatiosa Parisiensium subselliorum vastitate, opera exquisita quæsitus, omni artificio, & cura conflatus Gymnasiarchus nec factus, nec infectus vllus omnino Collegio Lugdunensi à nostris deserto satis idoneus inueniretur? O egregiam igitur vociferatoris ingenui, & veram, & oratoriã rationẽ, vnde nos Academiæ exitio, ac ruinæ fuisse effecisse sibi videatur! ac non potius tortuosam, atque fallacem conclusiunculam, non modò luculentissimæ veritati contrariam, sed communi omnium intelligentiæ, ac sensui certissimo perspectissimæque experientiæ repugnantem!

Mira post Iesuitarum abscessum ex Academia Parisiensi Magistrorum inopia.

Sed præter eam, quam proximè exposuimus, alia quædam est, eáque potissima causa eius decessionis inclinatæ, ac dilabentis Academiæ, quam iste noster non vidit; aut si vidit, non satis 33
aduertit, si aduertit, ac dissimulauit, Regi, & Regno fraudulenter imposuit: ea fuit, quòd illa literarum Parisijs veteri pietate fundata decora, perdiderant, turbarant, euerterant aliæ quamplurimæ, ac florentissimæ in diuersis Europæ Regionibus excitatæ Academiæ propter ebullientem ex baratro infestissimam contagionis hære-

Altera causa, cur Academia Lutetiana defluxerit.

hæreticæ pestilentiam, eluuionem, exustionemque terrarum, quæ latè Gallica gymnasia depopulata in omnes prope scholarum partes tetram Mephitim, & purulentam saniem exhalauerat. Nam subodorati Principes Christiani, id quod res erat, expertique hominum suo imperio subiectorum pietatem, ac fidem periclitari, si illis Academiis operam nauarent, vbi magistri corruptores, discipuli corrupti, infecta, afflatáque veneno pestifero gymnasia reperirentur; sibi necessarium, ac gloriosum; suis salutare, & opportunum fore iudicarunt apud se, in sua, pro se quisque ditione, certa, ac destinata Musis mansuetioribus domicilia collocare; quo suam iuuentutem in literis, tum in germana, solidáque suorum maiorum fide, & pietate instituerent; magno, eóque tranquillo quæstu, ac lucro scientiæ, nullo virtutis patriæ, aut earum rerum omnium, quæ sanctissimæ, atque præcipuæ in vita habentur, incommodo: id quod plerisque in vrbibus reipsa constanter exequuti sunt, feceruntque sapientissimè. Et hoc illud istud est, si noster anonymus nesciebat, quod vrbaniores Musas, politioráq; studia Parisijs aut debilitarat, aut fregerat: imo propemodũ omnia in permultis aliis ciuitatibus cæterarum artium ornamenta siccarat, atque exhauserat; Mompelij medicinam extinxer... : Caturci, Valentiæ, & plerisque alijs locis Iurisprudentiam exinaniuerat: Tolosæ plures, quàm quingentos auditores extrarios, qui consueuerant eò ex longè dissitis nationibus adventare, distraxerat; turbam aliam nobilissimam,

Hæresis Caluiniana tum Parisiensem Academiam, tum reliquas totius Galliæ penitus euertit.

& innumerabilem Francorum ab eadem vrbe, in qua vix trecenti modò cùm simul omnium subductam summam comprehenderis, numerantur, expulerat, atque auerterat: illam præstantissimam hominum generi apprime necessariam Legum, ac iuris facultatem miserandum in modum, vti etiamnum videmus esse, depresserat; eius contentiones, & antiqua studia admirabiliter conglaciata labefecerat.

Ac Maranus quidem Professor egregiè clarus, & celebratus omniũ laudibus in illa Academia, vir probus in primis, grauis, ac prudẽs, cũ Tolozæ multùm inter nos colloqueremur aliquando, & literarum casum, vt fit, orbitatem scholarum, cæterasque communium temporum ruinas deploraremus, quo quidẽ in sermone multa diuinitus fuere ab illo præclaro homine cõmemorata, tum verò ille mihi, ad alium quendam sermonem pene fatidicum equidem verum, ac iucundum cõuersus, ni Deus faxit, patet, vt doctores, inquit, iurisconsulti aliquot boni exoriantur, qui magno ardore, & peracri æmulatione sublcuandæ Reipublicæ incitati aggrediantur, atque in sese recipiãt, pacta inter eos cõciliatione, & cõsociatione iurata fœderati legum, iurisque prudentiæ doctrinã exponere, & seriã, ac dedita opera adolescẽtes ad illam animare, video iam, iamque curię cancellos vacuos, fori subsellia nuda esse relicta; summam patronorum penuriam optimorũ magis in dies ingrauescere; breui non codice, aut digesto iudicatũ iri in lilijs, sed ijs legibus, quas quisq; non disciplina, sed naturali solertia consultus ex

insito quodam, innatóque sensu, iudicio, arbitrioque suo sanxerit, vnde quicquid hauriant purum, liquidúmque se haurire existimēt. Hoccine enim tolerabile esse, magistros maxima ex parte duntaxat, ad inanem speciem somniculose rem agere? auditores ignauiæ, ventri, somno deditos, indoctos, incultósque omnia alia tractare, quàm literas? modicè sapere, rarò conuenire, parum studere, haud multum laborare, nihil omnino proficere? quibus contra naturam corpus voluptati, anima oneri esset, qui nulli intenti negotio, nullius præclari facinoris, aut artis bonę formam appeterent? Quorsum enimuero tantam Doctorū ignauiam, tantam discipulorum inertiam euasuram? Ergo ex illis ego Marani non tam responsis, quàm oraculis sic statuo, veram, certamque rationē, quæ valeat homines ab illo metu gliscentis hæreseos liberare, & studiosos affluenter vndique ad deserta, spretáque Academiarum septa compellere, illam, illā esse mea sententia, si præceptores bonos, gnaros, & gnauos, & quod summum caput est, probos, atque sine quo omnia manca sint, & funesta, Catholicos, & in susceptam à maioribus, incorrupteq; seruata Religione diu, multúmq; spectabiles nanciscātur. Illa si desunt, fieri nullo pacto potest, aut vt extremā perniciē effugiant Academiæ, aut vt non male dispereant,
33 neu tota mole in calamitosum exitum, inexpiabilemque ruinam deturbentur, deuoluantúrque præcipites: sin minus, id quod proximum est, strages edant horribiles, & vt in seminibus causa est arborum, atque plantarum, sic malorum om-

 nium,

nium, luctuosissimarumq; rerum semen, ac horreum illæ existant. Nos verò tantum abest, vt vel nostris moribus, vel nostra doctrina fuerimus impedimento, quominus integri, ac præstabiles omnium artium tradendarum artifices sublecti, suffectique adhiberentur, vt contra potius semper eiusmodi simus, pro nostra virili, ptoque tenui illa ope formare, ac fingere conati.

CAPVT VIII.

An Societatis homines sint in literis humanioribus exercitati.

VENIO IAM ad illa, quibus efficere nititur aduersarius nostris hominibus ad teneriorem ætatulam disciplinis liberalibus imbuendam nihil penitus inesse nec potestatis, quia nesciant id operæ præstare; nec facultatis, quia illis ratio, quia momenta omnia ad eam rem opportuna nō suppetant. Hæc vt colligeret homo acutissimus arripuit rationes duas. Primùm Iesuitæ, inquit, mediocriter admodum docti, modicè in
,, literis humanioribus sunt, doctrinisque versati:
,, quotquot hanc lucē aspexere omnes vix dignos
,, pares, qui discipuli aut sint, aut nominentur cu-
,, iusquam eorum, quos nemo est, inquit, quin qua-
,, tuor Reges literarum agnoscat, ac prædicet, qua-
,, tuor decora, Deus bone! atque ornamēta Gallia-
,, rum, quorum vnus est extremo fato desideratus:
,, quanquam tamen omnibus fatendum, ac præse-
,, ferēdum omnino est, Iesuitis Theologiæ laudem
,, palmariam esse, eos inter omnes excellere in illis
,, exercitationibus eius Reginæ reliquarum, ac
,, Principis doctrinarum. festiuè! Accipe Rex ali-
,, quid etiam acutius. Tum quod ab Academia Pa-
,, tauina anno 1591. animaduersum diligēter est, &
,, prouidè obseruatum, quando illis scholarum vsu

Quatuor Reges literarum apud oratorē Ingenuum.

Patauium.

interdi

interdictum est; delicatulos, imberbésque adolescentulos, atque eos perleuiter eruditos collocant in suis gymnasiis, excepta Rhetorica: auditores suos ad CONTEMPLATIONEM potius, quàm ad studia, aut ad actionem effingunt: vix ferenda diceret ille homo. quid dicet amplius? Audi, Rex, obsecro, ac risum in re graui, si potes, abstine. Quod, inquit, est causæ, cur paucos in multis videamus ex eorum institutione prodire magnos viros; id quod manifestò compertum est, & deprehensum illo tempore, quando Parisijs in tanto omnium numero, qui ab illis docti, atque instituti fuerunt, prorsus inuẽtus nemo est, qui pro illis vocem mitteret, qui illorum causam amplecteretur, qui magistris suis deseruiret, qui solidam laudem quæreret, ex eorum, à quibus fuisset edoctus, arrepto, in tanta calamitate, patrocinio vexatæ Societatis. Iam verò etiam, inquit, inter Medicos, quæ natio docta habetur, & erudita; ex illorum porticibus profectos paucos inuenias, qui luce luceant sua.

pag. 5. & 6.

Contemplatio.

Exprobrãt nõ potuisse à Iesuitis suę causæ Patronum Parisiis inueniri. Anno 1594.

HENRICE Rex, tuam Maiestatem imploro, si strictim, ac paucis ad illa respondero, vt ne graue sit, néue me audiendo defatigetur illa tua singularis beneuolentia: tametsi enim ea res, prima fronte, leuis videri possit, tamen ea suapte natura minime leuis, neque à Regiis auribus, neque ab officio meo, neque ab ipsa causa, quã agimus, abhorrebit. Nam ille rem quærit necessariã Catholicis ad intelligendum, perutilẽ Regno ad cogitandum, opportunam Regi ad prouidendum; nec mihi sane difficilem ad perdocendum: in qua

possum ostendere, & veluti digito commonstrare Maximi momẽti rem vnam fructuosissimam, quæ magnos vsus, & multas habeat opportunitates pro tua iuuentute, quam verè quis dixerit fontem boni, quietisque ciuilis, columẽ Regij status, certum huius diuinitus stabilitæ Monarchiæ seminarium in Regno futurum. Carolum magnum summum Principem, qui cũ virtute bellica Religionem, aque sanctimoniam adæquauit, non puduit, aut tot Martis manubias, cum tot literarum spolijs, triumphisque coniungere; aut loricatum, armorum sub pondere pressum, sudore manantem in scholarum subsellijs acquiescere; aut lituorum, timpanorumque clangoribus assuetum, & tubarum sono, perquàm placidè aures tenuibus gymnasiorum susurris dedere fatigatum; imò penè in literarium puluerem, ac squalorem Imperatoriam Maiestatem abijcere: nec dubitauit Imperator prope armatus, fascibus summissis, in perangustos Musarum lares ingressus, eos pene minutim perscrutari; curiosè de omni ratione literas perdocendi conquirere; sciscitari familiariter magistros de optima lege tradẽdæ doctrinæ; eam rem neque consilio suo alienam existimare, nec sordidam Principi, nec turpem viro forti, nec auersandam Imperatori. Ex iis, quæ dicam perquàm facilè deprehendet Maiestas tua furiales aduersarij, &ignitos spiritus in oratione clamosa, vbi omnem fucum accersat, omnem puluerem, glareamque colligat, qua in oculorum aciem as- 37
persa, vel nobis luminum pupillam exculpat, vel ipsius clarissimæ diei, si potest, splendorem obs-
curet,

Caroli Magni de gymnasiis solicitudo, & existimatio.

curet, & obruat; illumque ſolem è mundo diuellat: etiamnum pro nihilo putet, tibi homo importunus, moleſtiſſimus interpellator obſtrepere; dum nobis, ſi qua via poſſit, officiat, noſtriſque luminibus obſtruat. Suis ego illum veſtigijs perſequor: doceo ex eius ore non modò à vero procul abeſſe, ſed ne veri quidem ſpecimen habere vllum, nos eos eſſe, quos ille ſomniauit. Hoc primum affirmat à nobis maturè ſuperbiſſimum delectum haberi, perſpicacium, expeditorum, & acrium ingeniorum ad propagandam ſocietatem: mutuis viciſſim officijs nos iuuari, noſtráque ſtudia familiaribus, ac domeſticis exercitationibus in commune collatis, intra parietes ali, & creſcere, & excoli, & multo fieri meliora: præfici gymnaſijs ad docendum imberbes, ac pene infantes pueros; & quæ alia inconſideratè coaceruat deliramenta ſuæ magis cauſæ, quàm noſtræ pugnantia, neque ijs, quæ ait conſentientia; quando noſtros homines ait humanitatis eſſe adiumentis, ac ſubſidiis omnibus deſtitutos. Quod quomodo conſtare poteſt? ſi lectiſſimi flores ingeniorum? ſi alacres, paratique adoleſcentes? tot priuatis, incluſiſque contentionibus exercitati? ſi ab ineunte ætate, & à teneris, vt ita dicam, vnguiculis, huic literarum curriculo immiſſi? ſi ficti, picti, formati apud nos domi? tam citò? tam curiosè? tam pertractatè? tanto ſtudio? mox à puero, ad illa ipſa, quæ illis arrodere vult, decora informantur? Quomodo fieri id poteſt, vt non in ſecretiora illa vſque linguarum adyta penetralia, quãtum ea cumque ſint abdita,

Pag. 5. Enunciationes aduerſarii inter ſe pugnantes, atque contrariæ.

peru-

peruadant? Quomodo, vt non effloreſcant in ſummos viros? iiſque cunctis artibus, quæ ad politiorem humanitatem pertinent, exercitatiſſimos? tametſi forſitan non in Reges queant, aut Cæſares, quomodo quatuor illos literarum Imperatores Auguſtos? quatuor illas triumphales laureas, & Quirinales pompas orbis terrarum? quatuor orienti ſole clariora lumina (vtinam ne
incendia) Galliarum? quos bonus iſte vir, vel ho- 38
noris cauſa non nominat, vel pro myſterio celat, perinde atque tetragrammato aliquopiam nomine formidabiles, ac reuerendos patres. Si ſummi, excellenteſque Theologi noſtri euadunt, quod ille non abnuit, imò prædicat inuitus: ſi quam ille Reginam artium, hac tam glorioſa appellatione dignam iudicat, nos difficillimam omnium, & recōditiſſimam experimur, tanta gloria aſſequuntur; quanto magis philologi, illa puerili humanioris literaturæ laude præſtantes euadent; quæ ſcientia parui admodum negotij eſt, & quæ laborem aliquem magis iuuenilem, ac nonnullam non vulgarem dexteritatem, quàm altam quandam mentem, aut excelſum, & capax iudicium deſiderat? verùm enim dicere noſtros illis initioribus, ac primoribus quodammodo diſciplinis operam nullam impendere, illas repudiare penitus, & aſpernari, vt pote, qui Reginam Theologiam habeant præcipuum ſtudiorum propoſitum ſcopum, id verò apertè eſt, cauſam ingenti frigore actitare, & orationem omni ex genere aucupari. Illa illa ſtudia ſunt, quæ prima ipſi neceſſitate ſibi comparant; prima alijs

An Ieſuitæ in ſtudia humanitatis incumbant.

proprio munere, & officio tradunt: quæ postquam semel animis imbiberunt, deinceps grauiora Philosophiæ, atque Theologiæ certamina capessere iussi, minimè gentium vel dediscunt, vel perinde, vti ad nullam partem vtilia dedignantur; vel quasi inter se dissentientia, aut confligentia respuunt, & contemnunt. Meminere Lactantium Firmianum, Gregorium Nanzianzenum, Basilium, Hieronymum, Augustinum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, aliosque quamplurimos priscæ ætatis homines summa omnia in illa humanitatis perítia iuxtà, & Theologiæ scientia habuisse; atque hanc germanam gloriam pulcherrimo fœdere copulasse, vt pares essent in vtriusque notitiæ facultate. Norunt has vulgatiores literas maximo esse illis diuinioribus cùm subsidio, tum ornamento; præsertimque Theologiæ semper fuisse, ac nostro imprimis tempore pernecessarias, spurcissima labe longè serpentis hæreseos contaminatissimo, quæ lingua tantùm pollet, & illa leuiori Philologæ humanitatis armatura grassatur.

Percipui quique Theologi, in literis humanioribus summi quoque extiterunt.

Quam ad rem literæ humaniores sint vtiles.

39 Qua igitur tandem fieri ratione queat, vt ista Societas, quæ vel authore aduersario, tam acutis, tam paratis, tam sagacibus ingenijs propagatur; quæ eas artes tam maturè exteris proponẽdas suscipit, ac profitetur? quæ illarum ope, ac veluti adminiculo tam auitam sustentat fidem, quàm eius coniuratos hostes hæreticos vexat, & cruciat; non tamen in id studium quod agit, quodque profitetur incumbat? non summa cura, ea maxima adiumenta capessat, quibus sibi aliquandò vtendum intelli-

gat

gat ad grauissimas,& eminentissimas sui muneris functiones?aut si capessat, si se illis dedat, si doceat, si pertractet ex instituto,tam parum tamen inde hauriat?tam nihil sciat,quàm iste obtrudere vult ad suspicandum?ô stupidum hominem! quid illum expectemus ad hoc aliud esse dicturũ? quid habet quod mihi opponat homo cordatus? illud, credo,nostros semel ad Theologica spatia ingressos,& illa puerili literatura satis instructos posthac illam refugere, nec rursus attingere audere? quid aliud diceret amens patronus, cùm desperata in causa toto foro algeret? Primùm hanc defensionem refellit opposita experientia,lex nostra quotidiano vsu firmata,res ipsa, quæ pene aciem effodit oculorum.Ex ordine studiorum per societatem vniuersam nõ modò legum nostrarum imperio,sed ipso iam vsu,vbique recepto, iuniores Theologiæ curriculo exantlato promiscuè, & communiter ad illam pertractandæ Philologiæ intermissam prouinciam amandantur: quinetiam id oneris,ac studij persæpe ipsis veteranis imponitur:& fuit etiam cùm Parisijs magistri Theologi occuparentur in Rhetorica, neque id solùm, verùm & in quarta schola versarentur; nec modò illud,sed aliquoties præterea ex prima Grammatices aliquos constat captos esse,qui primo accessu,& primulo veluti saltu explanationem Philosophiæ aggrederentur:neque hoc tantùm,sed rari sunt admodum insuper Præceptores, qui ad altiorem scholam secundo,tertio, & quarto gradu transcendere non possint.

An nostri Theologi humaniora curent.

Atqui, quandoquidem iste vel fingit nescire se,

vel

vel reipsa nescit omnino quid sit humanitas, quæ eius natura, quæ ratio, quod genus, quæ partes, quæ vis, aut quæ via illius tradendæ: & ille fortassis, aut laruas esse, aut Faunos, aut Paniscos, aut Hybridas Crocûtas; aut Nymphas Oreadas arbitratur; hãc tua mihi facultatẽ Maiestas dabit, vt illi, si placet, sique iam me libenter exaudis, hanc non illiberalis ad cognoscendum doctrinæ partem, vno breui puncto conclusam, verbo edisseram vt cognoscamus oppidò istum inuidiosè, cũ summo damno, & summo dedecore Reipub. nostra gymnasia criminari, tam nullo solido rationum colore, vel momento, quàm magno occæcati furore animi, & maledici gutturis, & linguę petulantis exemplo.

CAP. IX.
Quænã dicantur humaniores literæ.

HVMANITATIS nomine omnes comprehensæ doctrinæ, si eas pro eo, quantùm germana appellatione, & proprijs suis præscriptis finibus continentur, accipias; dicuntur eæ, quæ in Collegijs, ad Philosophiæ vsque tractationem percipi solent. Grammatica, Poësis, Historia, Eloquentia, & quæ eò referuntur omnia haud sanè pauca: quo in genere sunt illa; interpretari sermones extraneos, totius antiquitatis lõginquam memoriam replicare; ætatem patriæ, inde à suo fonte, repetere, descriptiones temporum aperire, mores, ac ritus gentium ostendere, sacrorum, templorum, Sacerdotum iura describere; tum domesticam, tum bellicam disciplinam, alienam, & patriam indicare; sedem Regionum, ac locorum exponere; diuinarum, humanarúmque rerum, quę lapsis retro seculis viguerunt, nomina, genera, officia

ficia, causas designare; plurimum poëtis omnis generis, etiam popularibus literis luminis afferre; & quæ reliquæ sunt ad ea omnia, quæ diximus, accessiones. Quæ vniuersa ratio cultioris scientiæ hoc tam glorioso, ac magnifico nomine humanitatis est à priscis hominibus appellata, quòd iuuétutem omni illa ciuili vrbanitate mansuefactam, atque limatam ad iucundissimam societatem hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitatem, quadam veluti via componat, varia, ac multiplici intelligentiá rituum, ac linguæ gentium exterarum diligenter instructos, quæ eius artis suauitate, certisque limitibus contenta explicantur. 41

Quare humaniores literæ appellentur.

Confido autem omnium, qui in hac luce versantur, dicere ausurum esse neminem nostrorum magistros Collegiorũ non hoc agere, non in id vnum mentem, & curam adhibere, vt earum facultatum abstrusissima quæque, atque à captu vulgari semotissima arcana scrutentur, & penetrent: eaque non impari opera, ac studio proferre conentur ad alios; etsi haud ægrius confiteri, ac præ nobis ferre semper debere intelligimus, nõ deesse aliquos alios nobis doctiores, quibus de summa illa laude, & libenter quidem, concedamus. Nullus est omnino ad illas artes, vllo in genere, in tota antiquorum memoria præstantis scriptor ingenij, non Grammaticus, non Poëta bonus; siue Græcus ille sit, siue Latinus; non Historicus, non Orator egregius, vtriuscumque linguæ velis, quem non conentur attingere, & quanto maximo apparatu suis auditoribus possunt, explanare interpretando. Si quiuis alius, præter me, hanc sibi de

hac

hac re dicendi prouinciam depopoſciſſet, longè plurima vrgeret, quæ ego proferre nec poſſim ſi velim, nec velim, ſi poſſim; nec in veritate tuenda veritatis faciem erubeſceret: hoc vnum contentè affirmo, ac pro meo certo iure contendo, ſi adeò ſolertes, adeò ſubtiles, adeò ingenioſi, adeo acres, atque alacres, adeò in diſciplina ſociali, in priuatis commentationibus, in quotidiana ſtudiorum agitatione domeſtica crebri, exercitatique ſunt, vt ille, ſine fraude, præterquã ſolet, vltro fatetur; ſanè ijdem, quin eam ſui muneris virilem partem, pro dignitate ſuſtineant, facere non poſſunt.

Atqui non ſcribunt, non aliquod ſuæ doctrinæ ſpecimen exhibẽt, perinde vt quatuor illi Reges paludati, & crepidati literarum. Certè: qui enim minus? Credo. etiam nolunt eſſe adeò beati: nolunt Reges inaugurari, non vehi per vrbem, circumferrique deſiderant, neque fieri tam magnifici, ac tam celebres viri, qui vulgò minimè ſunt ad illud idonei, quod Dionyſius Tyrannus faciebat, cùm Syracuſis expulſus Corinthi doceret pueros
42 in ſchola. Negant ſe illius laticlaui, ac trabeæ cupidos vnquam fuiſſe. At etiam iſtud eſt illos immoderatè contemnere, eorumque fortunam nimis magna deceſſione deprimere, imò ſanè illòrum gloriam nimis animosè proterere, eos ne dignos quidem aſſerere, qui apud illos quatuor Reges trabeatos diſcipulorum loco cenſeantur: quando nemo eſt omnium, tam infans tam indoctus, tam rudis, tam balbus, ac ruſticus, vt Myſorum fuerit ille vltimus, qui vt minimum nequeat eſſe diſcipulus; ſaltemque Grammaticam, vel ab

An Societatis homines ſcribant.

ipſo Socrate, quin à maximo etiam ſeculorũ omnium Imperatore, ſi doceat, cæteraquè illa genera humanitatis addiſcere non poſſit. Magna nimis etiam eſt iracundia, & omnem ea res modum excedit libros prælo expr[illegible] os à quouis doctore exigere, aut à iunioribus magiſtris, è Societate adoleſcentula ad æſtimandam eorum in docendo ſolertiam editorum voluminum ſpiſſa argumenta depoſcere. Apud quos hæc diſputat vir doctiſſimus? nempe apud eos, quos nõ fugit plerosque doctiſſimos homines inſignes magiſtros omnium ætatum memoria, extitiſſe, qui tamen minus apti, minúſque aut à natura, aut ab ingenio inſtructi eſſent ad ſcribendum libros. Sunt enim illa naturæ, ac Dei ſingularia dona paucis conceſſa; vti & oratores videmus eloquentiſsimos, quibus deeſt ille in ſcribendo lepos. Inuentus eſt Pythagoras, qui cùm ipſe doctrina, & ingenio, imprimiſque Philoſophia abundaret, atque ab hoc ſtylo, animi quodã iudicio abhorreret, hanc edendorum voluminum exercitationem contemneret: ipſe Socrates omnium eruditorum teſtimonio totiúſque iudicio Græciæ cùm prudentia, & acumine, & venuſtate, & ſubtilitate, tum verò eloquentia, varietate, copia, quam ſe cumque in partẽ dediſſet omnium fuit facile princeps: eius ingenium, varióſque ſermones immortalitati Plato mandauit; cùm ipſe literam nullam reliquiſſet. Dicebat melius, quàm ſcripſit Horthenſius; imò huius nihil penitus ſcriptum habemus, qui ſuis temporibus tamen principatum tenebat eloquentiæ. Craſsi, & An

Plerique Philoſophi, & oratores egregii, qui nihil ſcripſerunt.

Pythagoras.

Socrates.

& Antonij nulla omnino ſcripta exiſtunt, cùm alter non multum, quódquidem vnquam extiterit, alter nihil admodum ſcripti edidiſſet. Nihil Cottæ, nihil Sulpitij, nihil aliorum extat omnino, quos oratores diuinos nouimus Ciceronis, hoc eſt ipſius eloquentiæ, vt Fabius ait, ore laudatos. Porro cùm tanta virtus in Galba oratore fuiſſet, quantam in vllo alio aut ſuſpexit, aut vidit antiquitas, ea tamen nulla in orationibus eius apparet, adeóque verbum nullum ad nos vſque tranſmiſit; quòd meliùs putaret dicere ſe poſſe, quàm ſcribere: quod peringenioſis hominibus plerumque contigit; nec enim eſt eadem cauſa dicendi, & tam bene ſcribendi, quàm dixeris. Iſocrates è contrario pater eloquentiæ; & Fabius Quintilianus magiſter dicendi optimus, quamquam forenſi luce caruerunt, intráque parietes aluerunt eam gloriam, quam pauci admodum poſtea conſecuti ſunt, ad palæſtram magis, & oleum, quàm
43 ad illam ciuilem turbam, forúmque compoſiti, ij & ipſi tamen ſcripſerunt multa præclarè, & ſcribere alios, atque dicere docuerunt: æquumne igitur erit, ac non ridendum, & ſibillandum magis, vel noſtros omnes cupere, qui cum aliqua laude, humanitatis diſciplinam profitentur in ſchola, ſcribere libros? vel ſi nihil ſcribant, eò haberi aut inconcinnos? aut ineruditos? aut omnibus rebus inhabiles oportere? hæc ſatis eſſe videntur, opinor, ad orationis fidem præſtandam; ſatis ad concludendam in rationis gyrum intelligētiam; ſatis ad reuellendā hominis temeritatem; ſatis ad cauſam aſſertæ, cōprobatæq; veritatis. Sin

Antonius
Cotta.
Sulpitius.
Galba.
Plerique alia contra bene ſcripſerūt, qui non bene dicebant.
Iſocrates.
Quintilianus

adhuc ille tamen hoc corollarium, & velut auctarium desiderat, comperiet illud ipse per sese, nisi aut glaucomam habet in oculis, aut mentem cum sensu iam perdidit. Nam quocumq; se animo, & cogitatione converterit, permultos, & excellentes in quoque genere videbit non mediocrium artium, quod negat, sed etiã maximarum, quod sponte concedit; atque in hoc ipso numero Philologorum insignium, in quo perrarò exoritur aliquis excellens, si diligenter, & ex nostrorum tẽporum, & ex aliarum ætatum copia comparare volet; haud multo tamen pauciores Philologi, oratores, & Poetę boni hoc in nostro ordine, Dei beneficio, quàm docti philosophi, ac Theologi reperientur. Ecce tibi Emmanuel Aluarus, qui omnium sententia Latinæ Grammaticæ tractationem exacto studio, vir in reliquis eruditus absoluit, Guillelmus Bayllius Græcam excoluit: Eandem Iacobus Gretserus conceptam penitus, & pertractatam enucleauit; Bellarminus Cardinalis Hebraicam accuratè, subtiliter, cogitatè perscripsit: Martinus Delrio Iusto Lypsio viro clarissimo, & quem, iure optimo Regem literarum, non ex idea, ac forma Platonica, sed ex recondita rerum omnium sciẽtia repetitum dicere possis vtique laudatissimo homini nõ carus modò, sed clarus etiam, atque laudatus, Solinũ Polyhistorem, Senecam, & Claudianum maximos Poëtas, suis quemque commentariis magno labore, haud minore successu, longè absolutissima opera lucubratis explanatiores reddidit, & meliores. At verò quæ Petrus Maffæus diuinitus elaborauit, ea sic

An scriptores aliqui ex hac societate reperiantur.

Grammatici. Emmanuel Aluarus.

Bayllius. Iacob. Gretserus.

Cardinalis Bellarminus.

Philologi. Martinus Delrio.

Historici Petr. Maffæus.

ſic videmus non nobis,ſed ipſi Mureto, nec Mureto ſolùm,ſed omnibus huius ætatis doctiſſimis, atque celeberrimis viris probari, vt ad veterum ſcriptorum laudem perueniant: in quo noſtra memoria primum videatur & lenitas apparuiſſe illa veterum hiſtoricorum,& antiqua cura, & diuina verborum comprehenſio, etiam artifex (vt ita dicam) ſtylus. Hunc proxime duo ſcriptores ingenioſiſſimi, & prope inter ſe ſtylo compares

Petrus Ribadeneyra. Horatius Turſelinus.

44 Petrus Ribadeneyra ſanctiſſimus ſenex, noſtra ætate, omni ex parte mirabilis,ac venerandus,& Horatius Turſelinus aſſequuti ſunt, quorũ ſcripta, illa venuſtate hiſtorica,& exquiſitæ latinitatis puro quodã ac natiuo ſplendore referta,ac plena facundiæ paſſim commendantur,& meritò,quod vidit,quod præ ſe tulit, quod dixit ipſe Catechiſta: Oportet vibrãtem,& ſcintillantem eius veritatis conſcientiam extitiſſe, quæ illi aperuit aliquando oculos,vt videret; os,& linguam,vt diceret; illamque propria confeſſione conteſtatam vocem innocentiæ, & gratiæ Ieſuitarum daret.

Antonius Poſſeuinus. Ioannes Mariana.

Antonius Poſſeuinus, & Ioannes Mariana elegantem hiſtoriam ediderunt; Ille Moſcouiæ,alter Hiſpaniæ; eſſent qui Galliæ quoque ederent, ſi ab improbiſſimis nefariorum hominum interpellationibus reſpirare illis aliquanto liceret. Ioſephus à Coſta totam rationem Indos ad fidem Chriſtianam adeundam adhortandi, impellendique multis voluminibus latino ſermone complexus eſt: haud facile ſtatuas maiorine incredibilis eloquentiæ monimento, an eximiæ doctrinæ, & grauitatis inſignis, ac ſolidæ pietatis

Ioſephus à Coſta de procuranda Indorum ſalute.

Oratores. Petrus Perpinianus.

experimento. Petrus Perpinianus canorus Orator, & volubilis,& valde dulcis,verborum ſplendore elegans ; compoſitione aptus , facultate copioſus in omni dicendi genere florens clamores fecit adoleſcens, ſummas hominum admirationes paulo prouectior conciliauit ; cuius vox extincta veneno Caluinico,ætate immatura, vibrat adhuc, ac ſpirat in illius orationibus, quas Lutetia Pariſiorum Tragico pene applauſu excepit; Hugonoti ſempiterno cum vulnere ſenſerunt; aliæ frequentiores Europæ Academiæ cum fauore maximo admiratæ ſunt; omnes vel qui noſtra ætate,in eloquendo primas obtinent, vnicè amant,venerantur,extollunt; vel qui illum flagrantem ſtudio,& florentem facultate ipſi audire potuerunt (in quibus Muretus illum maximè eſt admiratus) ſic de eo ſtatuerunt, diutius ſi vixiſſet, fuiſſe veterum Oratorum gloriam conſequuturum : eloquentia quidem multis ſeculis neſcio an habuiſſet parem neminem. Sed fortunatus illius exitus, qui ea non vidit, cùm fierent, quæ prouidit, ac declamauit aliquando futura. Andreæ Fruſij, & Franciſci Bencij poëmata ſunt, quæ illi magna religione,& grauitate condita, & pulcherrimis acuminibus, argutijſque frequentibus ſpectata reliquerunt:ille infinitæ quodammodo venæ facilitate fœliciſsimus, quem à natura Poëtam credéres : iſte Mureti auditor eidem vnicè carus,Lypſioque iucundus, ac celebratus: quem cum ipſa antiquitate tractaſſe, & conſultaſſe, & victitaſſe familiariter iudicares. Andreæ Scoti in Pomponium Melam, & in Victorem Aure-

Poëtæ. Andreas Fruſius. Franciſcus Bencius.

Scoliaſtæ & Dialogiſtæ.

Aurelium probatum extat ingenium; extat gloria operæ illis illustrandis vtiliter collocatæ. *Andreas Scotus.* Iacobi Pontani modò non tractantur solùm, *Iacob. Pōtan.* sed celebrantur ab omnibus plurimi, elegantésque dialogi; qui & iustis voluminibus iam valde creuerunt, sic vt & improborum Dialogistarum ineptam multiloquentiam sua Latina concinnitate destruxerit; & nihil sit admodum eius generis, quod aliunde magis, quàm ex eo requirendum putes: eiusdem in Maronem non leuidensa opera, aut crasso filo, sed præstanti labore limati commentarij hodie omnium teruntur manu, ore laudantur. Antonius Valtrinus arte Romanorum militari tractanda pene miles vim antiquitatis expresit, & copiam: *Antonius Valtrinus.* Franciscus Turrianus hodie apud eruditos pene cognomento doctissimus bene La- *Interpretes. Franciscus Turrianus.*
45 tinè conuertit Græca quàmplurima; de cuius ingenio, ac doctrina, quibus se veterum patrum consuetudini, & maiestati tantumnon æquauit notissimum iudicium est, vel Catholicorum commendatione doctorum, qui illum in omnibus mirificè probant, vel hæreticorum calculo, qui eius orationis vehementiam, aculeósque reconditos vel reformidant sauciati, vel æmula laude prosequuntur inuiti. Fronto Ducæus in eadem palæstra, & simillima tum eruditione, tum vniuersa studiorum ratione versatus haud multo inferiore successu, Gregorium Nyssenum quinis opusculis, Chrysostomum adeo infeliciter ab sciolis aliàs lancinatum summa gloria e latebris in bonam lucem adductis *Fronto Ducæus.*

triginta sermonibus Græcè loquutos, libera latinitate donatos fecit, vt loqui viderentur debuisse latinè. Comitolus commentaria in Iobum Græcè conscripta; Theodorus Peltanus altera in Apocalypsim nescio cuius Græci Archiepiscopi, vnà cùm Ephesino concilio è Græco versa Latinè cùm sua laude reddiderunt. Non prosequar enumerando (quia nec sunt huius loci, nec humaniorum literarum propria, quamquam vicina illarum) omnis generis Mathematicorum monimenta omni admirabili artificio, summa arte, stupendo ingenio elaborata à Christophoro Clauio non modò ornato cum honoribus amplissimis à Candala; quo viro Deus immortalis! facile Euclide nostrorum temporum, sed illustri quoque præconio commendato à Iosepho Scaligero, qui vsque eo Clauium (etiam postquàm illi egregiè humeros Clauius complanasset) prædicando processit, vt scriberet malle se illius castigatione reprehendi, quàm cuiuslibet alterius plausibili testimonio celebrari: idque præ se lingua, ac vultu semper gerit homo Caluinistica reformatione, ex quincunce, dolatus, nostro nomini parum amicus, suo pene inimicus; ordini verò haud multum nostro æquus; Religioni etiam, & studiis infensus; eò sanè, ex illa apertæ alienationis parte, autor, laudator, ac testis locupletior, sine exceptione, in pronunciato de Iesuita iudicio admittendus. Volens, prudensque prætereo infinita partim de rebus piis, atque ad morum institutionem comparatis, omnibus omnium, quæ

Paulus Comitolus Catena Græcorum in Iobum.

Theodorus Peltanus.

Mathematici Christophorus Clauius.

Scriptores pii de Christianis moribus.

Christia

Christiana tota vniuersitate cernuntur, nationum, populorumque sermonibus elucubrata volumina; partim innumeros opera, studioque nostrorum conscriptos libros, ex quibus iustam Bibliothecam omni supellectile, & opulentis vtensilibus plenè instructam armare possis; aut de vniuersis totius Philosophiæ partibus; aut de vtraque Theologia, tum scholastica, quæ in accurata quæstionum difficillimarum, & vt ita dicam acroamatica, ac recondita disceptatione cernitur; tum Positiuæ, quæ Theologia princeps, ac Regina meritò habetur, cùm eius vis tota in sacrosanctæ, afflatæq; diuinitus scripturæ magis familiari, & veluti exoterica explanatione versetur. Non tergiuersatur de Theologia, nec de Philosophia aduersarius: quo in genere etiam non modò nobis non derogat quicquam, sed tantum tribuit, quantum nec ipsi nobis sumere, aut arrogare vnquam vllo pacto possemus, cùm modesti esse vellemus. Tota illius est de scientia humaniore conquestio. Ego verò tantummodò etiam illa complector, quæ de illa tractatione nobis obiecta nostræ societatis homines in lucem prodita euulgarunt. Quæ si adhuc pauca esse, nec digna illa Regia purpura Regum literariorum, nec illis, si loqui audemus, laxitatibus quadriregalium antipodiarum: esto iam per me sit ita, ne cum illo homine quidem hoc loco ego summopere contendam: sed hoc, pace tamen sit dictum illius, quantulumcumque id est, permirum sanè videri debet, atque incredibile hanc Societatem id vel ausam aggredi vnquam fuisse,

Philosophi. Theologi.

46

vel vlla ratione perficere potuiſſe tenellã etiamnon, vixdum è ſuis egreſſum incunabulis, tot maximis diſturbatam calamitatum tempeſtatibus, tot ventis, ac turbinibus immanium ſuſpicionum exagitatam; tot procellis coopertam communis inuidiæ, inter horrenda vndique inſultantiũ perſequutionum fulmina, & tonitrua formidoloſiſſimi cacodæmonis conquaſſatam, ac pene demerſam, tantis, tam arduis, tam neceſſariis, tam periculoſis, tam negotioſis functionibus, per omnes, quàm procul ſua immenſitate diffunditur orbis etiam ignotiſſimi plagas exercitatam. Atque audeo, præter hęc, de noſtris aſſerere pleraſque pręclariſſimas lucubrationes autorum ſuorum, vel ſummis indefeſſæ operæ occupationibus adhuc diſtineri in pluteo, vel eorũ obitu obſcuras iacêre quòd necdũ obeuntibus illis ad eã perfectionem, maturitatemq; formatæ, nec omnino pertractatè digeſtæ eſſent, vt lucem intrepidè aſpicere poſſe iudicarentur. Hoc in noſtra Gallia Petro Loyerio Britoni, hoc Clementi Puteano Pariſienſi, hoc Arnoldo Safforæo Bearnenſi, hoc Petro Natali Pariſienſi accidiſſe valde dolemus, viris claris, & laudatarum, ac celebrium cõcionum, ſcholarúmque diuturno ſpectaculo haud ignotis: certè qui magni aliquid pridem conceptum afferendum Reipublicæ moliebantur.

Petrus Loyerius. Clemens Puteanus. Arnoldus Safforæus. Petrus Natalis.

Nam quod aduerſarij non criminibus, ſed cla- 47
moribus, atquè extraordinarijs penè iurgiis eſt exprobratum, apud nos in gymnaſiis inferioribus inexercitatos iuuenes inſtituendæ iuuentuti præeſſe: in hac re penitus nihil intereſt, ſi, vt in libris

De magiſtrorum Societatis ætate.

libris eſt Etruſcorum, *puerili ſpecie videantur, ſed ſenili eſſe prudentiâ:* perparum omnino eſt in ætate compendium, ſi ea ſint virili maturitate, eaque ſcientia ornati, quæ videatur ad exedram ſatis, eamque ad ſcholam accommodata, quam profitentur. Neque verò magis vecordem putarem, qui ita ageret, itaque colligeret; huic tenera, ac iuuenilis ætas ineſt, igitur ineruditus, & inexercitatus cenſeatur; quàm qui hunc ad modum ratiocinatus ſic efficeret; huic ſumma, & cana, & matura ſenectus; itaque huic ſumma doctrina, & rara virtus, & ad docendum magna dexteritas. Eſt bene barbatus, ergo eſt bene Philoſophus. Quis riſum teneat, qui ita ſomniantem videat? Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre poſſunt. Magiſter ſuis, ac proprijs ornamentis, quæ ante deſignauimus habetur idoneus: atque ex ipſa eruditionis ſpecie, non ex canitie; ex ingenio, non ex caluitio; ex præſidijs doctrinæ, non ex lippitudine; ex inſtitutione proba, non ex barba; ex indolis auxilio, non ex pallio fructus capit autoritatis extremos. Ætas ſupplementum modò eſt quoddam exiguum, nec ſeipſo contentum, ſed demum tum tempeſtiuum, & commodum, ſi ad ætatem probata prudentia, virtutiſque ſpectata maturitas, & animi vis, & cultura ingenij, & mentis robur acceſſerit. Te miror barbatule, in barba, Reip. omnia ſumma momenta reponere. Ioannes Maldonatus tradendæ publicè Philoſophiæ rationem iniuit primùm anno 1564. ſeptẽ, ac viginti annos modò natns

Ex quibus rebus magiſtri optimi commendentur.

Ioannes Maldonatus.

natus: tum celerrime, ac bellissimè annis proximè consequentibus ad Theologiam euolauit, qui vir temporibus illis, vel in doctrina, vel in frequentia, vel in summa gloria, ac laude solenni omnium, qui illa tempestate floreret, Theologorum concessit nemini: cuius illustris famæ recens, atque superstes testimonium ex Gallia tota, Regnisque confinibus; quæ illius splendore claruerunt accersere possumus. Hæc si non sunt satis, addo prætera, in alijs exterarum Academiarum ludis, aut maturiores, prouectioresque ætate præceptores vulgò reperiri, nec prolixiore barba, quàm nostros; atque horum quidem partim casu, quasi prætereuntes ὁδῷ πάρεργον, tanquam ex Nilo canes docere videntur, in transitu, partim eò tandem vsque hærere in pulpito, dum nummum exculpserint, vnde toga niteat, aut vnde *magister artis, ingeniique largitor* tumeat *venter, & auriculis plenis colligat æs*: aut eò saltem, quoad sibi viam ad vlteriorem aliquem honoris, aut pinguioris fortunæ gradum adornarint. 48
Hæc senatus intelligit; ipsi ipsos ipsis oculis experimur; plerosque captos putes è cunabulis; & siletur tamen, siletur de istis ab omnibus, de illorum barbula ne gry quidem. Viuunt, imò verò etiam regnant in Calecutiano Regno Regum literarum: nos autem suffocare Remp. videmur, si magistros extremo senio curuatos, dillabentésque pituita non adhibemus. Atqui nos, vt communissimè, si attendat, Tyrones nostros circiter ad duodeuigesimum, aut vigesimum annum admittimus; dein duos integros annos, ac solidos detine

detinemus in tyrocinio: quare cùm primùm docendi prouinciam ingrediuntur, vix vnquam minores viginti annis id oneris suscipiunt: annon est satis? imò communiter minimùm vigesimum quartum, & quintum attingunt: quid habet quòd reprehendat homo disertus? curiosè, ac strenuè disciplina domestica promouentur, sociorum frequentata consociatione mutua, cùm sit inter eos omnium optimarum rerum sine vlla exceptione, communitas, adiuuantur: quid hîc illi dolet? maximè verò gymnasiarchj, quem studiorum Præfectum nominamus, industria, vigilantia, & assidua opera studiosè tractantur; in familiaribus scholarum officiis, ac studiis exercentur domi; foris illorum mores sedulò obseruantur; tota docendi, agendíque ratio diligenter attenditur; curiosè ingenium exploratur; notãtur progressus singillatim: quid, qui, quô, qua, quidq; via, quo ductu, instinctúve, quàm nauiter, quá industriè agant accurata, ac prope nimia prouidentia animaduertitur: quid hoc loco ille reperit ad calcitrandum? denique ad extremum, sicut equos propter crebras contentiones præliorum ingenij bonitate exultantes domitoribus tradi solitos videmus, à quibus tanquã in gyrum artis, & disciplinæ duci oportet, vt his melioribus postea possint vti: aut veluti docti, vsúque armorum exerciti hippocômi tyrones suos ad equitandum assuefactos pedetentim ad equestrem militiam comparant; haud aliter nostri adolescentes, præfecti studiorum probe instructa commoditate, ad eam, quæ optima sit, docendi consuetudinem ducti,

Qua ætate, aut quibus artibus magistri nostri instituantur.

Præfectus studiorum

ducti, factique formantur. Quid dicet modò? quam se in partem illes conijciet? Certè non ætas igitur est vel nostris incommoda, vel magistris aliena, vel fraudulenta Reipublicæ.

Obiectio de Patauinis anno 1591. explanatur.

Quod euenisse ait Pataui, anno 1591. est eiusmodi, quod illi buccam ad cætera obstruere possit. Nunquam de nostrorum captu ex doctrina, multo minus ex debiliori ætate argumentati, conquestive sunt, quod iste homo, credo, ad tripodem somniauit: eo fuit potius, quòd videre non curat, quia industriores illis esse, scientioresque videremur, quàm plerique illi vellent, qui vel soli viuere, ac docere, imò regnare soli cupiebant, soli contendere sine pari, luctari sine aduersario volebant, in illa Academia: hinc illæ lacrymæ; non autem quòd nos nimis tõsos, aut glabros fore vererẽtur. Simile aliquid Parisijs magistri plerique anno 1564. machinabantur, quando Rector ijsdem facibus Patauinis illuminatus, per viatores, & accensos suos denunciauit, vt scholas clauderemus: 49
& nos equidem extemplo obtemperauimus imperanti: neque porro progrediendum nobis esse duxissemus, nisi Senatus Parisiensis, qua est æquitate, & prudentia, nobis cõtra vim præstò fuisset, missis in eam rem tempori apparitoribus Palatinis, qui nobis præsidium, atque fauorem denunciarent; nos in integrũ restituerent; Senatum, pro sua suprema authoritate, decernere, consciscereq; indicerent, vti ius pristinum nostrum teneremus, institutum scholarũ curriculum prosequeremur; bono animo de cætero ad egregiã nauandam operam Reip. essemus. Idem iam, sat scio,

Fauor, atque prudentia Senatus Parisiensis.

cupe

cuperet cõsilij cepisse se quotiquiq; in Republica Veneta cordatißimi, si adhuc illis integrũ esset; postquàm aspiciunt serò tandẽ, tum se paucorum ambitiosam æmulationẽ magno luere, tum studiosos suos eo emolumento fraudatos, quod expertißimum è nostris scholis reportabant; tum etiam ex lapsu, casuq; suarũ, magna decesſione, nec leui damno vrbis suæ, in ipsa vicinia Parmæ studiorum vniuersitatẽ nostrorum esse locatam, & magnificè stabilitam, in qua multo maiori, vel auditorum frequentia, vel studiorum successu, quàm antè Patauij laboramus: quamquam nos equidem Patauinorum ciuium humanitatis alioqui, aut caritatis non pœnituit vnquã; quam memori animo cõseruamus, eamq; si locus esset, testatis exemplis iactare possemus: paucorum ea æmulorum culpa extitit multorũ iactura luenda.

Studiorũ vniuersitás Parmæ nostris commissa.

CAPVT X.

An nostris ex scholis viri illustres prodeant.

VERVM SE IACTAT hìc, atque in his equitat equuleis aduersarius. Ex Iesuitarũ disciplina emergit nemo, qui luceat. Optimi Aduocati, lucentesque omnino nulli: quid signi? Ne vnum quidem reperire in illis fuit, qui ad annum 1594. procliuem eorum in præceps causam arriperet. Ex ea officina Medicus nemo, qui fulgeat. Proh Deus bone! quantum est dementiæ in » isto homine! ille si plenè formatos, vt sic dicã, ac » planè vestitos Medicos, aut patronos causarum intelligit, digna exprobratio, quæ omniũ irrisione ludatur; nec minus quidem falsa sanè, quàm si nobis quisquam opponeret è nostris pulpitis non bonum Phrygionem vllum, aut limbolarium, aut sutorem veteramentarium, aut cæmentarium,

prægustatorem eſculentarium prodijſſe: nanque haud paulominus Iuriſperitiã, vel medicinã profitemur, vnde micãtes Iuriſperiti, aut coruſcantes 50
Medici ex noſtra literaria conſuetudine, quaſi ex clibano vitreo intermicent, quàm artem plumariam, aut coriorum, lapidicinarum, eſculentorum, poculentorumque ſcientiam, vt earum rerũ poſſimus peritos, ac doctos artifices producere: nec nõ adducor facilè vt credã nihilo magis ex reliquis gymnaſijs, quàm è noſtratibus Medicos, aut Iuriſcõſultos papilionum inſtar erumpere. Sin (quid enim aliud ſibi vellet?) hoc pugnat, noſtræ inſtitutionis alumnis poſitam in ſtudijs operam nunquã in excellentioribus facultatibus ſatis ſuccedere ex ſentẽtia; quid aliud agit, quàm

Olim Christiani à gentilibus perinde ac ſtolidi, & per omnia inepti damnabantur.

ludit, & repetito à priſcis barbaris Chriſtiani nominis ardentiſſimis obtrectatoribus eodem irriſionis genere, eleuat noſtra gymnaſia, quo illi Religionem Chriſtianam inſano dicterio ludificabantur? quòd dicerent ex ea nullum illuſtrem, ac florentem virum inueniri poſſe, vel qui caſtrenſi illa, ac militari ratione tenuiter imbutus arma tractare, vel qui rebus agendis idoneus res maximas aggredi, aut inſigne aliquid præſtare, aut ope defendere, conſilio gubernare Rempublicam poſſet: quæ tam ſacrilega infidelium barbarorum in Chriſtianum nomẽ irriſio fuit, quàm malefica huius ignoti Catholici in noſtra ſtudia obtrectatio, quibus hoc vitio vertat, ac probro, quaſi ex illis nullus inueniretur, qui in illa turba clarorum hominum compareret, vel ad gubernacula Reipublicæ ſedere, & in illis ſe oſtentare

inſigni

inſigniter poſſit; eaque id potiſſimum ratiocinatione conficiat, quòd inde nemo medicus bo-
50 nus, nemo patronus nominatus reſplendeat, qui verſari in publico, atque in eo ſe excellentius gerere audeat. Improba conſequentia, prauum id vnde conſequitur; diſtortè conflata, nulláque ex parte cohærens omnis oratio: quòd duo ponit incredibilia perſpicuæ veritati palam luce contraria, vnde veram rationem concludere, aut veriſſimile quicquã efficere nullo modo poteſt. Vnum eſt nullum reperiri vitæ genus, præter cauſidicos, medicóſq; doctores, vbi eminere quis, aut appa-
51 rere poſſit: alterũ è toto numero eorum, qui apud nos in ſcholis fuerunt, ne vnum quidem idcirco apparere alicuius notæ aduocatum; quia Pariſijs inuẽtus eſt nullus, qui fuerit auſus nobis vel propugnator deſerti iuris accedere, vel defenſor vexatæ innocẽtię opitulari, vel patronus cauſę priùs deſertę, dein extremè periclitantis exurgere. Bonũ hunc virum aduocatũ eſſe oportet, opinor, eamq; facultatem cõſtituiſſe magnopere ſuis operis honeſtare, vti reuera eſt cohoneſtanda, & collo cupletanda, & Reipublicę perceneſſaria: verũtamen ſi illam æſtimat, aut ſolam eſſe, aut reliquarũ omnium rebus omnibus pręcellentiſſimam, enimuerò longè ſua deluſus opinione fallitur; non multò ſecus, quàm Sinenſes populi falluntur in ſua, qui ſuperſtitioſa vanitate credũt ſe, in omnibus, ſolos eſſe homines, ſeq; eo dignos tam communi nomine in reliquo mortalium genere; cæteros omnes cæcos, ſe vnos perfectè oculatos eſſe arbitrantur; quod nõ eſt ita, ipſi vt arroganter autumãt. Ignorare

Populi Sinarum ſe ſolos oculatos, & ſolos homines opinantur.

rare iste non poterat, citra aduocationem, non deesse prætereà pleraque alia pulcherrima ingeniorum curricula multiplicium, variarúmque virtutum, & summa varietate hominum distincta genera, diuersáq; munia, qui, in illis spatijs, vsque ad certam victoriam in circo peculiaris excellentiæ constituti admisso equo, effusísque curribus, ad illum honorum cursum, & summi decoris insigne brauium incurrunt: se ad optatam metam dignitatis intrepidè effundunt: animosè, ac fortiter ad illud amplissimæ gloriæ palmarium adproperant; Pōtifices, Episcopi, Præsules cæteri in Ecclesiastica præfectura; sacri Oratores, Ecclesiastæ, atque doctores in pulpito; Præsides summorum Senatuum Principes, ipsi senatores cōsiliarij conscripti Patres in Tribunali liliatæ sellæ puluinato; custodes, gubernatores, Antistites locorū pacis, militiæque temporibus, in prouincia; Prætores, & legati quæstionum iudices, criminosarum rerum quæsitores, alij huius imperij ministri magistratus in legitimo puteali, & iudiciariis tribunalibus: quibus in summis maximarum dignitatum, honorumque gradibus, si quamplurimi inueniuntur in dies ex sociali nostræ disciplinæ fonte profecti florere, enitere, præcellere; quod omnium ordinum vsus, & magistra rerum experientia, nemine nisi inuidia occupato reluctante, conuincit; apertè id est contra omnium fidem, & contra expositam veritatis lucē vociferari, dicere Iesuitarum alumnos vix reperiri posse singulos, quorum in illa luce Regni ingenij lumen eluceat, eò quod medici, & aduocati desiderentur, quas ille duas

Diuersa muniorum genera in Rep. Christiana.

52

fra

fraternitates, si superis videtur, *exoriēte Aurora forte salutans dū subito à læua Roscius exoritur*, solas formosas, & pulchras esse, solas virescere, solas Solē aspicere arbitratur. Quid aliud diceret, qui ore pleno, ad corneam portam in aurē vtramque desterteret? vel qui eā ob causam in Arduenna sylua nullas pulchras frondescere arbores asseueraret, quòd ficus, citrosúe non proferat? quercus igitur, & carpini, & vlmi, & fraxini, & procerissimæ Populi nullo loco erunt apud istum hominem? ac si nullos alit Lauaretos oceanus, vt Burgetensis Allobrogum lacus, nullíne alij in tota profundissimi pelagi vastitate, pontiq; gurgitibus immensis natabūt pisces æquore libero? si solus capit Nilus Crocodilos, ideóne credemus in Geneuensi lacu nullos coaxare ranūculos; nullos reboare Butores Onocratos? si hic ex luto, & argilla fictus homuncio quid dicat attenderet, aut coram tanto Rege principe suo incōsultè, ac temerè declamare erubesceret, priùs de ipsa veritate suspensus inquireret, eius aliquam rationem haberet, quam vbi ex suis certis indicijs deprehēdisset, si eam in medium proferendi nōnullam cupiditatem haberet, sat scio, nunquam illa profunderet, quæ tuæ Maiestati descripsit: non vnico linguæ cauterio innūmerabilium potentissimorū hominum, excellēti gloria, & summo honore præditorum famam crudeliter per nostras fauces vulnerasset: quorum præclara facinora, resque quotidie cum laude susceptæ se efferunt satis in publico, cùm hac summa, quæ expetitur gloria, cum publica commēdatione famæ, cum clara comprobatione autorum

 suo-

ſuorũ,multo vallatæ,& ſtipatæ melius, quàm de-
uia huius veteratoris declamatio expoſita abſq;
nomine eius autoris,qui eam in hanc lucẽ enixus 53
effudit.Idem,niſi iam cõſcientiam cũ verecundia
ſub infami haſta poſuiſſet,apud quẽ,& de quibus,
& quàm inconſideratè loqueretur aduerteret,nec
cõplecteretur ampliſſimos viros ad ſuũ, & Cate-
chiſtę ſui Gabinij ſcelus;nec id occultè pręſtaret,
dum cùm ijs confligeret,quos in noſtra cauſa tam
ſtultè deſpiceret;nec attingeret eos, qui illũ malè
perdere, illũ ex tenebroſo pudẽdi ſilentij latroci-
nio in mediam damnatorũ capitaliũ Greuenſem
areã producere poſſent:quorũ quidem (quis enim
non intelligit,quos dicam?)nemo eſt, qui ab illius
factioſo ore mortale honoris,ac famæ vulnus ho-
die non acceperit;quiq; illi,eo ſcelere,vſq; ad fur-
cam iratus eſſe non deberet, ſi corculi vena vlla
paterni viueret in nobis:nec verò,ſi vel tranſuer-
ſum vnguẽ ſaperet,nõ intelligeret eſſe, quod tibi
debitam cõmemorare, atq; perſoluere gratiã de-
beamus,ſũme Deus; qui eo nos omniũ præſentiſ-
ſimo beneficio cumulaſti, quod agnoſcere, quod
prædicare,quod tibi referre debemus,vt induſtrię
nonnihil ad educanda,excolendaq; multorũ inge-
nia conferremus eorum,qui excelſo hodie Regni
gradu,ac loco collocati cẽſentur & dignitate am-
pliſſimi,& gratia maximi,& opera, atq; obſequio
fideliſſimi,& probata innumeris experimẽtis fide,
& amicitia huic ſceptro, lilióq; Gallico deuinctiſ-
ſimi. Quos quotuſquiſq; mortaliũ eſt ſapiẽtiſſime
Rex,qui non videat, qui in tam aſſeuerato mẽda-
cio non miretur, qui nõ gratuletur imprimis, plu-
rimos

An viri illuſtres ex noſtra diſcip lina prodierint.

timos;ex illo ingenti numero,circunſpici ab omnibus in ſumma eminēte rota fortunæ, ac gloriæ, ab ipſa tua Maieſtate conſtitutos;pleróſq;Epiſcopos rerũ ſacrarũ antiſtites;plures locorum,& prouinciarũ Rectores;longè plurimos alios alia cauſa,alijs dignitatũ,atq; honorũ ordinibus eodē tamen omnes & iudicio Regio, & beneficio tuo decoratos?In quo ordine quid prohibet cēſere in primis quē principē Senatus Toloſani, quæ curia ſecundas in Regno obtinet,non admodũ pridē,in illa ſumma ſpecula ſalutis,ac mentis publicæ poſuiſti Nicolaũ Virdunũ ſummo honore digniſſimũ Præſidē,qui in illo ampliſſimi Cõſilij pręcelſo faſtigio,quaſi in altera Regnorũ tuorũ arce locaretur?quandoquidē tantũ eũ eſſe iudicaſti, & tantum ex omnibus,qui eruditione,probitate, meritis florebant,magno delectu, adoptaſti: quod ille pergit magis in dies de ſe comprobare maximus homo(dicam enim quod ſentio, & quod mecum ſentiunt omnes,maximus ſuis quibuſq;, quas aggreditur actionibus,inſigni quadam magnitudine animi,incredibili grauitate,rara æquitate, magna pietate,inuſitata prudentia, egregia fide, eximia doctrina ornatus,vt de aliis numero,ſapientia,authoritate antecellentibus viris nihil dicam; quos iſte cõuiciator iniurioſè cùm ſpernere nos vellet, deſpexit;& nefarium in modum,in noſtro aduerſo,& cõmuni vulnere ſauciauit. Prior igitur illa ratiocinationis inuiſę appendicula,quę negat noſtræ ſocietatis opera eductos alumnos comparere
54 in publico,quòd Aduocati ex eorum numero vibrantes pauci numerentur,præterquàm iniurioſa

 eſt,

est,& facinorosa, & seditioso flagrans furore, etiã cum suo Epicuro, legitimam irridet,& violat rite consertæ logicæ rationem:nec paulo minus hæc 54
pag. 5.& 6. altera,qua priorem veluti consectariam complecti videtur,ne singulos quidem singulis temporibus posse proferri aduocatos, ex ea causa, quia nullus ex omnibus emersisset,qui nostro capiti ad capitale exitium expetito vocis suæ aduocatum patrocinium commodaret. Nam qui se ad ius illorum,inquit,propugnandum dedit nequaquam
Pag. 4. in ipsorũ literatura meruerat. ô plumbeũ pugionem!quale autem argumentum,tu ipse Rex,vides æquè hebes, atque obtusum; æquè stolidum, & inurbanum, quemadmodum si Christo communis humanæ depulsori calamitatis cruci funestissimæ suffigendo, vt à nostris ceruicibus acerbissimæ iugum depelleret seruitutis; quo tempore à scelestissimo Præside capitalem sententiam perferebat, aliquis huius Rabulæ haud absimilis obiectasset,ex illius salutari, ac diuina Theologa schola nullum frugi,aut probum,aut bene institutum virum exijsse,quia nemo mortaliũ,qui eius innocentiam in illa,post homines natos, maleficentissma vexatione defenderet,inueniretur,præter Pilatum in Prætorio,& latronem in patibulo: qui ambo discipuli nequaquam ex illius salutipara schola, aut ex eius cælesti informatione profluxerant. Audiamus,quęso,eruditam orationem, aperiamus, obsecro, tandem oculos, odoremur nouam Philosophiam.Nemo tum è nostra officina cõparuit, qui Parisijs nostra tecta defenderet; qui à laribus,à focis, à corporibus ferrum, flammam

Argumẽtum Rabulę inurbanum,& nugatorium.

Christum dominum nemo aduocatus præter pilatum in iudicio defendit.

mamque depelleret; qui sibi licere tuto esse in foro, in curia, in publico existimaret: qui vitę prę-sidium compararet, qui vulneribus, quæ quotidie videbant in nostro corpore, moueretur, vt aliquo præsidio innoxiorum caput, ac iugulum tueretur. Igitur nemo aduocatus noster auditor extabat in illo discrimine: facetè! Concludat tandem: quid progredi timet? ergo in Senatu Parisiensi prorsus causarum patronus viuebat nemo: omnia, in curia, oppleta inanitatibus silebant; solæ meræ vmbræ, aut infesti lemures causarum iura tuebantur ad illud tempus, quando Parisijs nos expulsi, proscriptique sumus: quid ita? quia illo extremo periculo, qui causam æquitatis diceret, adfuit nemo. Quidni hoc elata voce, fluentibus buccis, sufflatis pulmonibus intonet? Hęc si peruersa, ac deprauata cõclusio est, illa nihilo tortuosa est minus: quia si in tot procellis, ac turbinibus perturbatæ Societatis nemo se illi Parisijs patronum ostendit; at poterant alibi Tolozæ, Burdegalæ, aut Diuione non deesse; imò etiam Lutetiæ reperiri quamplurimi, qui sibi latendum esse tum iudicarent: quid ita? ego dicam. Primo hęc via tunc illis erat aspera, & ardua, & plena periculi, plena aleæ. Ad hæc maioribus præsidijs, & copijs oppugnatur innocentia, quàm defenditur; propterea quòd audaces homines, & perditi nutu impellũtur; & ipsi etiam sponte sua cõtra virtutem incitantur: boni nescio quomodo tardiores sunt, & principijs rerum neglectis, ad extremũ ipsa necessitate excitati punguntur. Ita sunt boni, & innoxiæ conscientiæ homines; nõnunquã cunctatione, & tarditate sua se

dedunt;ſæpe dum integritati ſuæ confidunt, dum
in æquitatis ratione quieſcũt,dum otiũ , & pacẽ,
& virtutem volunt etiam ſine dignitate retinere,
ipſi vtrumque repente amittunt.Præterea fortaſ-
ſe illi noſtri Pariſienſes alumni , celebres alioqui
patroni noſtrarum rerum clientelam reſpuerunt, 55
ne illis obeſſent;néve ſuo quaſi ſuſpecto patroci-
nio debilitarent, facerentq́ue ex ipſa neceſſitudi-
ne deteriores. Ad hæc inciderãt in illud tempus,
cùm haud parum æquis oculis aſpiciebantur, au-
ribus etiam iniquis audiebantur,& lęſis;cùm ob-
mutuiſſemus pene nos ipſi , omnia repẽtino mo-
tu concuſſa trepidarent,noſtrí non modò propu-
gnare clariſſimam cauſam, implorare ſanctiſſi-
mum ſenatorium ordinem , ſed etiam plorare,&
gemere, & ſupplicare , elata voce , vel obſeratis
Curię foribus prohiberẽtur;formido illa,& iuſtus
pauor execrãdiſſimi,& facinoroſiſſimi , poſt om-
nium ſeculorum memoriã , in Regiam Maieſta-
tem apparati parricidij, quæ omnium meritò , vt
quiſque optimus erat,ſenſum , animumq́ue per-
uaſerat,tota tum vrbe , etiam toto Regno , om-
nium vires,honeſto,ac debito horrore terruerat:
præter hæc,quamquam erant illi præclari,& for-
tes,& integri,& imperterriti, iudicarunt in cauſa
tam præcipiti ſibi eſſe præſtandum, quod in me-
dico deligendo ſolent homines ægri morbo le-
thali,ac mortifero,cùm æſtu, febríque iactantur,
vt veteranum tota Curia,vſu,& ætate principem
caperent aduocatũ,cauſæ perplexæ,& quam ipſe
Carneades faſtidiret , multis ſinuoſæ anfracti-
pus,ſuſdéque torquendæ ſcientiſſimum; impedi-
tæ litis

Aduocati veterani instar medicorũ veteranorum.

tæ litis,ac peſſundatæ dextrorſum, ſiniſtrorſum, antica,poſtica verſandæ, atque tractandæ experientiſſimum.Ergo noſtri diſcipuli, nam video illũ ita eſſe dicturũ,proletarij, ac in poſtremis numerabãtur:opinor:nã ſeniores maturitate,& ętate,& rerũ vſu illis iunioribus anteibant. verũ illa annorum,& temporis prærogatiua nobis obeſſe, gymnaſiorum Societatis authoritati; ac nomini præiudicare, vel obſiſtere nõ debet:maximè verò cũ omnes ſtudioſi,qui nos audiũt, ſtatim vna hyberna nocte,more fungorũ,Tetrarchæ, vel Thalaſſiarchi,aut Halmiralli literarũ, vel à verno ſole colluſcentes, atque ſtellantes aduocati euadere nõ queant.Noſtræ ſcholæ tenellæ cùm ſint, & adoleſcẽtulæ, auditores vetulos, aut decrepitos proferre quomodo poſſunt?etiam eſt abundè, vt duo paria ex ducentis exiſtant, ſextantis vſura, aut octo de centum cum tertiario, vſura centeſima,calculo Regio, ex taxatione publica; aut in viginti vnus emergat,quincuncis vſura; aut alter in viginti quatuor ex ſemuncia, aut è vicenis, bini redeant belliſſimo fœnore decumano. Ex vna Iliadè cauſidicorum, qui numeroſis, confertiſque centurijs Lutetiæ ad forum çancellis, & ſubſellijs defixi circumuolitãt, haud ſpiſſos ſanè, nec vicenis,aut tricenis plures videas,qui prima adepti ſe ſublimes in foro illa Thucididia Aniciana nota circumferant;paulo plures, qui proximè,ſecundũ eos,in ſecundis, tertiisve conſiſtant. Pauci aduocati excellẽtes.

56 Alij vel clamores faſtidiunt, &, quod caput eſt, non bene audiunt, vel *longo ſubſellia ſyrmate verrunt.* Homines lucidorum magis interuallorum; quàm

quàm ingeniorum. Alij extra imbrem, ac vẽtum, quasi sub pellibus, consultatione magis capiuntur: plures sua studia priuata delectant; qui nemini in foro, aut in litibus admodum officiunt, qui, si damnum ab alijs ferunt, non bene id accipiunt minimè mali, nec modò sine ratione, sed quod peius est, ABSQVE CAVSA ferunt: quod item de reliquis tribunalibus, & vrbibus Regni pene ad instar dici potest.

CAPVT XI.

Quæ res perfectum aduocatũ, & omnibus absolutũ numeris efficiant.

AC MIHI quidem sæpenumero in summos homines summis ingenijs prędítos intuenti nunquam visum est esse mirandum, quid esset, cur paucissimi in isto præstabilium aduocatorum genere admirabiles extitissent; præsertim in tantis præmijs forensis eloquentiæ. Sed nimirum malus est quiddam illud, quam homines, qui ex se omnia æstimant, opinentur, & pluribus ex artibus collectum, cùm ex illis rebus vniuersis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est; & quæ agrè reperiantur in vno mortali homine coaceruata. Sic enim statuo, si ad naturam eximiam, atque illustrẽ accesserit ratio quædam, cõformatioque doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum, & illius illustris appellatione dignũ solere existere. Atque illud in primis testandum est nihil præcepta, atque artes non modò Iesuitarum, sed ne Regum quidem literarum valere, nisi adiuuante natura: quare quibus ingenium desit, ijs non magis Oratorũ præcepta scripta esse, quàm Macri scita de agrorum cultu sterilibus agris: in illo, qui se tantum oneris sustinere posse arbitretur, omnis Oratorum va-

Natura, & ars

Galenus de locis affectis.

ria diſciplina,eruditio Iuriſconſultorum, ſapientia Philoſophorum, ſolertia Poëtarum eſt requirenda: perdiſcendum illi ius omne ciuile, cognoſcendæ leges; perſpicienda omnis antiquitas Senatori; conſuetudo, diſciplina Reipub. iura ſociorum, fœdera, pactiones, cauſa imperij, ſumma Regni: tum quendam habere inſignem vſum, & illuſtrem experiētiam neceſſe eſt, hoc eſt alteram naturam, optimam, & præſtantiſſimam dicendi effectricem; tum fœlicitate quadam, & proſperitate rerum ex ſententia commeantium adiutrice conſiliorum bonorum, & genio quodam bono eſſe præditum oportet. Porro quod nonnulli boni Rhetores dixerunt eloquentiam eſſe in ipſa propria bonitatis ratione contentam, neque poſſe niſi in bono viro reperiri, optandum quidem illud eſſet: equidem longè nobiſcum melius ageretur; ſed illud magiſtri Rhetorici illi dicere noluerunt; hoc viderunt ſolùm, hoc tradiderunt, quod ego nunc in eodem noſtro expeto, eum præ omnibus probum, bona, rectáque conſcientia, à qua, tranſuerſum vnguem nulla occaſione diſcedat, eſſe debere. Orator autem eſſe non poterit niſi ingenio ſit idem celeri, & concitato, & redundanti, in quo ſe grata quædam efferat, atque iucunda fœcunditas; vnde quàm aliquid deſit, nonnihil potius debeat amputari: eſt enim ſcientia comprehendēda rerum plurimarum, ſine qua verborum illa volubilitas inanis, & irridenda eſt: accedat eodem oportet acumen quoddam, atque ſagacitas, vt omnes ſiue artis ſint loci, ſiue ingenij cuiuſ-

Iuriſprudētia
Experientia.
Fœlicitas quædam, aut proſperitas.
Probitas.
Inuentio. Ingenioſa, & fœcunda, & decora.

cuiuſdam,atq; prudentiæ, qui modò inſunt in ea re,de qua quæritur,inquirenti illi oſtendant ſeſe, & ſpõte occurrant;omnes ſententię,eaq; omnia, quæ id attingunt, quo de agitur,& ſunt cuiuſque generis maximè illuſtria ad eius ſtatim nutũ aduolent,& ſub eius præſtantis,& præſentis ingenij acumen ſubeant, ac ſuccedant; illaque omnis eruta, quaſi ex inſtrumento Rethorico ad manum oratoria lauta ſupellex emergat. Magni prę-

Diſpoſitio, accurata & ſolers.

terea iudicij, ſummæ etiam ſapiẽtiæ eſſe debebit moderator ille, & quaſi temperator illius locupletiſſimæ varietatis: nam & iudicabit quid cuique opus ſit: idem poterit quo quidque loco poſtulabit cauſa collocare: omnia expendet, & ſeliget: iudicium penè moroſum adhibebit. Iam verò ea, quæ inuenerit, digeſſerit, contulerit, qua diligentia collocabit? nõ enim declamorem aliquem Acephalum de ludo,aut rabulam de foro,aut lumina curiæ ex incendio publico,aut clamoſum, & imperitum Catechiſtam ex ſchola, ſed doctiſſimum, & perfectiſſimum quærimus, & bona ſua luce lucẽtem. Quàm aptè vel diſperſa orationis veluti membra recolliget? vel conciliabit diſſipata? vel occultabit infenſa? vel molliet

Eloquutio ornata, & copioſa.

dura? vel opprimet noxia? vel vtilia proferet? vel congeret opportuna? vel eludet, eleuabitque contraria? Cùm autem quid, & quo loco, & quàm aptè, & quàm commodè dicat, inuenerit, illud eſt longè maximum, videre, quonam modò, id eſt, 57
quàm ornatè,quã copioſè, quàm diuinè eloquatur: rem difficilem Deus immortalis! atque omnium difficillimam, in eo potiſſimum ſibi elabo-

randum putabit esse, vt formet, vt figuret, vt animet, vt coloret inuenta, atque disposita: sciet illarum sententiarum, verborumque lumina assumere, quæ erunt vehementer illustria: addere sicubi opus erit veluti in corona fulgentes toros, vt in tota elocutione, pro subiecta materia, omnia dicendi ornamenta pulcherrima, quasi stellæ quædam, vt à Phalereo Demetrio solebant, omnes radiantes verborum, omnes sententiarum illigentur lepores: modò perfringat, modò irrepat in sensus; possit & humilia argutè, & magna magnificè, & mediocria temperatè dicere: audeat Isocratæo, & Theopompeo more illa circumscriptione, atque illo ambitu, quam periodum Græci appellāt, cùm volet vti; vt tanquam in orbe inclusa currat oratio: quoad insistat in singulis perfectis, absolutisque comprehensionibus, redigat omnes fere in quadrum, ac numerum aliunde ad suam continuationem complexas, rotundatasq; sententias. Iamq; dictionem ad illa referat, quæ incisa, & membra dicuntur; quò punctim, cæsimque feriat: iam omnia, tanquam crepidine quadam, continuatione longiore, prolato spiritu, distento pulmone sustineat: videat quando incisè, quando membratim, quando circumscriptè mutanda videatur oratio: si in hac florenti perfectæ periodi magnificentia exultabit; hoc attendat, hoc agat, quomodo fluat à primo; tum incitatiùs breuitate pedum, tum proceritate tardiùs; variorum, aut æqualium interuallorum percussionem obseruet, vbi numerum conficiat, qualem in cadentibus è stillicidio guttis, quod interuallis distin

distinguuntur notare possumus, in amni præcipitante non possumus: clausulas, & interpuncta membrorum, capita, atque exitus; & omnes articulos ad numerum cadētes opportunè, suo loco collocet, ac suo statu cohærentes perbellè constituat; firmamentorum momenta librata ponderibus suis aptè disponat, inculcet, digerat ad persuasionum aut aciem exacuendam, aut vim extremam, cum neruo quodam, & robore, & efficacitate ad impellendum animos, adhibendam.

Memoria.

Quid dicam de memoria, quam Plato sensuum salutem, & mentis appellat? Cicero thesaurum rerum omnium nominat? Plutarchus cellam penuariam disciplinarum putat? Ea mirabili, & diuina vi, & vna de illis summis facultatibus, quas nos mirari natura voluit, scire autem noluit, sic abundabit iste lucidus, vt sine illa statuat omnia, etiam si præclarissima fuerint, in sub illo nitido, atque æstiuo sole peritura? Ea sic vti, sic lucere debebit, vt quæ ibi mandauerit, quæ intra grandes illos arcanos, & inexplicabiles sinus inclusa conceperit, quæque memoria veluti quædam media manus ab inuentione accepta elocutioni tradiderit; ipse ne mutata quidem syllaba, si erit vsus, depromat ex abditis, & infinitis penetralibus ad eloquendum: sic vt, cum quædam accersiuerit, ea præstò sint, atque ad nutum veniant, quasi ex ponte accersita; quædam prealtè recondita oblitescant, operianturque præ foribus præcipientis imperia; alia pro illis prosiliant in medium, prout officiosè rogantia, num ipsa quærantur, donec ea, si velit,

D. August. conf.

abi

abigat manu cordis; dum alia eorum loco citata, confestim, imperturbata facie, in apertum erumpant; alia paulo post, de abditioribus receptatoribus locis, quasi quæ habeantur ad manum prorumpant foras; & quæ modò euanuisse videbantur, vnius admonitione, connexa se prodant quodam choro volucria, atque volatica, complexis veluti, complosisque brachijs conserta: nec non ita vim eam vniuersam in promptu, & in digitis habeat, vt omnia illa veniant in mentem, qua nomenclatura fidissima, veluti germana literaturæ vti possit, quæ tabellas, si fas est dicere, sacculares, instrumentaque generum omnium nihil excussa, vel succussa ministret, ac proferat; materiam suppeditet celerrimis animi, linguæ, & mentis impulsibus; continuata serie alia ex aliis, suo loco deprompta sufficiat; ita vt nec in ipsa recensione imago vna aliam interturbet; nec illa perennis, ac profluens vnquam scatebra arescat: sed habeat instar farinarij infundibuli superfluctis, quod vsu videmus ad incidentis, ac prementis molæ concitatam celeritatem, molarisque crepitaculi formicantis mensuram, ac numerum perennes, atque perpetuas tritici fluxiones subministrare. Deniq; , vt quicquid est hoc mirabilis, atque excellentis naturæ, ille Rex, imo ille Imperator eloquentiæ animet, formet, adaugeat, ea parte potissimum regnet necesse est, cui Demosthenes primas, cui secundas, cui tertias tribuebat: quæ in dicendo vna dominatur, quæ esse debebit varia, & vehemens, plena animi, plena spiritus, cum venustate quadam, & lepore

Actio.
Et moderatio totius pronunciationis.

pore composita actio: firma latera, solidum caput, oris species, corporis status, coloris suauitas, membrorũ naturalis agilitas, & præter omnia ille summus in voce splendor, vt & contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata grauiter, & inflexa miserabiliter, cùm volet, queat: tum à natura sic sit ornatus, vt queat variare, & mutare omnes sonorum iam intendens, iam remittens gradus; sic vti motu totius bene attẽperati corporis, nihil vt supersit in gestu; status erectus, & celsus; non senio, vel naturali curuitate, vel ingenuo gibbo deformatus; rarus incessus, nec ita lõgus, agitatio moderata, eaq; rara, omnia ex ingenita benè constitutorum membrorum habilitate formentur: vultus monstruosus, & rugis illiberalis vt ne sit, neu vultuosus, neu pallore deformis, neu intra humeros, aut intra ventrem absconditus: volet ad vltimum, poteritque cùm volet, qui ad cancellorum dictaturam, aut ad causarum purpuram aspirabit, ita totam vocis, ac gestus conformationem moderari, vt ille sit vnus, cui tonare, fulminare, miscere Græciam, quod de Pericle accepimus; cui ita rursum blandiri, influere, illabi, & incantare, quodam pacto, quòd Syrenes dulci cantu faciebant, ita in summa pronunciare per omnia sit in prõptu, atque liberum, vt eius orationis fulmina, conceptaque in pectore iacula in iudicum mentes, atque animos oculis, auribusque qua data porta, vel improuisò per cuniculos; vel aperto Marte, effractis foribus, facta impressione, admoto ariete irrumpant. Hi populorum iudicijs,

dicijs, atque omni significatione florent: his in foro plauditur, hi suffragijs, quod contendunt, consequuntur: horum homines nomen, orationem, vultum, incessum amant. Hæc magna sunt, fateor, & maiora, quàm Acephali declamatoris capere posse videantur angustiæ; quorum vsus, & exercitatio quanquam cernitur, & elucescit magis in concionatorum pulpitis, qui diuina tractantes, ciendis motibus impellunt quò volunt auditorum animos, in quo vno regnat
58 oratio; quàm in aduocatorum septis, qui hoc tantùm propositum habent, vt iuris æquitatē ostendant; vt litis iudicandæ rationem enucleatè architectētur; vt Iudicum mentes appositè ad iudicandum instituāt, sicuti quondam apud Atheniēses in Areopago, vbi cùm orator ad dicēdum descenderet, abstinere à motibus voce præconis iubebatur: tamen eo tanto præsidio carere non debent, quod potius esse oporteret illis semper ad manum; quippe quo vno causæ eripiuntur, quod, cùm rapide fertur, sustineri non potest; quo & patroni optimi excelsum munus exequi facile, & grauis quæstionis dignitatem coram amplissimo Senatu sustinere commodè possunt. Iurisprudentia difficilis paratu aduocato munitiones eius muneris proprias, & familiares opes, & idonea arma suppeditat. Experientia addit ingenio animos, inuictamque constantiam, adfert actioni summam gratiam, conciliat incredibilem orationi fidem; nec ea vulgò nisi serò admodum, longoque ductu quamplurium annorum, temporumque diuturno circuitu comparatur. Ea

Aristoteles in Rhetoricis ad Theodecté.

In Areopago çiere motus non licebat

Iuris prudentia.

Experientia.

Prosperitas & secunda fortuna. fœlicitas,& quasi prospera fortuna optanda est illa quidem,non enim est in nobis, sed ea fastigium imponit in summo operis inchoati. Eloquentia animat, & perficit omnia, sine qua ille noster omniũ sibilis exploderetur. Ad vltimum, super omnia huius facultatis auxilia primum sibi suo merito ius occupat casta,integráque conscientia,magna probitas, sanctitas,pietas, fides; quę & rariora sunt,& in patrono Christiano nec iniuria præ omnibus maximè expetuntur. Ea ea est cuius causa causarum interpretes Aduocati quotannis postridie Martinalium nominatim in verba curiæ adiguntur; conceptumque renouant iusiurandum : qui ritus, quæ Religio,quod exemplum disertè loquitur, hac vna præcipua, & prima dote patronum cæteroquin incomptum,& indotatum omnium sapientum incorrupto iudicio ornari,& locupletari deberet:ea est quidem certè, quæ fundamenta iacit; quæ absolutionem affert, & cumulum earum virtutum omnium, quæ in disceptatore causarum desiderantur: quæ iuris dicundi,tuendi, recuperandi, atque ad summam virtutem exigendi viam aperit, mentes instruit, voluntates impellit:quæ sola cancellorum laborem, fori operam, clamoris industriam abundè compensat;fœneratur solidã gloriam,etsi gratuitò quis disceptarit; quæ probitate parta honestas, suo splendore, in se ducit animos, nullo prorsus commodo extrinsecus accersito; aut alia quasi lenocinante mercede aliunde requisita.Nam cælum parat altissimum Dei domicilium, & in cœlo est, ad 59

Eloquentia.

Probitas summum in Aduocato præsidium.

æternitatem; cætera terram modò rependunt, iacent in cæno; in tetra face præcipitis huius ærumnæ, & temporis volutantur. Video adhuc constare omnia, Rex optime, iam percipi satis, atque teneri ratione constricta; si tot, tantæque res ad excellentem patronum constandum conspirare debent; si earum vel vna sublata, eius tanti muneris magnitudinem complecti, pulchritudinem assequi nullius ingenium potest; iam sane minimè mirandum esse si adolescentes, qui nostræ potestati primò permissi, postea è nostro ludo exierunt, non prodeant patroni gloriosi, ac celebres illico: ac stupendum magis ex hoc tempore, si quos tam bonos, & tam illustres existere videmus; tum indignandum maximè, nec esse ferendum adeò turpiter boni patroni officio prævaricatum aduersarium eiusmodi instrumenta producere, quæ sua absurditate flaccescunt; hæc declamare, quæ tam inconsultè effudit, eas conclusiones temerè detorquere, quas diximus, qua præcipiti amentia est, nullo aut famæ studio, aut supplicij metu ausum fuisse.

CAPVT. XII. An aduocati, & medici boni è nostris scholis profecti reperiatur.

QVOD SI in tanta, ac tam incredibili difficulate rerum maximarum, quæ multorum non vulgaria exorbuit, & fatigarit ingenia, huius generis tamen latè, & variè diffusus est numerus eorum, qui apud nos edocti, & facti versari splendide in foro, atque se in eo excellentius gerere student, itaque præstare noscuntur; vt eorum doctrina, gloria, consilia optimo cuique probentur, extra om-

nem inuidiam: quid iste dicet? quid causabitur? quem fronti, & ori colorem inueniet? Ac multi & nostra, & superiorum temporum memoria, Henrice, summi homines, & clarissimi fuerunt, quorum cùm adolescentum studia apud nos viguissent, eximiæ virtutis, firmata iam ætate, extiterunt. Ex quibus nequaquam singulos mihi necesse est nominare, ipsemet tecum satis recordari potes. Equidem vt cætera exempla, quorum est copia digna huius eruditi sæculi gloria, relinquam; neúe eorum aliquem, qui innumeri viuunt in alijs vrbibus commemorem, intra eos fines, vbi dego, vbi hæc scribo me ipse exiguis sanè spatijs circumscribam. Nam vel in hoc tuo summo Senatu Burdegalensi duos habemus tuæ maiestatis Regios aduocatos, Regij iuris, æquitatísque publicæ vindices, ac patronos, magno theatro spectatos; alterum Dionysium Turrianum, Carolum Saltanum alterum, quibus duobus viris nemo præit gloria: vterque multis iudicijs, causísque cognitus: vterque tuo Regio iudicio ad immortalitatem commendatus, vterque grauitate summa, & ea authoritate, quam in paucis videmus: ijs nec politior existit quispiam, nec sapientior, nec tēperatior, nec partibus omnibus cumulatior eius pulcherrimæ, & ad omnē laudem, ac decus grauissimæ facultatis, quam tot iam annos cum celebratione quotidiana popularium, maxima dignitate Senatus, & approbatione clientum, & commendatione Regni luculenter exercent. Possem aliorum magnam 60 vim,

Duo insignes Aduocati è Senatu Burdegalensi Turrianus. Saltanus.

vim, & iustum numerum percenſere prædicando; quos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio, ſi minus de aliquo dixero; quàm merentur, ingrata; ſi ſatis de omnibus, quoad deberem, infinita; ſi tam amplis verbis, quàm eorum facta deſiderant, adulatoria, inuiſa, vel inuida eſſe cenſeatur. Nolo enim de quoquam illuſtri viro parum dicere, aut cuiuſquam maximam laudem cum hac tanta mihi propoſita breuitate coniungere: quod ſi facere vellem, multi à me ſummi, atque ornatiſsimi viri prædicarentur, quorum partim egregia ſtudia in adoleſcentia, partim ſingularis profectus, magnitudo ingenij, laudes, honores, officia nominarentur; quæ hodie multis illuſtrata virtutibus, & iſtius reprehenſione obſcurata noſtræ diſciplinæ, ſi vellem, inſtitutione defenderem. Hoc tantum in vniuerſum, Henrice, & venia dicam tua, quod verè dictum omnes iudicent, in hac ſuprema Curia tuorum Burdegalenſium, vt quiſque fere cæteris antecellit, ita eum ex noſtris Academicis inſtitutionibus emanaſſe: atque ſentiunt paſsim, quotquot incorruptius, & non impetu quodam animi, aut perturbatione magis, quàm iudicio, vel conſilio iudicant, haud clariores, in eo genere, homines vllo alio in loco, tota Gallia, quàm hac in vrbe reperiri commodè poſſe. Nec verò mihi multo opus magis eſſe videtur recenſere quàm multos ſua claritate notiſsimos Medicinæ artis profeſſores, qui humanitatis, & Philoſophiæ acceptam nobis doctrinam ferunt: illi, ipſi ludimagiſtri

Mompeliēses gistri Mompelienses nullius generis auditorum accuratius, aptiusque fundatam, & extructam disciplinam inueniunt, ad eam totam medicam facultatem, quã erudito, si superis placet, adiuncto, eruditam nominat: ijdem celebrabuntur, in multis quidem, & magnis huius imperij ciuitatibus; atque etiam clarissimi luminis summo fulgore radiabunt, si duplum accipiant, si illis gemino operis autoramento duplicata merces, auro coronario, quam illi lucem orientem libenter aspiciunt, decernatur; si aureis solatis, aut ducatis nummis Hesperijs, duplis, triplis, victoriatis, fulgurali splendore splendentibus, animentur, recreentur, illuminentur.

Quid præceptores ad scholas conferre debeāt. TANDEM aduersarius se extra modum incensum exhibuit; & perquàm nimis intemperata libidine exæstuans in nostras scholas furibundus exarsit; dum eas tantopere, hac sua oratione tam inopi ab argumentis, tam nuda à ratione, tam destituta ab ingenio, atque à communi sensu nos deprimeret: altera ex parte valde iniquum, atque iniurium eius conuicium est, & importuna eius obiectio, quòd multò à nobis plura exigit, quàm præstare debeamus, in ijs nostra opera educandis, qui florere debeant aliquando, quique ad summos aspirent dignitatum gradus. Optima tantummodò ponere fundamenta debemus. Iste homo imperiosè vult nos materiam, calcem, cæmenta conuehere, parietes iungere, integrum ædificium exstruere, vtensilibus armare, ruta cæsa recipere, sarta tecta tueri, imo ipsa stillicidia, & araneas curare; & 61

quo

quorum modò est pueros in genibus excipere, & formare, ille iubet eos ornare, & vestire & calciare, & manu ductos ad extremam omnis ætatis perfectionem adducere: ad summum nos prædes iuris vindiciarum damni infecti, pro omni auditorum omnium nostrorum fortuna satisdare; obstrictæ fidei, perpetui nexus ad omnes exitus vadimonia tenere, subire, ac promittere imperat. Hac vlla esse potest in Blemmiis Afris, qui capite orbati solo ex perforato ventre spiritum ducunt, maior amentia? Iubeo igitur discere illum, & meminisse affatim fore nostro muneri satisfactum, si rudimenta, & illa incunabula demonstremus ad grauiores sublimioresque doctrinas; videlicet (præter principem omnium Theologiam, quam cum humanioribus litteris pertractamus) Iurisprudentiam; ac Medicinam: reliquæ illæ erunt partes, eorum, qui has iuuentuti artes proponunt, adolescentes, qui ex nostra Consuetudine abierint in illis formare, onusque perficere: ad ipsos autem auditores spectabit extrema persequi, & susceptæ rei absolutionem studio, ingenio, opera explere. Id ipsi si non facient, si non attingent, si minus succedent, si eum, qui sperabatur, studiorum ac operæ fructum non capient; si formosiores, quàm erant nati, non euadent, tum nos conuicio liberemur, nec de reliquo ea nostra culpa sit; sed vel vitiatæ, corruptæque naturæ, vel singularis inertiæ, vel quopiam ex alio capite potius, quàm ex nostro errore repetenda.

CAPVT. XIII.

Quibus studiis exerceãtur, excolantúrq́; studiosi nostræ societatis auditores.

NVNC vt de ijs potissimum artibus, illisque studiis, quibus iuuenes ex nostro instituto, in literis exerceri, aut ad illas superiores disciplinas præmuniri, vel ad publica consequenda munia comparari solent; nisi iam aliud, Henrice, placet; summatim expediam; hæc paucissimis de omni docendi ratione Societatis accipe; eaque, cuiusmodi sint, considera paucis, vt semel ora vafrissimis veteratoribus occludantur. Atque vt ab humanioribus exordium repetam; quoniam omnis doctrina Latinorum, quod omnes norunt, à Græcorum literis, quasi fontibus profecta manauit; in Collegiis solemus Gręcis literis cùm primùm fieri commodè, vtiliterque potest Latina coniũgere crebriæ vtriusque sermonis agitationes frequentantur, & magnæ: grauissimi quique omnis generis Poëtæ, Oratores, historici, tum ex Græcis, tum ex Latinis explanantur; ratio à singulis diligenter exigitur: scriptiones omnis generis, in quo capite perfectus orator primum momentum positum existimauit; oratione perpetua, Epistolarum concinna breuitate, poëmatum omni elegantia, & varietate teruntur: omnis grata actionum, declamationumque diuersitas, contentiones prçmiorum, sortitiones summorum magistratuum, 62
ad veritatis adumbratã aliquam similitudinem, concertationes quotidianæ literariæ, quæ theatro, quæ pulpito, quę reliqua omni illa puerili disciplina plausus habere, & clamores solent, maximo, & nunquã interturbato, aut interrupto conatu adhibẽtur: excolitur corporis illa tantopere

requi

requisita ad res maximas pronuntiatio:edomatur longa exercitatione iuuenilis, ac rusticus,pudor: quædā nō inuerecunda audacia vsu accersitur:familiaritas loquendi,vrgendi,respondēdi,interrogandi; cum quadam acri æmulatione contrahitur;nihil non tentatur, in quo adolescentia optimè institui; & ad maiora conformari, ac idonea fieri posse credatur :denique in Theologia vsque ad summum negotium, ac fastigium operis informatur. Id assequi vt possimus in subtilitate disserendi, atque in omnibus Philosophiæ solidioris partibus,præterquàm optimi quique autores,& in ea facile principes explicantur, constituuntur assiduæ,maximæ, ardentissimæ disputationes de difficillimis rebus :datur opera in ijs, vt obscura illustrentur,arcana, atque abdita eruantur: nodosa, & quibusdam quasi complexa tortuosis nexibus vel enodantur, vel aperta acie præscinduntur, id quod in hac re tenere creditur principatum: tamque fortiter,ac seriò, constanterq; suscipitur,quàm si de summa rerum,aut de fortunis Græciæ ageretur. Quæ quidem Philosophicæ exercitationes fundamenta sunt non ad Theologiam modò, aut Medicinam, sed præterea ad Iurisprudentiam maximopere necessaria; contra quàm sanè vulgus æstimat, & plebeius quorumdam error, atque imperitia hominum, plurium etiam quàm necesse esset, hoc tempore, qui id operis nullam habere necessitatem, & nullum vsum arbitrantur. Nam haud paucos intuemur, inquiunt, cum summa Philosophia in causis frigere,iacere in foro,in suiLycęi

An Philosophia sit vtilis Iurisprudentiæ.

pulvere oblitescere: ex aduerso plurimos videmus illo ampullato Philosophiæ nomine destitutos in curia regnare, in iudicijs, in consultationibus, in tota cancellorum celebritate, atque frequentia triumphare: & alia id genus, quæ isti magnifice vsurpant. Quæ si valerent, aut aliquid probabilitatis afferrent, dicere eodem iure, eodemque colore possemus, iuris scientiam aduocatis nec opportunam esse, nec verò necessariam, quòd bonam partem maximis Iurisprudentiæ copijs, atque opibus ornatos nihil se attollere supra alios, ac potius in omni forensi contentione, & iuridiciali gloria aspicimus languere penitus, & obmutescere. Dicam breuiter quod sentio, pro eo, quo teneor inflammato desiderio videndi aliquãdo florere in Republica Christiana, hæc pulcherrima studia sapientiæ, quam princeps ingenij, & doctrinæ Plato in Timæo donum Dei esse prædicabat, quo maius bonum neque donatum vnquam hominibus diuino concessu, neque vnquam imposterum esse tribuendum putabat. Ac mihi quidem sæpenumero istorum iudicia non vulgari trutina ponderanti parum vidisse videntur ij, qui ista populari præiudicata opinione agi se, atque abripi passi sunt, quasi turbine quodam, id omne donum esse, vel vitium bonę, aut peruersæ naturæ rati, quod alios iacentes, atque abiectos in sua obscuritate marcescere, alios emergentes, ac fœlices, ad summam dignitatem firmata prosperitatis, atque virtutis stirpe florescere intuerentur: neque intelligerent quod summi viri aliquando dixissent sæpius, ad

laudem, atque virtutem naturam sine doctrina,
63 quàm sine natura valuisse doctrinam: permultosque homines excellenti animo, ac virtute fuisse, qui sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope diuino, per seipsos, & moderati, & graues, & clari extiterunt: id tamen esse profitendum omnino, si ad naturæ bonitatem ipsius artis acumen, ac neruus accesserit, tum illum beatum, in quo illa conflata constiterint, omnes perfectæ, cumulatæque virtutis absolutos, quod dicunt Stoici, numeros continere. Ergo si alicuipiam Philosophia ad munus explendum patrocinandi videtur inutilis; quin verò rudis, & manca, & inchoata natura culpatur, quam ne Apelles quidem ipse possit absoluere? nec ars vlla ita formare, vt illam mutet? nec furca ita expellere, vt non redeat? nec labor ita corrigere, vt insitam prauitatem, deformitatemque non teneat? potius, quàm accusatur immerito Philosophia, quæ suopte ingenio optimam naturæ vim mirè iuuare, & promouere, & erigere, vt patet, ad excellentem magnorum operum perfectionem potest? tardis enim mentibus virtus non facile committitur, inquit ille. Quo tandē enim adiumēto fulciri necesse est Philophi animum cum his habitantem, & pernoctantem curis? cùm totius mundi situs, motus, conuersionésque perspexerit? cùm rerum causas alias ex alijs aptas, & necessitate nexas contemplatur? quibus ab æterno tempore fluentibus in æternum, ratio tamen, & mens, & ordo diuinus moderatur? cùm incolumitatis, & salutis omnium causa, conspicit hunc statum esse huius

Quantum ad Iurisprudentiam confert Philosophia.

totius

totius mundi, atque naturæ tanta venustate, tam incredibili ordine constitutum, rotundum vt cœlum, terra vt media sit, quæ sua vi, & nutu teneatur? Sol vt circumferatur? vt accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat, conuersione retrograda in aduersam partem? vt luna accessu, & recessu suo solis lumen accipiat? vt sydera innumera cœlo inhærentia cum eius ipsius motu congruant certis infixa domicilijs? septem alia perenniter errantia circumuagentur, quorum vagi motus, rata tamen, & certa sui cursus spatia circunscribant? Quid dicam de indagatione initiorum, & tanquam seminum, vnde sint omnia orta, generata, concreta? quæ cuiusque generis inanimi, animati; gradientis, serpentis; muti, loquentis origo? quæ vita, quis interitus, quæ ex alio in aliud vicissitudo, atque mutatio? vnde terra, & quibus librata ponderibus? quibus cauernis maria comprehensa? venti exspirati? fontes effusi? flumina eructata? metalla conflata? Hæc tractanti animo existit illa tranquillitas; ex quo insatiabili gaudio mens compleatur; hæc ille intuens, atque suspiciens omnia, & quæ alia aperit Philosophia, vel potius omnes partes rerum omnium, easque circumspiciens, quanta rursus suauitate animus perfunditur, humana, & citeriora considerans? Hinc illa iudicij vis maxima excitatur: dilatatur mens; amplificatur animus: corroboratur ingenium; efflorescunt capita, principia, partes legum humanarum, quæ ab illa scaturiente natura manare debuerunt. Inuenitur quid sit, quod æquitas spectet extremum in

Natura fundamentū legum, atque exemplar.

bonis, quod in malis vltimum: quò referenda sint officia; quæ degendæ ætatis ratio deligenda; quæ via non magno labore perdiscendi; quæ ratio,
64 quæ mente conceperis exponendi; ac super omnia, quæ doctrina legum condendarum, stabiliendæ æquitatis, constituendæ Reipublicæ. Quibus, & talibus rebus exquisitis hoc vel maximè efficitur, quod hac disputatione agitamus, vt ille Philosophus omnes quasi horreorum sapientiæ claues teneat, vnde infinita promat præclara mysteria; vnde thesauros hauriat innumerabiles ad erudiendam, & procreandam, ad perpoliendam, & locupletandã, pro dignitate, orationem, in foro, in rostris, in campo. Atque vtinam complures magni nominis hodie, quorum excellentis ingenij præclaræ dotes circunferuntur omnium præconijs, etiam ad eam præstantem, quam à natura nacti fuerant, facultatem, illa ornamenta pariter accumulassent; quid illis potuisset esse perfectius? quid præstantius? quid beatius? equidẽ fieri hoc additamento nõ poterat, quin in animis omniũ, in quotidiano flore fori admirabilitatem magnam facerent; & incredibili assensione eruditionis suæ homines obstupefactos, ad maioris cuiusdam gloriæ, & sublimioris fortunę, ac dignitatis spectaculum tenerẽt admiratione suspensos. Vtinam hoc Deus, Henrice, fecisset, vt posthac plures quæ dico, quæque alij magno numero, excelsaque laude senserũt; experirentur sine Philosophia non posse effici quem quærimus summum aduocatum: non vt in ea tamen omnia sint, sed vt sic Philosophia Iurisprudentiam

dentiam adiuuet, vt palæstra histrionem: imò audeo asserere haud paulo magis, quàm ipsa, quam solam beatam putant, Iurisprudentia, quam illa erudit, instruit, perficit, exornat. Siquidem sine Philosophorum disciplina, genus, & speciem cuiusque rei cernere; neque eam definiendo explicare, nec tribuere in partes possumus; nec iudicare quæ vera, quæ falsa sint; nec iusta, aut legitima deprehendere; neque cernere consequentia, repugnantia videre; ambigua, atque obscura distinguere. Quo fit, vt veram illam, & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod ab alijs rerum perexigua, ab alijs verborum inanis, & furiosa doctrina quæratur: vnde quidē nulla est in multis: latrant enim iam plerique aduocati magis, quàm loquuntur in foro, paucis exceptis, quos vel error, ac nequitia popularis, quasi quibusdam cereis alis in altum euexit; vel magna natura mirabiliter instruxit, vel Philosophiæ non vulgaris accessio magnificè iactauit in populo. Quod postremum exquisitum, & rarum genus in nullo, quem vel viderim ipse, vel ab alijs audierim, magis enituit, quàm in Primeto aduocato paulò post, quàm disciplinæ ludum in hac tuorum Burdegalensium celebri Academia patefecimus: qui vir in præsentiarum in hoc senatu quarumcumque nobilium causarum, ac partium patronus, & vnus inter sūmos sine inuidia, è nostra Gallia in Iuriscōsultis eloquentissimus, in eloquentissimis Iurisconsultissimus celeritet à nostra institutione egressus, ætate tenerrima; sed vrbaniore scientia, & Phi

Primetus aduocatus Burdegalensis.

65

& Philosophia, egregiè pro illa ornatus ætatula, duos modò annos Tolozæ studiis legum aspersit; idque priuato potius ingenio, atque singulari opera, quàm publicis Academicis Iustinianæis spatijs. Inde Burdegalam cùm reuehisset domum, triduanæ disputationis extremam palæstram magna luctatione, ingenti successu sustinuit, pari vel oppugnantium miratione, vel arbitrorum, disceptatorumque suffragio. Itaque postea aduocatorū eum numero adscripserunt; docendi iuris prærogatiuum ei munus mandarunt; Academico pulpito donauerunt: audierunt, cùm pro Reis diceret, audierunt cùm responderet, cùm enarraret, & quod multis hodie palmarium videtur, cùm multarum legum apprime intellectarum principia vno spiritu citaret, infinitorum interpretum nomina recenseret, multos non modo versus, multas paginas, multas columnas, sed etiam omnia Iuris peristylia, & intercolumnia, & omnes porticus nullo negotio numeraret. Quem insignite notatum, ac nobilē in pulpito, in, repagulo, in pluteo; iure dicundo, respondendo, interpretando, recuperando, videmus documentū statuisse hominibus nostris ne nesciremus in posterū quantū opis excellenti ingenio Philosophiæ studium adferat, ad fundamenta firmissima constituenda solidæ, perfectæque gloriæ, in illius nobili totius Iuris disciplinæ, aut vsu tuendo, aut vera, summaque ratione tractanda. His auxilijs, hoc subsidio, hac disciplina, his artibus, his quotidianæ opis adminiculis instituimus iuuentutem; vt seipsi continuò, pro ea

quis

quiſque, quam ſors dederit commoditate, ad honores, muneraque ciuilia prouehat: quo Deo deſeruiant, præſtò ſint Principi, conſulant patriæ, immineant improbis, ſtudeant Religioni, adſint bonis, in vita fulgeant, cœlo, & beatitudini fœnerentur. Nullo enim modo animus auditoris incitari, informari, verti, inuerti, conuerti poteſt, qui modus non tentetur à nobis; dicerem perfectum, ſi ita iudicarem, nec reprehenſionem cuiuſquam reformidarem: vterer exemplis magis domeſticis, niſi ea omnibus perſpecta eſſent: vterer alienis quampluribus, ſi non haberentur in oculis omnium, vel meis proprijs teſtimonijs, ex his quæ vidi, quæ tractaui ego, ſi deceret: ſed nolo, ne aduerſarij quidem ſummam impudentiam, cum vlla mea, vel leuiſſima cuiuſquam impudentiæ labecula, etiam cùm poſsim maximè, refutare. In quo miror in homine tantùm fuiſſe audaciæ, tantum intolerandæ libidinis, & cæcitatis, vt corã te audiẽte, pręſente diſceptante, id eſt vel Henrico, vel Rege, vel tanto, non dubitaret aſſerere iuuentutem à nobis ad contẽplationem ſolùm, non ad eã rationem, quæ in actione eſt, educari. Atqui nemo nec homo, nec ſeſquihomo eſt, qui tuæ Maieſtati hoc teſtari, hoc oſtendere non poſſit; non ferre nos, aut pati, quantum religioſæ leges noſtræ domeſticæ ſubire queunt, à nullo mortalium, vlla orbis in plaga, vllis Academiarum celebritatibus auditores ſuos, quàm à nobis noſtros, ſine vlla exceptione, aut diligentiùs obſeruari, aut accuratiùs in omnem illius actionis partem verſari, aut

[Margin note: ...n noſtri auditores in actione exerceantur.]

aut sollicitius, atque pertinacius exerceri. Hoc non modò mirabile est, sed prodigij simile istum tanta fuisse intemperantia, tam acerbo, & capitali, tam calido, atque implacabili in nos odio, vt quod de nobis omnes prædicant, ille inficiari; quod orbis vniuersus agnoscit, obscurare, quod quisque, vt optimus, vt doctissimus, vt sapientissimus est commendat, vituperare non vereretur, ac per summam infamiam arguendum putaret. Quem quis interpretari potest impudentiorne fuerit, qui in oculis totius Europæ; an improbior, qui in tam certam innocentiam; an sceleratior, qui in ordinem Religiosum; an inuerecundior, qui Rege audiente; an crudelior, qui in expulsos suis collegijs magistros tam impiè, tam futiliter, tã falsò dixerit? an denique impurior, qui obstinauerit animo, nulla argumentorum fretus autoritate, nullo testium munitus præsidio, contra insignissimam, atque lucentissimam veritatem incurrere; & calami calamistro succenso, consentientissimæ gentium omnium vniuersitatis collata iudicia collidere; imò in omnia impingere, & verò tantummodo, sine vlla iusta, ac ne colorata quidem suspicione, vbilibet temere dêtem infigere fuerit ausus? Quæ eo ego dicere vel inuitus compellor, quòd id nobis esse pro exemplo debebit, quo, & videat Maiestas tua; & populi iudicent; & sentiat Gallia; & intelligat, quæ incorruptè iudicatura est, atque eius audaciam omnibus diris execratura posteritas; quàm ille propter insitam quandam animi impotentiam obdurata penitus, atque in

H callum

callum obducta flagret inuidia in noſtrum exitium;qui nos ea tam bene munita,& ſecura parte aggredi non exhorreſcat : adeóque quanta ei fides ſit habenda de cætero ; cùm dubia contra nos , & fuco ſaltem cuiuſdam probabilitatis colorata diſputabit , cuius in veris , ac certis claudicat ratio,vacillat oratio , flacceſcit, & præceps fertur authoritas.

CA. XIV. pietatē iūgendā eſſe cum literis humanioribus.

SED HOC quæro, quid ſibi volebat ? cuius rei intelligentiam contemplatio illa petebat ? qui ſenſus erat verborum illorum ? Atque Rex,illud eſt; quòd tua Maieſtas , hoc loco , ſciſcitari optimo iure,quodque exigere à me poſſe videtur :quod ego,antequam venio ad illa maio- 67
ra,tibi explicare,in oculis,conſpectuq; omnium exponere me debere ſentio.Nam arcanū quoddam eſt linguę myſterium,quod ego aperire me, & reſerare poſſe cōfido clauibus ſuis , quantumuis opponat ille licet non ſatis callere nos iſta Eleuſina myſteria ſacroſancta linguarum.

DVO in his collegijs ſuſcipiundis , in quibus doctrinæ traduntur, Societas ſequitur vniuerſa: primùm hoc quærit;hoc à ſuis auditoribus petit; hoc omni diſciplina contendit, vt ſe Chriſtianos eſſe memores,non contenti vano ſapiētæ nomine,omnium virtutum genere rerum magnarum ſcientiam cumulent;omnia ad illud, quod eſt in hominum vita maximum , ad pietatis ſtudium, atque honeſtatis cōferant;ſine quo nihil ſolidum ſatis,ac firmum,nihil ſalutare eſſe poteſt ; vt illo illibatę Religionis, ac diuini obſequij,hoc eſt totius Chriſtiani officij optimo fundamento poſi-

to,reliquam tum ſummæ cœleſtis glorię,ac ſempiternæ beatitudinis ſolidam,vti par eſt, ædificationem;tum tranquillæ hac in vita,& ſecuræ pacis coagmentationem ſubſtruant.Alterum,quod illa priuatæ,publicæque omnium ſalutis incenſa ſtudio vehementer hortatur; quod ſuo peculiari quodam iure poſtulat,pollicetur,curat;id præterea eſt;vt illa adiungant peropportuna adiumenta doctrinę,maxima vtique ornamenta virtutum aliquando futura. Tua Maieſtas, qua eſt ſagacitate,& ſapientia,ad quæque falſa,ac vera diiudicanda, ex ijs, quæ à me hactenus expoſita fuere, animaduertit aduerſarium hoc vnum habuiſſe propoſitum;hāc eandem incudem opere eodem identidem verberaſſe,vt laborem,ingenium,ſtudia, mores noſtros in humanioris ſcientiæ tractatione reprehenderet: atque cùm minimè auderet apertè inſultare in Religionem Catholicam vehementius, neque in prædicatam ab omnibus ea parte à nobis operam collocatam inuehi, commouerique licentius; fecit quod affine erat (dicam enim non augendi criminis cauſa, ſed vt factum eſt, ac vt per te ipſe ſatis videbis) fecit quod ipſe Caluinus, aut ſi qua tetrior ex tartaro furia vnquam emerſit, aſotos,& remiges ſuos facere voluiſſet:ſilentio ſpreuit; malitioſa taciturnitate contempſit; vno occulto linguę,atq;arcano vocabulo cōtēplationis obtexit,deniq; hic iterū ingenuus ſuo more fuit; quemadmodū haud ita pòſt,conclauis illius meditationū exprobrato nomine,omnē religionem, & ipſam contēplationis aſſertam pietatē,tāquam auſpi-

auſpicium malum toto pectore eſt deteſtatus.
Atque in ſumma hoc voluit, hoc vtrobique
ſtuduit dicere, nos in actione docenda, ſcili-
cet, vt philoſophatur, in literis tradendis, neu- 68
tiquam vt oportet perfungi noſtro munere:
omnia in contemplatione ponere: de illa vna
laborare, id eſt, quæ frons illius fuit, in pieta-
te, & religione curanda: quam Catechiſta, &
Lucianiſtæ mentis imbecillitatem, muliebrem
amentiam, anilem ſuperſtitionem, hiſtrioni-
cam obſeruationem, rictus ſimiolorum fatuos,
& rabioſulos & dicunt, & ſentiunt eſſe. Qui-
bus quid impurius, qui Religiones omnes pol-
luant infami, profano, ridiculo nomine? quo
ementiantur, & fallant, & ad errorem homi-
num, ad rerum ſacrarum inuidiam, ad Chri-
ſtianæ pietatis interitum Dei immortalis numi-
ne flagitioſiſsimè abutantur? Quo magis eſt
furor iſtius ab auribus omnium repellendus,
qui quæ maiores noſtri, quæ ipſius naturæ non
ſcripta, ſed nata lex, quæ diuina imperia au-
guſta nobis, & ſancta eſſe voluerunt, ea iſte
non ſolùm contra Religionem labefactauit, ſed
etiam ipſius Religionis violato nomine euer-
tit. Ergo pueros, ac rudes rectè credendi, ac
ſanctè ſentiēdi regula inſtituere, virtutem aman-
di, deteſtandi vitia præceptis imbuere; oran-
di cùm voce, tum mente certam rationem
docere; ad pium ſacramentorum, atque fre-
quentem vſum adhortari; diligētem eorum om-
nium, quæ interdiu cogitauerint, dixerint, fece-
rint, noctu recogitandi induſtriam inſtillare; vt

Catechiſta Religionem nomine mimicæ ſuperſtitionis irridet.

peccata

peccata fletu,ac dolore ſedulò expiātes animum ad repentinos obitus,qui improuisò frequenter incurrunt,opportunè præmuniant;quotidianam, attentam,Religioſam Miſſæ auditionem impetrare;aſſiduam criminum apud ſacerdotem eluendorum curam iniicere ; iuuenilis ætatis inſolentiam,obiecta diſciplina,quaſi exundantes fluuiorum eluuiones,ſuo alueo continere ; inſita vitia, accerſita virtute,peruellere; turbulentos præferuidi ingenij motus grauitate, ac pœnæ formidine coërcere;prauitatē innatam , peruerſitatemq; naturæ matura dexteritate in cōmodam partem inflectere;cęremoniarum,cultusque diuini reuerentiam,ſacrorum obſeruātiam;pios terrores , ac ſalutares metus æterni imminentis incēdij, mortis pauorem , ſupremi iudicij formidinem , extremi periculi ſuſpicionem,conſcientię,honeſtatiſque pudorem,vitæ alterius cupiditatem , veræ gloriæ ſenſum,futurorum bonorum amorem,ardorem numinis , deſpicientiam rerum humanarum,odium immortale dæmonis , & hæreſis, & turpitudinis,& ſceleris afferre;ſi iſtos ita inſaniētes audiemus,hoc erit adoleſcētes ad vaniſsimas ariolationes adducere , perterritos , inermes, timidos ad magna facere, ineptos ad munia publica,atque ad illam actionē reddere ; ad hiſtrioniā, ad ſimiarū Orcheſtras;denique,ô mores! ſuperſtitioſa , ac mimica haruſpicina , & religione pullaria infatuare?ſceleſte,quid ais? Deus te perdet, atque ſuperi , ni reſipiſcas. Cupio breuiter tuæ maieſtati planum facere in eo exercitationis genere nos nihil cogitare,nihil aggredi,Henice,

omnino,quod non optimi cuiuſq;, & Chriſtiani doctoris munus exigat:quod ante nos veteres illi Chriſtianę iuuẽtutis moderatores nõ in hac Pariſienſi etiã vniuerſitate tenuerint, & obſeruarint: quod non poſtulet recta rationis bene ſubductæ, nec vllo impietatis,aut perturbationis obſtaculo impeditæ accurata conſideratio:vnde procul dubio perſpiciamus aduerſariũ ab auita fide,ab antiqua recepta cõſuetudine,ab hac perenni, cõteſtataq́; virtute maiorũ noſtrorũ degenerantẽ,hoc propoſitũ tantũmodo habere, vt nobis ſcholam ſchola gentiliũ barbarorum deteriorem inuehat; eamq́; omniũ malorum, ac ſcelerũ in Republica 69
ſeminarium,optimi,ac trãquilli rerum omnium ſtatus extremam calamitatem,pietatis,integritatiſque Catholicę ruinam;publici otij vaſtitatem, honeſtatis,ac morum certiſſimam labẽ, pulcherrimi Gallici Regni cladem,ac dedecus,orbis vniuerſi excidium aliquando pro certo futuram.

Veteres iuuentutis ad pietatem informãdæ ſtudioſiſſimi.

HENRICE, non eſt dubium, aut controuerſum,imò compertiſſimum eſt,atque teſtatum nullam gentem eſſe,vel fuiſſe neque tam immanem,neque tam feram, quam non imbuerit illa opinio,quamlibet Academiã hoc duplici fundamento ſubniti pietate,ac literis oportere:quamquam enim non æquè apud omnes vigeret germana Religio, hoc viderunt omnes ſolo naturali lumine inflammatæ nationes doctrinam illam; quam honeſtatis expertem eſſe intelligerent, ne doctrinę quidem nomine eſſe dignam,nec honeſtatem ipſam artibus deſtitutam bonis,quam velut inermem cernerent, omnibus omnium telis

expositam satis esse videri:hoc denique senserũt, hoc statuerunt,hoc magnopere referre iudicarũt maxima ad trãquillitatem,salutemq́;Reipublicæ in eo sita esse momenta,vt nullum fiat vnquam veræ virtutis, & literarum in hominũ mente dissidiũ:sed pariter omnia illa doctrinę decora bene subactis,vt ita dicam,atque iteratis per virtutem ingenijs,quasi quædam mandata semina pariter etiam surgant,& augescant;pariter suam maturitatẽ assequuta omnibus vberrimos,suauissimosq́; fructus afferant;eoq́; primum veluti pietatis odore imbuti recentes,ac tenelli puerorũ animi diu saporem teneant,& odorem eius omnium in homine vel dignitate potissimæ, vel diuturnitate firmissimæ facultatis.Atenim doctrinæ principes Plato,Aristoteles,Xenophon,Homerus,& cæteri testes aderunt pro sua natione perillustres,omnique exceptione superiores:& Marcus Tullius cùm illorum testimonium, ac veridicam vocem arriperet;*Nam vetus quidem,*inquit,*illa doctrina eadem videtur & rectè faciendi,& bene dicẽdi magistra, neque disiuncti doctores,sed ijdem erant viuendi præceptores, atque dicendi: vt ille apud Homerum Phœnix, qui se à Peleo patre Achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum efficeret oratorem verborum,actorémque rerum.*Plato verò rectè educatum adolescẽtem affirmat in diuinũ quoddam animal euadere,perperam verò institutũ,aut neglectum in immanissimã belluam degenerare;qua in educatione præcipuã Reipublicæ salutẽ sitã esse Xenophõ scribit in Pędia Cyri.quid ille clarissimus, omniũq́; veterũ scriptis celebratus, quãquã Epi-

Græci.
Plato. 5. de Repu.& 7.de legib.
Aristote.2.Ethi.de Rep.11. & 2.de legib.
Xenophon in Cyripædia,& de Repu. Laced.
Cic.3.de oratore.54.
Homerus Iliad. 1.

Hippodomus. curæus Hippodomus? *quodnã est, inquit, fundamẽtum Reipublicæ? Adolescentiæ educatio: haud enim vites vtilem fructum protulerint, nisi excolantur, nec vnquam pulchri fient equi, pullorum educatione neglecta. vites verò putare, educare canes, studium est hominibus; ingenuorum hominum cultus negligitur: at equi,* inquit ille, *non regunt ciuitatem, sed homo, & hominis animus.* Non finiam, si quæ in hanc sententiam à 70

Plutarchus in libello aureo de liberorum educatione. Plutarcho viro omnis ingenij, & totius politicæ rationis laude celeberrimo fuere præscripta diuinitus, comprehendam, qui in puerorum honesta informatione spem omnem vlterioris ætatis, & vnicum rei communis, certumque præsidium esse positum non dubitauit asserere. Quid prisci

Hebræi. Hebræi? annon diligentiores, industrioresque hac officij, & disciplinæ parte extiterunt, quo familiarius, & propius Deum optimum tum viua voce, tum ore, ac stylo suorum vatum loquentem

Christiani. audiebant? quid Christiani maiores nostri? annon eò certè quidem solertiores, absolutioresque eo in genere fuerunt, quo Christiana pietas iudaïcis ritibus antecellit? quotusquisque omnium est, eorum dico, qui cum memoria sensum omnem iam pridem non profligarunt, quin intelligat eos vt alij alijs doctrinæ gloria, & vitæ sanctimonia præstabant, ita hunc se operi totos pro pietate cum literis consocianda committere

Gregorius. Nazianzenus. S. Basilius. S. Hieronymus. Ordo Benedictinus. consueuisse? id suo nos exemplo docent summa illa columina, luminaque orbis terrarum Gregorius Nazianzenus, Basilius, Hieronymus, & frequentes alij: & ordo Benedictinus magis ex professo vniuersus. Quòd si passim ex

co

eo genere deſiderarentur, qui alioqui dedita opera pueros inſtituerent, in eam curam magiſtratus, ac princeps incumbebant; vti ex Eccleſiaſtico ordine præceptores probitate, & eruditione præſtantes in primarijs templis deligerentur. Carolus magnus etiam in hac opera maximus, imò quàm ad cætera, quæ vel numinis
70 cultum, vel Regni proſperum ſtatum attingerent, maior extitit: nam ſcriptis teſtatum tranſmiſit ad poſteros Anſegiſus Imperatoris inſtin-
71 ctu, ac iuſſu, in omnibus Cœnobijs, Eccleſijſque principibus literaria fuiſſe ſtabilita commercia, vbi ſelectiſſimi è primæ nobilitatis flore adoleſcentes, & promiſcuè cæteri Grammaticam, Muſicam, Arithmeticam edocerentur; eoque inuento ſummæ barbariæ, quam proximè Arabica rabies de induſtria in Chriſtianum orbem induxerat, ſubueniretur: cuius imperialis edicti commemorationem autenticam in Cabalicenſi ſynodo conſignatam videmus: adeoque tradit Eginardus, in Caroli vita, eum immenſo ſtudio liberalium artium apertè flagraſſe: atque palam eſt, & publica ſcriptorum veterum luce vulgatum, Ionæ præſertim Aurelianenſis teſtimonio traditū optimatibus Eccleſię id muneris, inde à Chriſtiano æuo fuiſſe mandatum, optimè vt artibus iuuenum animos expolirent. Quid quod Lupus Abbas Ferrarieñſis de ſe ſcriptis prodidit magiſtrum in Grammaticis ſe Aldericum Senonenſem Archiepiſcopum habuiſſe? Quid quod Ludouicus Pius egregia proles Caroli magni, eiuſque ſucceſſor in imperio Epiſcopos mo-

 nuit,

Tritemius in Chronicis Hersaugens. monaſterii anno 854. 890. 951.

Anſegiſus Abbas in ſuo Capitulari lib. 1.

Concil. Cabal. c. 3.

Ionas Aurelianenſis initio comment. aduerſus Claudiū Taurinen.

Lupus Abbas Ferrarienſis monaſterii. epiſt. 1. ad Eginardum.

Ludouicus Pius in Capitular. l. 2. c. 5.

nuit, in Attiniensi conuentu, vt quod ante apud se receperant disciplinæ gymnasia de integro conderent, & instaurarent, ad instituendam in literis iuuentutem? Itaque ijdem ipsi, qui Religionis disciplinam, rituumque sacrorum instituta profitebantur, eadem opera literas explicabant: cuius consuetudinis pluribus in locis videmus non leuiter posita vestigia, sed ad diuturnam memoriam inculcata, tum in primarijs Metropolitanis templis, vbi scholastici nomen hactenus tenuit (Cabiscolum barbarè appellant) tum alibi passim, vbi rectores Ecclesiarum, ac Parochi eam sibi docendi pueros retinent, deposcuntque prouinciam. Quin illæ ipsæ leges, quæ vulgò in omnibus Parisiensis Academiæ receptæ collegijs, atque vbicunque vniuersè fides, pietasque Catholica suum florem, & suum adhuc regnum obtinet, obseruari solent, id loquuntur satis: cuius ea modi sunt; antelucanas preculas, Missæque augustissimum antemeridianum sacrificium quotidie frequentare; vespertinam salutationem, statamque serò haberi consuetam orationem adire; solennibus diuinæ liturgiæ sacris, & postmeridianis precibus, rituique diuino, Dominicis, festisque diebus singulis interesse; aliquoties in anno celebrioribus festis confessionem apud sacerdotem facere de peccatis, ac si per ætatem liceat, Domini nostri Iesu Christi viuifici corporis reuerenter adire cœleste conuiuium; seruare frugalitem in habitu, vestituque corporis, temperantiam in vsu totius oris, atque sermonis tenere; colere decorum in reliqua omni ratione

Cabiscol. qui vulgo dicitur, olim caput scholæ.

Statuta, leges ac Academiæ Parisiensis.

72

ratione viuendi;& quæ alia ſunt generis eiuſdem præclarè ſancita, & pari aliquando grauitate ſeruata, quæ ſatis equidem credo, vt ipſe taceam, per ſeſe teſtantur auditores, ac certatim magiſtros pietatis, atque virtutis doctrinam in primis fuiſſe profeſſos; tumque illa gymnaſia inſtar, ac ſpeciem quandam Religioſarum ædium habuiſſe, ad teneriorem ætatem ſanctè, auguſtéque optimis totius honeſtatis ſtudiis conformandam. Hiſce igitur rationibus, hac potiſſima diſciplina vna toto orbe floruit, & florere debebit impoſterum vniuerſitas Pariſienſis: inde illa ipſa paulatim, tantundémque defloruit, quantum hæc ſtudia remitti, ac relaxari, eáque vel religionis doctrina diſſolui, vel honeſtatis officina frigeſcere; vel conceptus à maioribus pietatis vſus languere, vel Chriſtiani officij ardor deferueſcere, vel illa præclara virtutum ſtatuta iacere contempta cœperunt; quæ noſter ſacrilegus omnia vnico contemplationis inceſtato vocabulo comprehenſa contempſit, exploſit. Ioannes Gerſon ſui ſæculi clariſſimum lumen, vir in cæteris cùm omni cognitione, qua pectus impleuerat doctiſſimus, tum rara pietatis fama, & Cancellarij Pariſienſis honore illuſtris iam inde deflebat illum acerbiſſimum caſum Academiæ; deſiderioque ſuccenſus boni communis incredibili, eleganti opuſculo reſarciendæ ruinæ certa adiumenta tradidit, ſi ea quanti par eſſet, rerum ſuarum improuidi homines æſtimaſſent. Nam in eo
73 tractatu, qui illi de hoc argumento ſeparatim eſt habitus, primùm oſtendit quanti referat; quàm numini

Ioannes Gerſon. lib. de trahendis paruulis ad Chriſtum.

numini gratum, acceptúmque sit, quàm salutare officiosúmque Reip. nouellæ ætatis puerilibus annis dum ad fingendum facilis, & tenera est, castæ consuetudinis mores; excultæque disciplinam scientiæ instillare: vnum modum, atque vnam subsidiariam rationem esse probos existere, honestè viuendi peritos iuxta, vt egregiè eruditos, qui mollibus adhuc ingenijs ita præsint, vt prosint; quibus id maximi negotij cordi sit; qui grauiter, magna industria, exquisito studio eam operam, curámque suscipiant, nó supinè, aut perfunctoriè aggrediantur: qui non cupiditate mercedulæ, & lucri, & offæ docendo desudent; neque vt ventrem, aut sacculum expleant, sed vt ad seruatorem Christum adolescentum mentes appellant; qui non tam verbo doceant, quàm exemplo; quos magis mirere cùm videris, quàm cùm audieris, vt Seneca dicebat: cùm longum sit iter per præcepta, breue, atque efficax per exempla; & homines amplius oculis, quàm auribus credant. Hæc dicebat Gerson, hæc præcipiebat, hæc summopere optabat, hæc ipse faciebat, & quę maximè probaret, ea ipse exequi quoad vixit magna ratione studebat. Atq; quoniã hoc munus in vita pręcipuũ esse, & pręter omnia salutare ducebat: ita etiam affirmabat, nullã capitaliorẽ Ecclesię pestem insurgere posse, neq; qui planiorem adornaret, ac sterneret Antichristo viam, neque qui illũ melioribus armis instrueret ad extinguẽdam penitus, & sepeliendam Christianam pietatem, quàm eum, qui sese illi saluberrimæ educationi iuuenilis ætatis opponeret; eámq; de transuerso,

Modi [illegible]radi[illegible]i à Gersone instituandarum scholarum.

Magistri docti, pii, diligentes, assidui.

Boni exempli:

Seneca. epist. lib. 1. epist. 6.

Magistri improbi excursores & prodromi Antichristi, autore Gersone.

uerſo, vel aperta vi & deſignato impetu peteret; vel exactis cuniculis appeteret; deſtinata inuidia conuelleret; concinnatis dolis oppugnaret; extructis inſidijs perſequeretur. Illa Gerſonis parua oratio, Henrice magne, ac præſertim extrema illa clauſula nominatim orationē haud ingenuam inſidiatoris aduerſarij apertè perſtringit:

Ioannes Gerſon ad oratorem Acephalum.

74 palamque declarat ne vmbram quidem illi ingenuitatis ineſſe, qui cùm humaniores diſciplinas ſolas extollat, ſolas adoret, ſolas in iuuenum gymnaſijs probet; partem verò illam nobiliorem, & magis neceſſariam, quæ pietatis vſu continetur vnico contemplationis arcano vocabulo nefarius rerum diuinarum expilator irrideat; ſe ſat ipſe prodit, id conſilij, id animi, id furoris in irata numini mente concoquere, vt Pariſios, atque in alia huius imperij loca impunè deinceps bacchaturus intrudat omnium fœditatum, ac ſcelerum prodigioſa ſeminaria; tum, quod conſequens eſt, efferata rabie poſtea in Rempl. Chriſtianam inſultet; polluat flagitio ſanctiſſimas Religiones; numinis ſanctiſſima decreta perfringat; vexet in illa licentia ſuis auxilijs deſtitutam Eccleſiam; ſtatum ciuilem omnem euertat: denique Academiam magnifici, & patricij, & adipalis apparatus inſtruat Antichriſto, illumque in Chriſtiani poſſeſſionem imperij belliſſimè immittat: quod ego, ſi libet tuæ Maieſtati, verbo concludam, pro ea cupiditate, qua teneor, vt quotquot huic tuo regno ſunt, tuæque ditioni addicti, hoc primum huius quæſtionis caput magnifaciant, & plurimùm obſeruent, quod perinde

perinde atque momenti præcipui rem, ad aurem Regiam diſceptatum eſſe intellexerint.

CAP. XV. Humaniores literæ pietatis præſidio deſtitutæ extremã ruinam afferunt Reipublicæ.

HENRICE REX, omnis illa doctrinæ manſuetioris humanitas ferè ex literis gentilium, maximè Græcorum, & Romanorum repetita, ab illorum hiſtoricis, Oratoribus, Poëtis veluti ex fontibus deriuata manauit: qui mille fictis fabulis, millė ſomnijs, figmentis, mendacijs, periurijs, mille pernicioſſimarum opinionum erroribus, mille ſpurciſſimis narratiunculis, fictitijſque Saturni, Iouis, Martis, Iunonis, Proſerpinæ, veneris, Cupidinis, aliorumque inuiſorum numinum deitatibus referti, quaſi ex teterrima impuritatum omnium, atque turpitudinum ſcaturiente ſentina, infinita lutulentiſſimarum ſordium, obſcœnitatúmque portenta profundunt à deteſtandis illis numinibus perpetrata. Qui li- 75
centioſiſſimi ſcriptores quis facile dicat quantum mali hominum generi afferant? dum medullis iuuenum faces ſubdunt? dum laſciuientes inducunt Deos? dum omnes eorum libidines, omnia cœnarum, conuiuiorum; coniugiorum genera, ſtupra, flagitia delicatiſſimis verſibus exprimunt? ea formoſo Deorum nomine vulgata obtegunt per intolerandã Cacodæmonis miſerè miſeros eludentis aſtutiã? quo quid aliud agunt, quàm vitia incendunt, dum authores illis inſcribunt Deos, itaq; exemplo dignitatis inualeſcenti morbo porrigunt excuſatam licentiam? quod vigilanter Lactantius, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Auguſtinus, aliíque doctores Chriſtiani obſeruarũt? Iã cùm vel ita ſint dulces, vt le

S. Auguſtin. de Ciuitate Dei. lib. 1. c. 8. 9. 10. & alibi ſæpe.

vt leniant animos, vel ita necessariò tractandi, vt non audiantur modò, sed legantur, sed terantur, sed edifcantur etiam ab adolescentibus; vel ita implicati fœditatibus, vt non occultè venenum inspirent, nisi vel magister bene prouidus, ac solers extiterit; vel auditor optimè imbutus, vel vterque omni pietate, velut antidoto copiosè munitus, fieri non potest tantum vt pestiferi veneni, vel attingant, vel hauriant, quin nerui virtutis omnes elidantur, periclitetur fides, affletur Religio, inficiatur pietas, summum discrimen adeat salus in illam saniem diffluentis animæ: neque vt solutúm animum illo profano mortifero esculento tabo expleant, quin ipsi profani euadant, haud paulo secus, quàm eos ferunt inuri tabifica lepra, qui suillis carnibus ea infectis labe vescuntur; atq; eos malè perire, & miserrimo extingui lethi genere, qui in viui argenti fodinis exhauriendis incumbant, nisi eius fumo combibēdo, auri frustum aliquod in stomacho teneant, cuius præsentissima vi muniātur. Aureū illud antidotum quod nos aliud esse dicere possumus in illis humanitatis scholis, præter pietatem haud multo minus præceptori, quā auditori necessariam? qua destituti innumeri propemodum Christiani dissoluti, & ab omni honestatis lege emancipati, arioli, & cōiectores artis damnatæ Magi, gentiles, hæretici, omníque deterrimorū scelerū colluuione corrupti, ex ea pestilencium scriptorum tractatione derepente sunt facti: qui cū famam duntaxat, prædicationémque inanē vulgi sibi in omni studiorū suorum ratione

Viuum argentum. Acosta lib. 4. c. 10 historię Indicæ.

Humaniores literæ pietate destitutę malorum omniū capita, & causæ.

propo

proposuissent; tandem aura illa leuicula, cùm satis adspiraret, vltra quàm vellent, citò proue-cti, eò sæpe delati, vbi amissis rationis, & Religionis gubernaculis, sic varijs errorum fluctibus iactarentur, nullum vt vel capere possent veritatis portum, & honestatis, vel integræ fidei, certíque numinis sydus aspicere, sed inde cùm à sano iudicio deflexissent in saxa, & scopulos, in vada, syrtésque deiecti inciderunt, vnde se peræ-grè miseri, vel omnino nunquam expedirent: neque contenti nefando naufragio in quascumque illi, non dico Academias, sed insulas, in quascunque terrarum oras, & littora illa quasi procella fuerunt, atque illis Athei animi fluctibus deportati, omnia passim amentia, & furore vesano incitati, motibus turbulentissimis perturbarunt; populísque rudibus, imò proh dolor! auditoribus suis nimis incautis tranquillitatem vitæ simul, & mentem ademerunt. Atque vtinam non iam essemus vel illorum vita, vel illorum factis, dictísque, vel recentibus, & cruore stillantibus adhuc cladibus tantis edocti: neu ex eorum editis in momenta singula emissarijs libris adeo testatam calamitatem haberemus, qui se scriptores esse, nequissimi bambaliones, balatrones perditissimi profitentur. Dolemus complures Christianos illis exponendis autoribus an viua voce pro pulpito, an nefario stylo exaratis voluminibus magis esse profanos, quàm eos ipsos, quos edisserendos susceperunt, scriptores profanos? spurciores, inquinatioresque quàm ipsa, quæ tractant totius turpitudinis, & corruptelæ lutu-

lenta

lenta mancipia?infideliores,quàm eos illos,quos & omni fide ſpoliatos intelligunt,quos nec aliter viuere ſciunt, quàm ſcribere?Hæc ſi rectè ratiocinabimur huic vni obſcœnæ licentiæ accepta referre debemus.Erubeſcimus, & verò deploramus omnia,quæ poſtea vidimus plena horroris exitia (quid autem mali?quid ſceleris?quid fœditatis flagitioſæ? quid libidinis non ferendæ non vidimus?)omnia niſi cæci iam malis, atque hebetes ſumus deprehendemus ex eo fonte redundaſſe.Nã vt Helena impura Troianis,ita illa turpificatæ mentis libidinoſa demẽtia toti Chriſtiano orbi cauſa flagitij, cauſa peſtis,atq; exitij fuit: tum ſæculo noſtro peſtiferæ hæreſis corrupta contagio non aliunde efferbuit, quàm ex hac paluſtri voragine defluentium illa tabe ſcholarum, quas Præceptores ea peſtiferi veneni calamitatę deprauati ſuo lethali contactu corruperunt:deinde verò ex matrice hæreſi, tanquam ex funeſto durateo equo, aut ex Pandoræ luctifico poculo diſcordiæ,bella,cædes,incendia, rapinæ,tumultus, ruinæ, excidia,oſtenta,quaſi facto,aut ſtipato agmine,ebullierunt. Qualis igitur iſte homo eſt? qualis iſte orator,Henrice,qui aliud nihil velit,niſi Reges literarum?de pietate, in Chriſtiana ſchola,taceat,ac ne cogitet quidem? qui Ieſuitis Religionẽ,diuini cultus reuerentiã, ſacras commẽtationes,honeſtatis ſtudia,rerum piarum tractationẽ, irriſæ contemplationis,oratorijq; cubiculi ſarcaſmo ſacrilego exprobrat? qui eos vel illo nomine deſpicit,quòd officij Chriſtiani rationem exponere,eóq; ſtudio lectionis profanæ peruerſita

Ex ea hydra tetra hæreſis noſtri temporis pullulauit

Ad oratorem ingenuum.

uersitatẽ emendare conentur? qui diuinam accusat prouidentiã, quòd in cætera præstantium hominum multitudine, eiusdem instituti, eiusdémq; studij, ac voluntatis, postremis hisce desperatissimis temporibus, hos quoque emisit, veluti subsidiarios comites, qui opem aliquam Academijs pararent? eã ijsdẽ mẽtẽ indidit, vt posthabitis omnibus rebus humanis, spretis vanis illecebris, opportunitatibusq; corporis, pro dignitate, primori illi ætati instituendę magis ex professo se dederent? paruulos ad Christum allicerent, eos ad virtutis honestam pulchritudinem verbo, & exemplo formarent? cœlum in terrena scientia perdocerent? nullam mercedem aliam, nullum stipendium laborum, periculorum, contentionum suarum desiderarent, præter hanc laudis, ac diuinæ gloriæ, lucri, atque salutis intereuntiũ animarum? denique Parisijs, & vbiq; terrarum, quò sua cumque pertingere possent industria, id agerẽt, id experirẽtur, quod maximus ille quondam iuxta, ac 78
pius doctor Ioannes Gersoñ Parisijs videre flagrabat, ad doctrinarum studia instauranda, ad redintegrandam Religionem, ad ipsum ciuilem quàm optimum statum stabiliendum, ad veteres rerum pene omnium recrudescentes ruinas erigendas, ad infinita intertrimenta ab irato numine impendentia, opportuna ope aliqua, auerruncanda? Quid diceret summus vir ille, si viueret? quo istum ore aspiceret? quantum dolorem caperet, si audiret, loquíne dicam oratorẽ ingenuum, an peierare conuiciatorem sacrilegum? si videret hunc teterrimum Francum hęc in media Francia
illo

illo ſuo ore duriſſimo deblaterãtem? Annon eum Antichriſti prodromum excurſorem, atque emiſſarium appellaret? Non proditori Regũ ex animo ſuccenſeret? non violatorem ſacrorum deteſtaretur? non illius ſcelerata inuenta, exitiales machinas, horrẽdos clamores, commenta tartarea pe horreſceret? quid eum de hoc portẽto exiſtimare nunc debere cenſemus? quid Albertum magnum putare? Quid Thomam Aquinatem decernere? quid innumeras alias beatiſſimas, pulcherrimas animas conſtituere in illo edito cœlo, vbi pariter ſempiterno immutabili æuo perfruuntur, qui deformatam huius pluſquam barbara immanitate noſtram Galliam pereruditis illis ſuis ſcholis, & diſputationibus non modò ornarunt, quod vnum iſte deſiderat, ſed diuinis, & viuis, & pijs, & ſalutaribus omnium virtutum exemplis, quod ille nihil curat, cohoneſtarunt? qui ſenſus eſſe, Rex, poteſt, quę exiſtimatio maiorum tuorum de iſto homine? quæ tua indignatio, Calole magne? quis tuus iuſtus dolor, Ludouice Pie? quis ſi iã vllus eſſe poteſt, animi tui cruciatus, D. Ludouice? quis ſtomachus, quis acerbus mœror Valeſi Franciſce tuus; qui in medijs Regni viſceribus hanc florentiſſimã tot ſæculis Academiã collocaſtis? munetibus Regijs locupletaſtis? honorarijs priuilegijs veſtris decoraſtis? literis, & pietate potiſſimũ fundauiſtis? illa tanta munificentia celebrẽ toto orbe feciſtis? hoſtibus fidei, atque pudoris capitalibus, quaſi inexpunabile vallum oppoſitum obieciſtis? vos fœlices, atque albæ animæ, religionem Chriſtianam illo veſtro Regio ſangui-

Carolus magnus. S. Ludouicus. Franciſcus I. fundatores, & reſtitutores, literarum.

De ſancto Ludouico. Du Tillet. In chrõnic. cap. 42.

uersitatē emendare conentur? qui diuinam accusat prouidentiā, quòd in cætera præstantium hominum multitudine, eiusdem instituti, eiusdémq; studij, ac voluntatis, postremis hisce desperatissimis temporibus, hos quoque emisit, veluti subsidiarios comites, qui opem aliquam Academijs pararent? eā ijsdē mētē indidit, vt posthabitis omnibus rebus humanis, spretis vanis illecebris, opportunitatibusq; corporis, pro dignitate, primori illi ætati instituendę magis ex professo se dederent? paruulos ad Christum allicerent, eos ad virtutis honestam pulchritudinem verbo, & exemplo formarent? cœlum in terrena scientia perdocerent? nullam mercedem aliam, nullum stipendium laborum, periculorum, contentionum suarum desiderarent, præter hanc laudis, ac diuinæ gloriæ, lucri, atque salutis intereuntiū animarum? denique Parisijs, & vbiq; terrarum, quò sua cumque pertingere possent industria, id agerēt, id experirētur, quod maximus ille quondam iuxta, ac pius doctor Ioannes Gerson Parisijs videre flagrabat, ad doctrinarum studia instauranda, ad redintegrandam Religionem, ad ipsum ciuilem quàm optimum statum stabiliendum, ad veteres rerum pene omnium recrudescentes ruinas erigendas, ad infinita intertrimenta ab irato numine impendentia, opportuna ope aliqua, auerruncanda? Quid diceret summus vir ille, si viueret? quo istum ore aspiceret? quantum dolorem caperet, si audiret, loquíne dicam oratorē ingenuum, an peierare conuiciatorem sacrilegum? si videret hunc teterrimum Francum hęc in media Francia 78

illo

illo ſuo ore duriſſimo deblaterãtem? Annon eum Antichriſti prodromum excurſorem,atque emiſſarium appellaret?Non proditori Regũ ex animo ſuccenſeret? non violatorem ſacrorum deteſtaretur?non illius ſcelerata inuenta, exitiales machinas, horrẽdos clamores, commenta tartarea pe‑ horreſceret?quid eum de hoc porteto exiſtimare nunc debere cenſemus?quid Albertum magnum putare? Quid Thomam Aquinatem decernere? quid innumeras alias beatiſſimas, pulcherrimas animas conſtituere in illo edito cœlo, vbi pariter ſempiterno immutabili æuo perfruuntur, qui deformatam huius pluſquam barbara immanitate noſtram Galliam pereruditis illis ſuis ſcholis, & diſputationibus non modò ornarunt,quod vnum iſte deſiderat,ſed diuinis,& viuis,& pijs, & ſalutaribus omnium virtutum exemplis,quod ille nihil curat, cohoneſtarunt?qui ſenſus eſſe,Rex,poteſt,quę exiſtimatio maiorum tuorum de iſto homine? quæ tua indignatio, Calole magne? quis tuus iuſtus dolor,Ludouice Pie?quis ſi iã vllus eſſe poteſt, animi tui cruciatus,D. Ludouice? quis ſtomachus,quis acerbus mœror Valeſi Franciſce tuus;qui in medijs Regni viſceribus hanc florentiſſimã tot ſæculis Academiã collocaſtis?muneribus Regijs locupletaſtis? honorarijs priuilegijs veſtris decoraſtis?literis,& pietate potiſſimũ fundauiſtis? illa tanta munificentia celebrẽ toto orbe feciſtis? hoſtibus fidei, atque pudoris capitalibus, quaſi inexpunabile vallum oppoſitum obieciſtis? vos fœlices, atque albæ animæ, religionem Chriſtianam illo veſtro Regio ſangui‑

Carolus magnus. S.Ludouicus. Franciſcus I. fundatores,& reſtitutores, literarum.

De ſancto Ludouico. Du Tillet.

In chrónic. cap.42.

ne ſtabiliuiſtis, quam iſte peruertit; impietatem à veſtris mœnibus vi armorum, & roboris auertiſtis, quam iſte accerſit; vos flagrantem barbaro tumultu miſeram patriam, capitis veſtri periculo, maximo metu, æternoque periculo liberaſtis, quam iſte non impari amentia collabefactam turbare contendit; coluiſtis numen, quod contemnit; ſtatuiſtis ſacra, quæ ſpernit; induxiſtis mores, quos corrumpit; adduxiſtis fidem, quam abiicit; firmaſtis antiquã diſciplinam, quã ridet, eludit, euertit. Quid modò igitur vos tandem, ô ſumma columina generis noſtri ſtatuitis de iſtis ſordibus; de iſto oſtento; de hac infelici, atq; deſperata anima; niſi reſeruandum fuiſſe huius conclamatæ ætatis hominum, temporũq; ſceleribus tam immane prodigium, à malefico quopiam, & inauſpicato genio collocatum, ſubornatũ, appoſitum, vt ſi fieri poſſet, omnia veſtris operibus piè, ſanctéq; ſancita cõuelleret? viam omniũ cacodemonũ facinoroſiſſimo Antichriſto ſuis tetris atris artibus explanaret? vanitatis, atq; demẽtiæ furialis imperiũ certo fundamento ſtatueret? pietate procul à gymnaſijs, atq; à ſuis patrijs penatibus exterminata; omniũ turpiſſimorũ, indigniſſimorum facinorum in nouellos eorum adoleſcentum animos ſemẽte coniecta, quos Gallici imperij, quos propagatæ diuinitus huiuſce Monarchiæ ſeminarium eſſe ſperemus aliquando futuros? 79

CAPVT XVI. De immani crudeli-

CVM ſuffodiſſet, omni ope, omniq; conatu, quantũ in ipſo fuit, aduerſarius tanta pietatis iniuria, tanto dedecore religionis, eam fundatiſſimam opinionem, quã optimi quiq; de noſtra

ſtra ratione docendi conceperunt, vt poſtremam mortiferã plagã infligeret, vltimã ruinã nomini, ac famæ huius ſocietatis importaret, eã non tanquam inutilẽ modò, ſed exitioſam pertinaciſſimè inclamaret: ſecundũ hæc ad alterũ ſuæ quaſi orationis caput, pari neruorũ contẽtione deuoluitur; vbi omne colorum genus miſcet, inuoluit, terit, vti nòs ſtatui ciuili, tranquillitatique publicæ infenſos hoſtes, ſiquo fuco poteſt, delineet; nullũ nõ funem, & lapidẽ mouet, quo tuæ maieſtati nos, quo toti Regno, quo vniuerſæ Reipublicæ Chriſtianæ odioſos reddat, atque execrabiles: ſi ille eius ſanguinarius ſtylus eò vſq; valeret aliquam partẽ earum impreſſionũ protẽdere, quas in nos facit, tãta, Rex clemẽtiſſime, tã efferata, tã agreſti inauditæ omniũ Tyrannorũ memoria crudelitatis intolerãda barbaria, vt non homo in Gallico cœlo, præ regionibus pleriſque alijs Chriſtiani orbis, vrbano, & manſueto educatus videatur, ſed in figura hominis ipſa feritas, & immanitas vaſtificę bellue multis cornuta, & inflãmata furoribus, inter prognata Canibales Anthropophagos, vel de illo genere ferarũ, quę in Hyrcania, aut in monſtrifera Africæ vaſtitate gignuntur, quem venenata mater tetram belluam ex vtero, nõ autem manſuefactum aliqua humanitate hominem abortiuerit; Ita ille repẽte ſe tanquã ſerpens è latibulis, oculis ardentibus, eminente iuba, inflato collo, tumidis ceruicibus intulit, nos vt non accuſaret, ſed vt in ſempiternũ opprimeret: tãta equidem impudentia, ac deſperatione bacchãtis animi, qua non modo nihili facit conuicia, omnium

tate aduerſarij in calumniãdo.

confeſſione falſiſſima promulgare, ſed ne ea qui- 80
dem laborat vlla probabili ſaltem ſpecie colorare. Rem vnam geſtam ſatis mihi pro exemplo fore confido: poſtea ad reliquum amplioris examinis me meum ipſe penſum reuocabo. Aliquo loco, cùm accuſare noſtros crudelitatis, atque ſæuitiæ deliberaſſet, qui Aſoras inſulas in mari Atlantico per illud tempus incolebant, quo tẽpore Galli eò ſub annũ 1582. applicuerunt, Rex, audi, quid ſcribat; certè quæ de nullo gladiatore nemo alius Cinnanis, Neronianisq; tẽporibus deſcripſit vnquam. Ieſuitarũ iuſſu indigniſſimas, maximasque cædes eſſe patratas: duodetriginta Dynaſtis, & quinquaginta duobus è Gallica nobilitate equeſtribus viris, eodẽ die, loco, ferro, theatro, caput per ſummũ ſcelus amputatũ: quingentos familiæ Franciſcanæ vel aliorum diuerſorum ordinum Patres ferali laqueo ſtrangulatos, qui pro Luſitano Rege ſteterant, dixerántve. Eius Syllanæ meſſis, & gladiatoriæ pluſquàm carnificinæ alium authorem, præter ſe vnum, aliud argumentum, præter Delphicum effatũ ſuum nullum adduxit: eius nuda vox omniũ illi fuit probationum inſtar: ſua vnius criminatio noſtrorum cõuictum crimen, noſtra ſtipulata damnatio habetur; quam ſine teſtibus, ſine libris, ſine authore, ſine ſcriptore, furtim, mente, ac lingua titubãte effudit. Atque iſte impurus, & impius hoſtis omnium religionũ rem tam horrendam ita raptim, ita turbulentè propoſuit; vt neque mens, vt apparet, neque vox, neq; lingua cõſiſteret: ſperaret tamẽ quæ vtcũq; temulentus euomuiſſet pro ſacris frõdibus ſybillinis

Immanis Oratoris ingenui calumnia. Pag. 65.

linis, aut pro diua tripodum Cortina Delphica çſtimatũ iri. Henrice, ſi iuſta fuit illa petitio, ſi vera, & deprehenſa accuſatio; noſtri fateor extitere non modò ſupra modũ ferrei, & inhumani; ſed in illa, quam tractant ſacroſanctorum Canonũ ſciẽtia non ſolùm nunquã exercitati, ſed ne quidem leuiter tincti, qui Eccleſiaſticis hominibus omni genere inferendæ mortis, fundendique ſanguinis tametſi alioqui cauſa æqua aliqua foret, ſeueriſſimis pœnis, ſupplicijsq; propoſitis interdicunt. At verò ſi ijdem noſtræ ſocietatis homines de illo barbarico laniatu ne cogitare quidẽ, ſine furiali quodã horrore, nedum Rei vnquam eſſe potuerũt; hanc profectò Maieſtas tua habet modò poteſtatem, vti ex hoc vno capite firmiſsimũ, & grauiſsimum capiat documentũ, cõſtituatq; tandem aliquando argumento certiſsimo, iſti homini, neq; vllius vindicis Dei opinionẽ, neq; principis ſui reuerentiã vllam eſſe reliquã, quo audiẽte, vidente, præſente, non illũ pudeat tam atrocis criminis macula vnius innocẽtiſsimi ordinis nomen aſpergere Hieronymus Franchius vir apud Genuenſes equeſtri loco clarus, qui omnem illam hiſtoriam ſyllabatim, ſumma diligentia, & perfecto opere eſt proſequutus, ſcribit Marchionem de ſancta Cruce Hiſpani totius exercitus pro Rege Philippo Imperatorem nauali prælio perfunctum, funeſta de Gallis reportata victoria, reliquias victæ, diſtractæque per Oceanum claſſis vſque ad internecionem inſectatum, paucos, qui ex clade ſuperfuerant captos non pro captiuis triumphalibus, vt bello captos, ſed pro Reis

Hieronymus Franchius lib. 9. de vnione Luſitanorum.

capitalibus tanquam prædones, atque piratas à Rege Frãco, vti res erat, publica inficiatione abiudicatos, atq; damnatos habuisse: quo quid certius esse potest? ergo eo nomine duodetriginta dynastas, & quinquaginta duos nobiles Gallos capite plecti, alios permultos obscuriores promiscui generis in crucem agi imperasse. De Franciscanorum quingentûm nece, ne syllaba quidẽ; id Acephalus ex sua Augia, quo religiosos ordines in nostrũ nomẽ accẽderet exhalauit. At profectò Frãchius frequentẽ facit de illo Frãciscano ordine mentionẽ; nec ingenti culpa vacasset, si tam insigne facinus aut obliuione prætermisisset, aut silẽtio volũtario obruisset. Ille verò tãtũ abest nostris hominibus illius vt criminis, vel alterius inuidiosi negotij labem inusserit; vt potius ex illorũ vita, ac nomine, omne vel leuissimę suspicionis probrum excusserit; perhonorifico illorum modestiæ, integritati, patientiæ, magnitudini animi collato prę-conio. Extat historia. Ille testatur Iesuitas ad extrema quæque fuisse adactos, quòd recusarẽt factionibus illis sese implicare popularibus; quódque ad illos nollẽt seditiosæ plebis scopulos applicare, vbi plerique, etiam cæteri religiosi adhærescerent. Nihil effingo. Hieronymi concepta præ manibus verba tenemus. *Atque quoniam Patres Iesuitæ (inquit) se opponebant, ac saltem non in eadem erant sententia, obiecto foribus muro, in suo cœnobio cincti, conclusique fuerunt; vbi semel, atque iterum quotbebdomadis cibaria illis ad numerum, tanquam vinctis, & custoditis, Reis inferebantur.* Commemoratque non multo post, nescio quem quam

Nobilitas apud Asoras Insulas trucidata.

Hieronymus Frachius. lib. 7. pag. 358.

Collegii nostri fores muro vallatæ. Idem. lib. 8. pag. 390.

82

de hoc genere ingenuo, cùm suaderet nostri Collegij tectis flammam iniicere, quo vno nostri omnes incendio conflagrarent; effusa repente violati numinis iracundia, in lethalem morbum incidisse; seroque ipsum per sese esse confessum, & sponte contestatum sua, ea se repentinæ ægritudinis præsenti calamitate fuisse mulctatum, quòd contra innocentiam crudele dedisset, ferumque consilium. Iste homo igitur pudoris expers, sensus inops, atque animi, cùm dicere audeat nostra causa, imò culpa, at etiam sententia, & verò imperio, quin potius detestando scelere, tot principum virorum, tot nostratium equitum, tot Franciscanorum, aliorumque cædes esse factas in insula; annon portentosam calumniam ex quingentis, atque octoginta mendacijs, totidemque conuicijs, immaniter consarcinatam despumat in vna periodo? Aut potest vllum excogitari vllius incantatoris malefici magis magnum, concretumque conuicium, quàm quo Reos faciat capitales eos, qui pro innocentia, pro deprecando publico crimine, vnde mererentur gloriam, premebâtur, & tenebantur in vinculis? Quæ ego, Henrice, strictim attigi, non tam quo crimen deprecari, atque refutare statuerem, quod per se incredibile, & ne in vllis quidem hactenus fabulis decantatum, præsertim apud tantum, tam solertem, tam sapientem Regem ipsa prima fronte videri possit, quàm
83 quo tuæ Regiæ maiestati comperto conuicio demonstrarem, quas iste perditus damnati animi pœnas luat, non tam iudicijs, quàm quod eum

agitant, & insectantur furiæ, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientiæ, fraudisque cruciatu, simulque, Rex, aliquãdo cognosceres, qua istum oratorem esse conscientia tibi sit statuendũ imposterum ad omnia criminationum quantumuis immania conflanda prodigia, qui hanc tam inauditam, & fœdam nefando sui gutturis sterquilinio tã expeditè transmittere nõ cohorruerit: denique iã sine dubitatione perspiceres quàm deploratam, quã proiectam, quàm prostitutam eam linguam esse oportet, quæ ad Regis animum illa commenta transuehere non erubescat; cui non solùm falsa imponere, sed & vera deferre sine magno delectu subiectæ materiæ, sine exquisita circũspectione consulti animi penè sit nefas. Iã tẽpus, ac locus est, arbitror, quæ de illiberali óratione superãt sedulo exponere, & explorare; atq; in bonã lucẽ eius hominis animã, atque animum, mentem, ac frontem in altera suæ accusationis patte propositam collocare.

CAPVT. XVII.

Scopum ad uersarii eũ illorum restitutioni Regia autoritate pene præesse Iesuitas omni ignominia infamare, atque inter Apostolicã sedẽ, & Regem diffi-

IN QVO TE, Henrice Rex Christianissime, testor: abundè illi non fuerat Iesuitarum famam omnis infamiæ turpitudine inquinare, vt scriptæ intercederet; nisi etiam suspicionem, & diffidentiam, quod auet imprimis, inter Apostolicam sedem, & Gallicum Regnum, imò odium, dissidium, & bellum induceret, quod cuperet, si posset: tum enim odio intimo conceptã offensionem, Iesuitis ex causa sedis Apostolicę conciliare; tum vicissim sedi Apostolicæ summam inuidiam ex Iesuitarum ignominia, comparare desiderat:

iuxta enim,atque nos thronum Apostolicum detestatur.Inde est, quòd adeò sese discruciat à capite vsque ad calcem, per omnes propemodum pagellas inauspicati voluminis, vt sacrosanctam
84 Pontificiam sedem ostendat optimo Regni statui additam, perniciosam, aduersam existere ex eâ, quam sibi vendicet arrogata,atque arreptitia potestate. Iesuitas verò ea ex parte exitiales videri, quòd Papæ conductæ sint operæ; & ad omnem nutum eius comparata seruitia: quare, pro sedando, firmandoque statu Gallici imperij, à summo Pontifice esse cauendum; tum explodendos Iesuitas; perinde, vt si vnus Galliæ Rex Pontificiam authoritatem, atque potentiam timere deberet;illaque tota Romana potestas sola Iesuitarum doctrina continceretur. Hæc illa est, illa vena princeps suffossi secreti cuniculi totius proclamatoris Acephali: hic ille fossoris architecti vltimus scopus: eò collineat vniuersa callidi insidiatoris inuentio: qui quia videbat non esse tutum, aut integrum apertè sæuire, & vniuersè bacchari illo petulanti centuriatorum more contra potentiam, authoritatémque Pontifixis maximi, audiente præsertim Regia Maiestate Christianissima, quæ deuinctissimo amore; & singulari reuerentia prosequitur Apostolicam sedem, ab illaque retrorsum vicissim Apostolica maiestate, præcellentissimi filij, & quasi natu primi loco diligitur, ac præcipuo in Regibus omnibus in pretio habetur; quid fecit igitur quadruplator? hæc cùm intelligeret (cui enim poterant esse obscura?) aliò

dentia,dissessionisque diuortia proseminare.

c Aduersarii dolus, vt sedi Apostolicæ occultè,& cōuiciosè insidietur.

aliò quæſtionem ad doctrinam de cenſura Ponti-
Pag.14. ficum inſidiosè detorſit, cui doctrinæ cenſoriæ
omnes retro calamitates, atque ærumnas, quæ
orbem terrarum tota ditione Catholica peſſun-
dederunt, referre non veretur acceptas: itaque
quemadmodum operi ſuo eſt nomen,& indicem
ſuffuratus,quo certius ferire, quo collimare poſ-
ſet audacius;ad eundē modū illa perfidioſa, inſi-
dioſa, fallaci deflexione conceptam omnem in
pectore machinationem celauit, ac preſſit, vt
ſuauiter gliſcētem mortiferam doctrinam in au-
res incautorum,animique natura ſimplicium ho-
minum inſinuaret. Dicit igitur (oportuit enim
illum ſemel omnia pudoris, & conſcientiæ clau- 85
„ ſtra perrumpere) Sorboniſtas aliquot eſſe inuen-
„ tos, eóſque nec admodum ſæpe, nec admodum
„ multos; qui proferre in medium aliquando auſi
„ ſint à ſummo Romano Pontifice ſacris arceri
„ Reges, eorúmque ſubiectos imperio ab omni
„ fidelitatis, fideique ſancitæ iureiurando, omniſ-
„ que ciuilis obſequij nexu diſtrahi poſſe: propoſi-
„ tiones huiuſmodi eſſe magna conſenſione dam-
„ natas ab vniuerſo Collegio Sorboniſtico, tota
„ Gallicana Eccleſia adſtipulante, ferente, atque
Pag.5. & 25. „ ſanciente Senatu, quaſi pernicioſas, & capitales
„ politico ſtatui (fore enim vt Reges noſtri nullum
„ niſi precarium ſubſortirentur imperium; hoc eſt,
„ inquit,pro bona, & propitia, vel mala, & læſa
„ Pontificis gratia commutabile) eaſdémque huic
„ diuino dicto contrarias,quod ſeruator eſt Prætori
Ioan.18. quondā Pilato profeſſus, REGNVM MEVM NON
EST DE HOC MVNDO, qui etiam Diuo Petro,
eiuſ

eiusque in principe Pontificatu successoribus haud aliam potestatem, quàm clauium, non Regni temporalis, sed cœlestis impertijt: id quod naris mucosæ Theologus alio quodam beati Lucæ roborat testimonio, quo loco Christus affatus Apostolos inquit, *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos benefici vocantur, vos autem non sic.* Alias homo doctus ex schola quatuor Regũ, confercit Augustini, & Bernardi sententias, seque agitat, versatque per omnia latera, vt actum agat, vt velut Sisyphi saxum euoluat, vt quod minimè venit in quæstionem probet, vt se sibi ipse pro scopo proponat, vt clarissimam rem, atque ex sese comprobatissimam deprauatione sua inobscuret. Nam cui venit vnquam in mentem, non dico viro sapienti, sed vel infanti nuper nato dubitare Christianos Reges dominos esse Regnorum suorũ supremos? claues Apostoli Petri cœli claues esse, non soli, quis vidit? quis audiuit vnquam? non dicam imperium Regis Francorum, sed cuiusquam omnino clientuli Christiani latifundium suburbanum, vel sesquidecempedale municipium, vel minimam quamque præfecturam aliqua Priuernina, aut venafrina minorem precariam, vt iste loquitur, vnquam fuisse, propter eam, quam pontifex maximus obtinuit cœlitus potestatem? Secundum hæc ait Sorbonam, quę semper illam alioqui doctrinam ante damnauerat, in eam tamen ire pedibus cœpisse ex aliquo tempore, factione recentium Sobornistarum circumuentam, qui apud Iesuitas literarum artibus instituti pluribus

Margin notes: Pag. 14. — Luc. 22. — S. August. 15. in Ioann. — S. Bernardus lib. 1 De Considerat. — Sese sibi aduersarius quasi scopum obiicit. — A pagina [illegible]o. vsque ad .

86 (left margin, beside "ti, sed vel infanti nuper nato dubitare Christia-")

ribus ſuffragijs ſuperiores effecti inualuerunt?
Pag. 11. quin etiam laborioſè ſudat, & omni ope con-
tendit oſtendere multis hinc inde librorum no-
ſtrorum collectis, emendicatiſque verſiculis,
hanc noſtram certā, & probatam eſſe doctrinam:
adiungit fallaciter veterator nos ſentire omnes,
nos ſtatuere Papę eā eſſe diuinitus authoritatem
conceſſam, Reges quos velit, ac Principes pro li-
bidine exautorandi, à Regni gubernaculis remo-
uēdi, eorū ſceptra promiſcuè, & ditiones proſcri-
pag 19. bēdi, diripiendi; ſubditos à dominorum imperio,
ſanctaq; iuriſiurandi præſtita fide manumittendi.
Quid plura? tandem Galli Indici ad inſtar, cum
magno crepitu deuolutus in circulum, ita con-
cludit: *Ecce, inquit, pro certo, veram, genuinámque Ieſuitarum doctrinam: ecce eorum dolos, artéſque pelaſgas: ecce qua via, quibus diuerticulis ad honores, & ſtatus influunt, illabuntur, irrepunt.* ô valentiſ-
ſimum, ô negotioſiſſimum hominem! Conclu-
ſione per hunc modum coagmentata, eadem va-
rijs locis firmamenta ſubinde reuoluit, vt Tanta-
li ſaxum, ſibique genuinum, & fibras frangit in 87
P. 7. 11 15. ,, illis, vt doceat eo dogmate ſuis fraudari clienti-
68. 99. ,, bus Principes; non iam Reges, ſed Tyrannos
,, haberi; vna Romana menbranula tantulos fieri
,, poſſe. Ergo periclitari ne à quocumque, qui id
,, aggredi velit, occidantur. Ex eo fonte omnes hu-
,, ius Regni ruinas, omnia excidia ſcaturiuiſſe, cæ-
,, dem Henrici Valeſij Regis, omnia in tuæ Maie-
,, ſtatis caput attētata, atque multò plura in poſte-
,, rum exoritura flagitia, niſi nos amandet ad vlti-
,, mas terras, qui Papam pro aris, focisque tuemur,

tuemur

qui eam doctrinam defendimus; denique abitura omnia in antiquum Chaos: singulis paginis repetitam illam Pontificiæ execrationis querelam exaggerat, in quo triarium veluti præsidium positum arbitratur, primumque momentum, quo nos opprimat: sub hac ostentatione gloriosa se magnificè circunspiciens nos citat, appellat, denunciat trinundinum, importunè vt respondeamus prouocat, Gallicè, more Franco: se iam anguillam in strigmento tenere, iam nos cõprehensos, & captos, & in extremas angustias illius sui latruncularis peditis impressione redactos existimat; exprobrat eam partẽ à nobis consultò fuisse, & subdolè silentio obuolutam: nos neque ingenuè, nec franco candore in nóstris expositis implorationibus, libellísque supplicibus esse loquutos: nec non homo ingenuitatis scilicet perurbanæ, imprudentiæ, & proditionis omnes tuæ sanctioris, interiorísque Regiæ Curiæ Consiliarios Patres incusat; quòd tuæ Maiestati eius momenti rem non indicarint; in quo se miles gloriosus ostentat, quasi omnium princeps illam tibi nauarit pulchellam operam. *Henrice,* inquit, *quotusquisque tuam Maiestatem admonuit*
88 *hoc summum causæ caput ab illis sileri? quis eos tuam fortunam palpari? blandiri tuæ gratiæ? te adulari modò, postquam vident bene habere cum summo Pontifice?* hic succus, hæc spuma liquoris æterni; hoc viuum argentum totius conquestionis acephalæ, quæ à pagina septima ad finem vsque operis continetur; quæ ego in hanc summam cuncta subduxit, vt eius patefactis sensis, expres

pag. 10. 11. 16. 32. 90. 92. 98. 99.

Nos ad respondendum citat. 99. & 180.

pag. 100.

Summa orationis ingenuæ.

expreſſiſque cogitationibus aliquem neruum, ac lucem afferrem. Quamquam enim vbique paſſim ipſius animi ſatis ſeipſa per ſeſe intentio prodit, tum illius oratio haud ſanè eſt alia, quàm tumultuaria clauſularum temerè congeſtarum conglutinatio, inſulſa eiuſdem repetitæ cantionis vſq; ad nauſeam iteratio, importuna compreſſio criminationum ex malitioſis fruſtis inuidiæ coagmentata, non filo ipſo, & genere orationis ex vno capite defluentis protracta cõplexio, ſed cõfuſa profuſio nauticis veluti harpagonibus, clauiſque compacta trabalibus. De cætero, vſque eò ſe ſtolidum exhibet in propugnanda Regum Maieſtate, quem ille prætextum arripuit; tam inhumanum, atque implacabilem in Societate vexanda, quo illam perdat, & obruat, qui eius animo eſt ſcopus intentus; vt vna ex parte ſanæ mentis lectorem, ad iudicem ſumma indignatione permoueat, vnius perditi hominis amentia tam afflictè, tam miſerabiliter in perhonorifico, ac nobili ſtadio vacillantis ſtomachantem: alia verò ex parte hęc penſantem omnia, eius patroni pudeat, miſereátque immenſa illius cupiditate, & proiecta ad maledicendum intemperantia indignantem. Ergo ad perrumpendam Achillæam 88
illam machinam in cenſuris Põtificijs exædificatam, tam frequenter obuerſam, atquę intentam, ſufficit, Henrice, ſummatim exponere quid nos ſuper hac omni re ſentiamus; tum aduerſarij ma- 89
chinas eludere, fraudes retexere, errores euoluere, quos ſinceræ doctrinæ, & nobis aſpergit: primùm quidem generatim hoc loco, tum poſtea

ſingilla

sigillatim appositè singula membra declamationis impię pertractando. Faciam sanè, quando ita iam tibi, Rex, placet, itáque Deo bene auspice, faciam, nullum vt illi relictum iri confidam conquerendi locum, me non Franco more esse, non Gallicè loquutum. Loquar ingenuitate maiori, & meliori fide, quàm ille est ausus, nec, in societate ab iniuria vindicanda, alia vtar defensione, quàm illo publico patrocinio, quo honoranda sceptra principum, atque defendenda suscepi, tuum præsertim, Henrice maxime, quem tantum, tam omnium votis expetitum principem nobis diuina donauit prouidentia, quem ille perperam propugnando, aut impiè potius adulando summa indignitate vituperat.

CAPVT XVIII.

Aduersarij imprudentia in proponendis temerè vanißimis quæstionibus.

AIO IGITVR primo loco illum hominem extremè captum videri cæco furore, atque extraordinaria insipientia aio omni supra modum inconsulta improbitate lapsum in illo calidissimo æstu spiritus inflammati, qui in media, summa, placidissima, tanta, tranquilla pace, hãc cõtrouersiam aut in medium audeat afferre, aut proponere in Frãcia, aut promulgare intempestiuè (quo nos priuata lædat iniuria) id argumẽti, quod hoc timidissimo, & suspicacissimo tempore agitari nequeat absque importunissimæ suspicionis, grauisque diffidentiæ significatione maxima; neque absque aperta petitione, & periculosa offensione violatæ sanctißimæ amicitiæ, & religiosissimæ societatis fœderatæ, quæ inter tuam Maiestatem, summumque Pontificem intercedit, equidem tanta (quę Dei fuit in afflictum

Francicum genus beneuolentia) quāta nullo longiſſimo æuo vſquam interceſſiſſe legimus; tam Maieſtati liliatæ honorifica, quā religioni, & pietati, & inſito ſenſui iucūda, & grata cliētū tuorū. Ad quid igitur illa vox bellica? ad quid illæ militares buccinæ tumultuoſæ? ad quid illa ſuſpicioſa conuicia; aut de Prælio in medio certiſſimi otij, pacisque ſtabilitæ conuiuio? aut de diuortio, iſto tempore tam ſacroſancti ſanciti fœderis? deque tanto diuortio, quantum eſſe non poteſt inter vllum Regem, & ſedē Apoſtolicam maius? Ecqua obſecro iſtorum antecedentium, aut conſequentium conſenſio? qua ratio? qua oratio? Rex conuenit optimè cum ſummo Pōtifice ſibi omni arctiſſima neceſſitudine deuinctiſſimo, quid ergo? potéſtne Reges excommunicare Pontifex? Hoccine Ieſuitæ cenſent? hoc docent? hoc profitentur? atque quod deterius eſt non contentus erraſſe inconſideratè loquendo; nobis vitio vertit quòd ipſo conſultiores viſi ſumus, qui eam partē in noſtris expoſtulationibus opportuna taciturnitate ſuppreſſimus. Vnicam efflagitationem ſupplices tuæ Maieſtati expoſuimus: quid erat, quod in ea excommunicationis ſeditioſam mentionem facere deberemus? hæccine illa erat ſupplicis petitionis apta materies? nunquidnam etiam culpæ dabit, quòd de noua Gregoriana emendatione faſtorum tacuimus? quòd de Guelforum, Gibellinorumque diſſidijs nihil attigimus? quòd de Epicuri intermundijs, de Mathematicorum excentricis, caprisque ſaltantibus, de lunaticis accolarum, Nili fluminis Catadupis ne meminimus quidem?

Aduerſarii criminatio. pa. 99. & 100.

demiô Socordiam non tolerandam! quando hoc etiam ait futurum perinde fuiſſe, ac nihil audiuiſſe vnquam de arte Rhetorica, ſi vel inuidioſum illud caput attingeremus; nobis ſummæ inſcientiæ labem inde inuſtum iri, ſi vel ea de re mutiremus. Ecquid igitur homo pudoris oblitus, ſui vix memor nos criminis accuſat, quòd ſtulti, ac vecordes eſſe noluimus? quid notat? quid maculat omnes, qui tuæ Maieſtati noſtrum indicare ſilentiũ nihil laborarũt: hoc eſt tot omnino ſapiẽtes, ac graues viros, quot in hac ampliſſimi Regni celebritate videmus, qui de re lubrica, & plena diſcriminis vocẽ mittere, ſine iudicio, abſque cauſa, præpoſtero loco, importuno tempore, peruerſo iudicio neglexerunt? Quare ſe iactat, ac vẽditat primùm in hoc inofficioſo officio ſimiliter, vt ſolum catum, ſolum cordatum, ſolum oculatum in Gallia in tam infinita maximorum, & diuiniſſimorũ hominũ multitudine, quibus ille aut lixa, & lurco à patinis, aut Dauus à ſtrigilibus qui eſſe poſſit indigniſſimus cenſeatur? annon eo eſt quòd exulcerati animi crudum vulnus, & cœcus liuor illi aciem oculorum obnubit, rationem obducit, mentem infuſcat, & impedit, quo minus videat ſuo ſe ſtupore, & ſuo ſe ſcelere gloriari? tum quòd illum hac de re non inſipienter tãtum, & improbè, ſed prauo quodam, ac diſtorto modo ſermonem inferre non puduit? Nam ſi exiſtimauit neceſſe eſſe aliquid dicere, id fieri remotis arbitris, & priuatim oportuit, non orbi vniuerſo vulgari, quod ille fecit potius, quàm tuę Maieſtati: hęc ingenuitas, quia me loqui Francè

 cupit,

cupit, appelletur ſane bene Francè, ea enim ſine controuerſia eſt, inconſulta temeritas, deuia ratio, præceps, & amens inconſiderantia. Verùm ad quid hæc? ille latet, nec iam illi eſt curæ, imprudentem, aut impudentem vi eri, dummodo Ieſuitis, quouis ſuo maximo, dãno etiã ſua reſte perniciẽ trahat. Quòd ſi ſe ſolũ beatũ eſſe, ſolum habere cor; ſolũ defenſorẽ, ęmulatorẽ, cuſtodem, vindicẽ Regnorũ, ac Regum exiſtimat, quorum procurationem, & clientelam ille ſuus ſtylus ingenuus in ſumma latiſſima theſi ſuſcepit: cur ſanè principibus alijs Chriſtianis, Florentino, Veneto, Bauaro, Lotaringo, Pannonio, aut cæterarum Rerumpublicarum rectoribus, vbi commorantur, & docent Ieſuitæ, non denũciauit index glorioſus, ipſorum tot celeberrimos Iuriſcõſultos, tot ſapientiſſimos Magiſtratus, de iſto tanto myſterio, tanti ad illorum imperia, ac Regna momenti tacere? neque vllum dominis dare de re grauiſſima officioſum indiciũ? bene illi vertit iſta obliuio; perbellè ceſſit taciturnitas; nam euadere nõ poterat, quin omnium nationum ſibilis, ac ſalibus illa vnica Phœnicea corniculæ ingenuæ ſapientia rideretur.

Calumnia de aſſentatione.

T I B I aſſentamur, Henrice, iſte inquit, iam quando bellè, & fœliciter cum Papa conſentis: ille verò cùm de Pontificia loquitur poteſtate, quoties id loquitur, lapidem mouet moleſtum, & ingratum, certò ſcio, tuæ Maieſtati, totique lilijfero Regno, quod omnes intelligent, odioſum. Nam ſi illa Pontificalis authoritas Franciæ Reges præter cæteros effuſiſſimæ Chriſtianitatis

tis Principes innumeris diuinis prærogatiuis,ſingularibus ſtudijs,eximijs fauoribus eſt proſequuta;
93 ſi amicitia ſanctiſſimæ ſedis Apoſtolicæ tibi certo eſt ſecundum Deum vtilis,& honoraria; ſi optimorum Gallorum tuorum medullas, & pectora explet ſuauiſsima quadã voluptate, incredibili dulcedine, & procliui quadam ad nutum tuum obedientia: ſi toto orbe Chriſtiano,te glorioſum exhibet,atque prædicabilem;ſi illa Apoſtolica, & bene ominata Clementis comprecatio tuum matrimonium fortunauit;ſi eam intelligis fore ſolidam,ſtabilemque fortunã Regiæ ſobolis,quam diuino miraculo magis, quàm dono in ſpem hæreditariã iſtius ampliſſimi Regni accepiſti;certè quidem hic homo illa exitioſiſſima dogmata ſpargens,quæ contra illam dignitatem, & potentiam obſtinatè tuetur,& quæ non ſunt alia,quàm quæ à noſtræ ætatis erraticis, & furioſis hæreticis diſſeminantur, nihil aliud cogitat, nihil agit, niſi vt opes illas omnes fundatiſsimas conuellat;illos honores omnes exinaniat; omnes illas opportunitates, certaque ſubſidia labefactet; tanto, tam funeſto, tam propinquo, tam ſpectabili detrimento tui Regni,tui capitis, tuæ fortunæ. Proinde,Henrice, audiri,aut ferri iſte nefarius nec poteſt à tua Maieſtate, æquis auribus; nec debet, ab vllo tuo fido,ac probo cliente, æquo animo; nec ſolet, niſi ab illis perduellibus, quæ ſibi omnium Regnorum arbitria depopoſcerunt; nec meretur, abſque infamia, ab vllo honeſto, ac probo Chriſtiano.

Malígna aduerſarii interpretatio.

Tibi aſſentamur, Henrice, quòd tuam Maieſtatem videmus belliſſimè habere cum ſummo Pontifice, & cum primario Chriſtianæ Maieſtatis tribunali fœliciter coaleſcere. vbi hoc diſputat ſanum caput? atqui iſtud eſt vltima peruerſitate aliorum dicta, factaque interpretari:iſtud eſt perperam loqui, diuinare præpoſterè: dicam aliquid verius;eſt in aliorũ ſuffodienda conſcientia inſanire. Nam ſi aſſentatores ſumus, & paraſiti, quòd eam incredibilem oblectationem, ſummumque iucunditatis publicæ fructum expreſſimus, quem reportauimus ex illa tua cum Deo optimo max. & cum eius Eccleſia reconciliata fide, & gratia,atque ex illa auſpicatiſſima tuæ Maieſtatis Chriſtianiſſimæ cum Ieſu Chriſti autoris noſtri vicario Romano Pontifice, cõſenſione;equidẽ vniuerſam Europã Chriſtianam,totumq; Catholicũ orbẽ,ad quẽ ſpectauit illa participatà iucũditas,cuius ſupplicationes publicas ad numinis aras,gratulationeſque vidiſti, in eundẽ equum ingredi oportebit, eademq; aſſentatorij criminis culpa notari.Si in tua Maieſtate verè laudauimus, quæ prædicationem Regiam, quæ 94
iuſtam gloriam,quæ commendationem ſæculorum omnium merebantur,id quod officium noſtrum erat præſtitimus, & moderatè tamen, atque non imprudenter egimus; in ijs tantùm rebus, quæ gentium omnium confeſſione,& celebratione tolluntur in cœlum: id ſi malo animo noſter iſte plumbeus factum eſſe iudicat; næ ille ſibi impiè Dei fatidicum numen vſurpat, qui vnus proprium habet, & ſingulare renum, &

cordis

cordis arcana ſcrutari:exultare potius,atq;triumphare debuerat commēdatione,& glorioſo præconio principis ſui, quàm interpretati peruersè eorum ſenſa,qui illū ſuo merito exornare, quàm factioſis quęſtiunculis eius animum,imperiumq́; peruertere maluerūt. Aſſentator fucatis,& ſimulatis lenocinijs blandis voluntatū conciliatriculis titillat aures; ſenſum occupat; mentem obſidet; dum laudat,adulat;dū ſuſpirat, ſperat; dū plorat, vorat;dum ridet,mordet;interim eò confert omnia, vt turpem quæſtum abdomini fœneretur. Hęc de nobis aduerſarius ſana conſcientia ſuſpicari nō poteſt. Ego ille ſum vnus de multis è noſtra ſocietate, qui ſcriptis meis nōnihil dixi cum tua Regia laude coniunctum, de præclaris tuis bello,ac pace geſtis facinoribus: angor animo id præclarius, & magnificentius præſtare non potuiſſe me; neque vel te tuæ virtutis Homerum aliquem præconem inueniſſe, vel me illos diuinos verſus Homericos non aſſequutum, quibus mihi celebrare longè alium digniùs Achillem liceret. Hoc ipſum ſemper eſſet in tua Maieſtate laudare illius ampliſſimāDei magnitudinem,qui vnus te magnum,ac tantum facere potuit. Attamen meus ſtylus haud quicquam ſanè conſcripſit in tabulis,quod ego ab idoneis,& exploratis authoribus edoctus non certum inſcriberem: quod æquum,& verum, ac rectum eſſe non iudicarem: quod,ſatis eſſe, opinor, poteſt, vt me quæſtuoſæ aſſentationis,turpiſque mendacij cri-
95 mine exſoluā:mihi quippe ipſe præclarè ſum cōſcius pauciora multò contuliſſe me, quàm alius

Verus adulator quis.

quiuis dicere potuisset. Quantum ad animum, illamque sinceræ integritatē intētionis, testor immortalem, cuncta librantem, videntē, moderantem Deum, nihil spectasse me, aut quæsisse vnquam peculiaris, aut proprij fœnoris, ac lucri; primariam collimationem, ac mētem meā haud aliam profecto, quàm illā de tuæ Maiestatis salute, de maximis cōmodis Regni, de diuina rebus tuis cōcilianda gratia, atque tutela, de prosperitate tui totius imperij fuisse: cùm tuam Maiestatem hortarer, inuitarem, suaderē ex animo infinitis clictis humillimi, sed fidelis affectibus, nō sine summo tenerioris animi quodā ardore, vt Regali illo pectore, tot, tantaque à magnificētissimo numine in se profecta beneficia recognosceret; ea gratissima, ac dulcissima recensione cœleste regnū, ac decus demereretur; firmitudinē, securitatemq; perpetuā cōpararet huiusce terreni, quod ille pro tua Maiestate, pro Regijs liberis, pro cōmodo populi, pro ornamento Ecclesiæ hac in vita dedisset: denique ea animi grati significatione; ea commemoratione pulcherrimi benefacti, sempiternam beatitudinem, æternam nullo vnquam tempore deperituram gloriā, quæstuoso cōmercio negotiaretur. De quo ego te obtestor, summe, interminatissime Deus, teque, Henrice magne, appello, si pro aliqua mea vtilitate singulari quicquam volui, potui, speraui deposcere, non modò quòd nullo meo merito fretus essem, sed quòd etiam ex eo die, qui dies mihi primus initæ huius suauissimæ meæ societatis illuxit, nulla me alterius fœlicitatis, aut aliarum

opum

opum libido occupauit, quàm vt ſanctè, caſtéque perſoluerem votum magna conſideratione conceptum, de refugienda omni alia, quàm diuinæ gloriæ, cupiditate, de reſpuendis omni obfirmato conſilio rebus humanis, de ſumma voluntaria paupertate ad vitæ extremum vſque anhelitum retinenda; illius amore, ac ſtudio, qui noſtra cauſa pro vindicanda ſalute generis humani omni ſe rerum commoditate, & omnibus, quæ in ſenſum cadunt iucunditatum illecebris ſpoliauit. Atque ita me illa fortunet medullarum, ac viſcerum perſcrutatrix prouidentia, vt
96 alia me vnquam interclusum obſedit ambitio dignitatis, vel honoris alterius, niſi vt dignè, ac par eſſet, hoc Religioſum pallium geſtarem in diuina domo, ſacraque familia; contenderemque pro viribus ſummi mercede denarii, in perampla cœleſtis vinea latifundij, illorum inſtinctu, ductuque, quibus vitæ meæ omnes rationes ab ineunte ætate commiſeram, laborare. Si dixi, ſi feci, ſi cogitaui, ſi tentaui aliquid pro reſtitutione noſtrorum, non feci cauſa cuiuſquam domeſtici lucri; fuit id omne quãtum, quantum fuit ex eorum vſu, & commodo, qui vitæ noſtræ, noſtriue laboris vſura fruentur, poſtquam erimus laribus noſtris Regali munificentia reſtituti: neque eſt omnium, vt ego exiſtimo, dummodo nullo inuidiæ, aut furentis affectus errore cæcatus, quin huius tam illuſtris veritatis lucem aſpicere non poſſit; ſi vel tantillum ad rationem non impeditam tranquillæ mentis aciem intenderit. Quare ſi mea dicta, facta, cogitata omnia, vera,

& testata fuerunt; si in optimam partem omnia comparata; quid subringitur iste? quid oblatrat igitur? quid habet, quod frendeat? quid est, quod nobis faciat de turturibus coruos? de canibus lupos? germanæ veritatis authores, & testes appellet assentatores? ex lilij, ac rosæ intemerato succo venenũ hauriat? ex melle mero aculeos vesparum, & crabronum eliciat? nobis vitia sub virtutum nomine inferat? simplicem veritatem titulo falsitatis abscondat? moderationem, pro assentatione habeat? pro modestia ignauiam dicat? pro constantia temeritatem, pro cautione captionem; pro officio, maleficium; pro fide fucum accipiat? omnium virtutum, atque vitiorum nomina inuertat, quæ iam fere effluentibus miseræ huius inquinatissimæ ætatis sordibus perdita perijsse dolemus? quem ad finem hæc ita, hoc tragico genere dicendi, hoc deerrante capti animi stylo obstrepit tuæ Maiestati? *Abstineamus,*
pag. 89. *Henrice, ab hostium*, inquit, *encomijs*; *caueamus à Sirenum cantibus, quæ eos, qui præteruehuntur miseros cantiunculis irretitos, & varietate cantandi adu-*
pag. 90. *lantur, vt somno sopitos torpescere, & nauim effringere impellant.* Et post paulum; *sine te item inescari, & circumueniri præstigijs*; *non parcent magis tua Maiestati.* Ergone illa est, illa sincera ingenuitas, qua Regiam Maiestatem alloqui oportebat? hoccine illuũ erat de pauperrimis, tenuissimis, inermibus Religiosis homuncionibus, vel me tuendum, vel dicendum, vel suspicandum? Ille, ille, ipsus est, Henrice, quem metuere, quem cauere, quem fugere, quem detestari debebis imposterũ; te ab 97

illo seruare studiosè, tanquam à lenocinante Sirene, ad eius cantionem aurē occlūdere expedit; nisi malis audire, quem damnes; cuius incantationem auertere, omni supplicio mactare constituas. Ac sanè quidem si tua illum Maiestas attentè exaudiat, facilè pro tua sapientia animaduertes eum esse (quod calumniatorum omnium ingenium est) illo ipso teterrimo scelere cōntaminatum, quo notare alios iniquissimè deliberauerat, inuenies eum pari nequitiæ germana calliditate conuictum cum voluptarijs illis senibus, & desperatis, qui innocentem, & pudicam Susannam eius obscœnissimæ turpitudinis accusauerant, qua ipsi impotenter ardebant. Exploratissimum est quemadmodum in isto Rabula ingenuo omnia, quæ ab illa tota oratione declamantur, ad societatis exitium, atque ad nostrum nomen ex finibus humanæ naturę exterminandū sunt composita; ita quas interserit Maiestatis tuæ laudationes, quas demonstrationes anxij affectus in politicum statum, quas testificationes declamatorias pro summo bono huius imperij ventilat, non aliud, quàm eum finem nostri capitalis exitij anhelare; proindeque, ex præstituto communi scopo adulatoribus, ipsum sibi sę assentari, se quærere ipsum, expiscari duntaxat pro summo negotio, omni extremo accersito remedio sua illa non cogitata sapientum, sed optata hominum furiosorū vota honoraria aucupari, ingenij Logodædali, & veteratoris parasiti authoramenta, non commoda Regni, nisi in speciem obtento prætextu. Atque si id ageret ad quæstum aliquem auri,

Mos adulatorum, atq; ingenium.

Daniel 13.

auri, argenti, honoris faciendum, vulgaris esset,
Malitiosa adulatio. & ferenda, in voluptario homine, assentatio:
nunc id modò habebat animo obiectum, vt tuam
Maiestatem, si id fieri ab illo vnquam potuit, ad
iracundiam, ad indignationem, ad stomachum,
ad vltionem incenderet, armaret, impelleret, quo
nos funditus perderet, ac profligaret, quo suum
nouennalem furorem inexorabilem, si id vna tota æternitate sperari posset, exsaturaret, aut saltem aliquantisper nostræ visceratione ruinæ refrigeraret. Idcirco te, Rex, tollit in cœlum, vt
scelestam adulationem in liberam planitiem in-
pag. 15. ferat; in Regum defensione ita porro exspatiatur, ita se dilatat, vt nolit eos ne attrectari quidé,
vel contingi ab ipso Deo: qui si id audeat, audax
facinus esse putet, temerarium consilium, præceps incœptum, ac violentum. Nam eo nomine
appellat in vniuersum omnia eo genere gesta,
Bellarminus lib. 8. de Pontifice Romano. cap 8. quæ Cardinali Bellarminus coaceruauit in opere de Pontifice Romano, in quo digesta copia,
magno iudicio, exquisita sapientia, inusitata modestia, duo Dei immortalis iussu, & authoritate
perfecta, scripturæque diuinitus inspiratæ approbatione testata narrantur. Vnum est, quãdo Deus
Ozias 2. Par. 26. 21. deformi scabie mulctauit Oziam Regem, propter illius insignem arrogantiam, eumque, Pontificis sancito decreto, Regni sui iure spoliatũ, exautorauit; alterum, quando interpositione Pon-
Athalia 2. Paral. 3. 20. 21. tificia, Regali solio Principem Ioam hæredem
legitimum Regni restituit, ac Reginam Athaliam Regiæ stirpis consanguineorum Principum
interemptorum Ream interfecit. Hæc diuinitus
acta

acta,tamẽ ab isto?an dicuntur?an mugiuntur?homine ? an boue?cœpta audacia,&violeta directò contraria diuino,vt inquit,oraculo ; & historicorum omnium detestatione damnata. Hoccine est Regibus assentari?ac nõ excæcatissimo execratæ, ac blasphemæ linguæ periurio Deum potius accusare merita Regibus supplicia intẽtantẽ?Hoccine est laudatoris ingenui scelus ? hoccine consceleratі adulatoris insania?hoccine audacia proditoris diuorũ,atque hominum?imo hoccine vir, an dirum,atq; immane humani generis ostẽtum, qui ea suspicari vnquam potuerit, quæ forsan præter illum decem seculis nemo suspicari fuerit ausus vsquam in Gallia ? Sed rapitur vlterius, nam vno verbo Reges facit,& indigitat summos Deos ; confessus apertè, & contestatus Regum infinitam esse potentiam ; sic enim ait. *Regum potentia, fateor, est infinita.* quod est dicere, possunt omnia, nullis circumscripti finibus vllarum legum, nullo vllius amplitudinis, aut potestatis metu,nulla omnino vllius pœnæ formidine : pro potentia illis est, & pro ratione voluntas ; pro regula, ad quam dirigantur, & pro summa lege, ipsa libido : in summa, sunt dij rerum omnium præpotentes, & suprema numina. O assentatorem execrabilem ! nec minus vesanum, quàm ipsa est illa hyperbole mendax, atque,quod non dubito,tuæ Maiestatis auribus detestanda!Aulici adulalores Caij Caligulæ, & cæteri eiusdem flagitij Imperatorum parasiti omnium veterum scriptorum conspirantium vociferationibus agitantur, quòd per summum scelus suadere conarentur

rentur

Margin notes: pag. 15. (beside "hominе ? an boue…"); 99 (left margin, beside "contraria diuino…"); pag. 15. & 120. (beside "omnia, nullis…"); Aduersarii adulatio plus quam barbara. (beside "præpotentes…")

Demas rentur illis se esse Deos. Demadi publicam mul-
Ælian. lib. 5. Athen. l. 6. c. 6. ctam irrogatam accepimus, quòd Deorum numero censendum Alexandrum magnum Macedonem statuisset: ipse adeo Alexander coruorum huiusmodi assentantium grege aliquando stipatus, cùm iam in India vagaretur, & gētes ne finitimis quidē satis notas bello vastaret; dum in ob-
Seneca l. 8. epist. 60. sidione quadā circuit muros, dum imbecillissima mœnium quærit, sagitta ictus diu incœpta peragere perseuerauit; deinde cùm represso sanguineo tabo sicci vulneris dolor ingrauesceret, & crus equo suspensum paulatim obtorpuisset, coactus absistere, ardentissimè parasitorum amentiam detestatus, *omnes isti, inquit, me Iouis esse filium iurant, sed vulnus hoc hominem esse me clamat.* Atqui omnium horum quanta fuit maxima adulatio haud paulo inferior fuit, & tolerabilior ista lenocinantis Acephali amentia: quippe illa ex eo quam summum nefas potest, excusationem habebat, quod erat ex eius nationis voce profecta, quæ plures Deorū greges faciebat; homines iam exinde numinum loco venerabatur, sed comprehensorum tamen numinū certis finibus; cùm hęc 100
altera authorem habeat, qui se Christianum profitetur; qui agnoscit (si tamen agnoscit) & prædicat vnicum numen: mortales tamen, præ illa fide, infinitæ potentię, & magnos Deos vsurpare, & appellare nihil veretur: imò hanc suam fidem publica confessione autenticè contestatur.
Monstrosa Siren. ô portentosam Sirenem omni prodigio hisce duobus extremis excessibus auersandam; vel quia malitiosam, ac feram præter modum in

calum

calumniando; vel quia intolerabilem penitus in laudãdo; dignissimã pariter omni supplicio tum famosis calumniatoribus, tum insignite improbis assentatoribus constituto. Regiam Maiestatem amo, colo, veneror, vt potestatem par est editissimam omnium inter homines; quam Deus in terris ad suæ diuinitatis imaginem efformauit: sed malè odi, atque detestor ex animo contemptam, & abiectam ignauiam eius nefarij generis adulatorum: nec non volui strictim hac de tanta re tuam Maiestatem esse monitam, certus, ac ratus proinde, ac Regem Christianissimum decet, egregiè memorem esse te penitus quantus es, prout possessorem prædij clientelaris ab illa Maiestate pendere, ac decedere, quæ tibi diadema imposuit: etiamque profectò omne illud improbæ linguæ æternum dedecus exhorrescis, quæ pro dijs homines in cœlum extollit, eos ad mortis, & suæ miseræ conditionis memoriam indormientes deliberauit horribili incantatione, assentatione prædicationis, & laudis consopire.

CAPVT XIX.

Doctrina Societatis de potestate Pontifi-cis maximi, non est alia, quàm totius Ecclesiæ Catholicæ.

101 ALTERVM, quod deinde cõtendo, illud est, super illo capite toties ab isto homine, per summum nefas vsurpato, de potestate Pontificis maximi, quoad censuras; nostrã Societatem aliud omnino nec sentire iam, nec sensisse vnquam, nec velle, aut posse sentire imposterum; siue in Gallia, siue alibi; viuam, aut mortuam, quàm quod doctrina Catholicę sentit Ecclesiæ, quod Sanctorum Patrum, & Conciliorum, & Canonum augustissima decreta sanxerunt; quod facultas Theologica, nominatimque Sorbonica Parisiensis

ſis, quod vniuerſa Gallica Eccleſia profitetur; dico aliquid amplius, quàm quod omnes Reges Chriſtianiſsimi maiores tui cenſuerunt, crediderunt, propugnarunt. Euoluat licet omnia aduerſarius; replicet omnium ſæculorum recordationem, antiquam; profundat, & prodigat acutiſsimos quoſuis, & lynceos ſpiritus ſuos in peruestiganda omnium ætatum memoria; exploret iterum, & pertentet quæcumq; poteſt, dum ne conuicta mendacia, quod fecit, proferat, illi denũcio, illum prouoco, appello, laceſſo, vt audeat, ſi poteſt, aliquid in oppoſitum afferre: ſed non poterit vnquam tota vita, vt ſibi dentes molat, huic veritati, ac doctrinę aut hiſtoriarũ vllarũ fide, aut vllo teſtimonio, aut vlla non inepta ſcriptura contradicere. Atq; illũ voco, & cito; maturè, & tẽpori, vt faciat, ſi ſe ſatis armatũ, ac munitũ ſentiat, vt loquatur, ſi audet; vt ſcribat ingenuè, & verè; ſi illi frõs, ſi animus, ſi audacia ſuppetit: ſed non faciet, inquam: ego interim vrgeo, cõtendo, præmefero illum ſine reuerentia, ſine pudore, ſine mente, dolo malo imponere tuæ Maieſtati, orbiq; Chriſtiano vniuerſo; cùm inſinuare laborat, atque ingerere ad ſuſpicãdũ, nos in Regno inaudita dogmata de illo cenſurarum argumento proponere Maieſtati Regum, ac principum apertè cõtraria. Quid docemus? quid dicimus? quid tuemur aliud? 102
Calumnia aduerſarii.
Reſpondeat.
niſi quod doctores Catholici ad vnum omnes ſemper in Eccleſia docuerunt? quod Academiæ omnes Theologicæ, & Lutetiana imprimis, quod Religioſi quiuis ordines non hactenus toto orbe profiteantur? dic, age, reſponde, te appello, qui
pag. 99.

nos prouocas ad reſpõdendum maximæ ac ſummæ cauſæ; age porro tu, ego te voco, ego te vrgeo, loquere, & canta, Galle, Gallicè, & certis ſignis, & aliquo certo colore. Anne hac in parte quid proprium? quid peculiare nos habemus? anne ſumus facturæ papales, pontificiaque ſeruitia, qui eius authoritatẽ hac in parte defendimus, magis quàm ſint illi Doctores alij omnes Chriſtiani, qui item tenuerunt ſemper, ac tenent hodie, quod nos tenendum, propugnandumque ſuſcepimus? ſi hanc lucentiſſimam veritatem noueras; (quid autem boni noſti?) quid ſolos Ieſuitas tibi pro ſcopo, quò tua omnia nefanda tela dirigeres, deligebas? ſi neſciebas, nónne nefaria eſt admodum, & temeraria, & ad audendum proiecta tua illa putida ignorantia, qui ſic loquare more cœcorum in media luce palpantium, aut omni malo, atque ſupplicio vindicanda audacia, qui adeo imprudenter, ac temerè mentiri, & conuiciari non erubeſcas? Enimuerò, Henrice, quid docemus in Gallia? quod in Italia, Hiſpania, Polonia, Germania, vtraq; India, & quocumq; verſamur in orbe præ nobis apertè nõ feramus? quod vſquã gentium tegere, aut diſſimulare ſoliti, aut ſolliciti ſimus? quod non perinde attingat reliquos Dynaſtas, & Principes Chriſtianos, atque Reges Gallos? quorum tamen omnium quotuſquiſque noſtra memoria de nobis conqueſtus eſt vnquam magis, quàm de tota reliqua innumerabilium Doctorum multitudine? vel illa detorſit argumenta, quæ conſequentia efficit orator Acephalus? vel ſomniauit vnquam ſua imperia pre-

caria esse,aut ditiones, atque fortunas ita obnoxias, oppigneratásque Pontifici, vt eius bona, aut mala gratia niterentur? quidni sibi igitur conquerendum putarunt? nisi quòd ipsorum sensus, & sensa, & doctrina haud habentur alia, quàm vniuersalis Ecclesiæ? neque id officiat ipsorum Regnis, vel conditioni, vel statui; tametsi non sunt illi quidem nec condecorati Regum Gallorum amplissimis prærogatiuis, nec huius Christianissimi Regni maximis ornamentis, & exquisitis priuilegijs armati? quid anteà priusquam emergeremus in hanc lucem? an deteriore fuerat, quàm modò est, aut adstrictiore potentia summus Pontifex? eam nos illi contribuimus facultatem? an Gallorum nostratium Regum decora contraximus, aut antiqua priuilegia abrogauimus?atque si illa vigente, illa conualescente doctrina Catholica,Franciæ Regnum semper fuit ab extrario quolibet alio dominatu immune, solutum, ac liberum, quæ istum tantæ intemperiæ, ac laruæ agitabant? quæ tanta, tam vesana, tam scelesta formido? quæ tanta, tam inuisa insciientia, & sensus obtusi stupore præfacta natura hoc frustum hominis impulit, vt diceret illa opinione integra, Reges non fore deinceps Reges, nisi prout Papæ arbitrio,nec eo amplius collibuerit? Christianissime Rex, certum mihi, atque constitutū est responsum huiusmodi, vt ego nihil aliud dicam, tuæ Maiestati sat esse, qui te filium Ecclesiæ, quasi natu maximum, certè Regem Christianissimum,Christianissimorum Regum sobolem, quadam iucundi- 104

Maligna ignorantia.

tate

tate gratiſsima meminiſti : ſufficere, ſat ſcio, omnibus aliqua ſcientia, atque conſcientia præditis,& honoratis, & ſui ſtudioſis, & iſtius Gallicæ Maieſtatis amantiſsimis quibuſque viris, quibus pariter ſtudeo, ac deſidero eſſe hac parte ſatisfactum:ſin planè aduerſario non ſatisfecerit, quod certò non faciet; neque enim iam in tam deſperato homine id ſperandum videtur, præſertim cùm ea res eius conuicium apertè perfodiat; iugulet calumniam; elatam inſigniter impudentiam prodat; equidem illum confiteri neceſſe eſt, ſe neque Catholicum eſſe, neque Canonum peritum, neque legitimum, ſed expoſitum, aut ſpurium Francum. Nam neque homo Catholicus aliud velit credere,aliud ſentire, præter quod veridicus Deus per Eccleſiam nobis credẽdum,profitendumque propoſuit; quam columnam, & firmamentum veritatis appellat Apoſtolus Paulus : neque Canonum ſciens aliam doctrinam exponere, quàm quæ ex decretorum ampliſsimorum, & immortalium limpidiſsimis fontibus hauriatur; neque bene Francus alias opiniones inuehere, niſi quas vel ipſi Reges Chriſtianiſsimi,Principes, ac Domini capitis illius ſuo exemplo docuerunt; vel optimates, ſapientes, & proceres Regni ſcriptis libris publicè célebrarunt: fateri etiam illum toties oportet ſe peſtiferum, & ſolenne proferre mendacium, quoties perſcribit hanc noſtram de Pontificis facultate doctrinam ſubreptitiam eſſe, nouam, & vſque huc penitus inauditam, adſcititiam, & in hunc orbem à nobis nouiſsimè importa

Eccleſia columna, & firmamentũ veritatis. 1. Timo. 3.

portatam, quoties etiam cumque doctrinam infaustam, atque malè ominata paradoxa nominat, quod sæpe facit, toties vel delirat, ac nón satis intelligit quæ dicat, nec rem penitus capit, imò calumniatur, vt postea dicam: vel si se ille capit, & quid aiat attendit, si seriò loquitur, nec cerebro deerrat, aut animo ioculariter excurrit, certè quidem diuinam Ecclesiam hæc ipsa tradentem, docentemq́; inauspicatã, atq; execrabilẽ appellat, ipsum se nomine execrati blasphemi designat: ἆ ζῶον ταῦτα ῥήματά ἐστιν ἢ θαύματα; hęccine, bellua, effata tua sunt? an fatua fata tua, atque portenta?

Ad Demosthenẽ Aschenies.

CAPVT XX.

Illa nostra doctrina de potestate Pontificis, nihil obstat prærogatiuis immunitatibus Francorum Regum.

AFFIRMO præterea tertio, quod de illo Pontificio principatu vniuersè sentimus, non eo comparatum esse, vt communicatis cum Regibus Francis, (tuis, Henrice, procreatoribus) excellentis cuiusdam dignitatis immunitatibus officere, aut præiudicare velimus; absit, quin reclamamus potius, & celebramus eos dignissimos fuisse, qui per omnia quantùm, & quantacunque in re fieri potest, à sede sanctissima, omni aliorum Regum Christianorum, ac Principum communi, & vulgari lege eximerentur, fouerentur insigniter, omni libero, & exquisito iure donarentur; idque suis maximis in Christianam Rempublicam meritis, quam præ omnibus semper, à suo primo satu coluissent, auxisset, defendissent. Dicã ad prædicationem, & decus Gallorum nostrorum Principum sempiternum, quoad strictim, ac breuiter de tam amplo, & fuso, & nobili argumento colligi potest; mihi mentis oculos per antiqua Regum nostrorum decora circumferenti, &

Insignia merita Regum Franciæ in sedem Apostolicam.

prisca

priſca ſcriptorum omnium monimenta memoria repetenti videri ſolere primùm tantam eſſe rerum ab eis geſtarum magnitudinem, tantamque copiam, vt neque poſſit quiſquam, ne ſi mentiri quidem velit, maiora confingere:tum ne, quia ſunt infinita, omnia perſequamur,eos fuiſſe, qui ſemel ſuſceptam Ieſu Chriſti Seruatoris noſtri Religionem maiore conſtantia, quàm de vllo genere mortalium audiuerimus vnquam,puram, incorruptamq; tenuerunt:qui plures, atrocioreſque illius hoſtes ſuis armis extinxerunt, aut bellica virtute perdomitos errorem ſuũ deponere, ſeque ad Eccleſiæ Societatem recipere coëgerunt, quàm cæteri Reges videre ſuis oculis potuerũt: qui propagandi Chriſtiani imperij,& auitæ fidei amplificandæ inſatiabili quodam ardore ſuccenſi, ſummum ferociſſimis nationibus terrorem incuſſerunt: clara illa, & exornata trophæa, illuſtrium victoriarum inſignia, & monimenta in diſiunctiſſimis terrarum oris erecta reliquerunt: qui proprij Regni abiectis ad tempus ſtudijs, ac curis, ſua ſubinde ditione poſthabita, patriaque relicta, tranſcendere Alpes, perrumpere Italiam, penetrare Latium, tranſmittere maria, tranſportare in alienas Regiones exercitum ſæpenumero nõ recuſarunt, vt ſedi Apoſtolicæ laboranti ſuccurrerent: Pontifices Tyrannorum iniquitate, & iniuria oppreſſos non tutarentur ſolùm, aut in priſtinam reſtituerent dignitatem, ſed tam multis ornamentis afficerent, tam firmis præſidijs communirent, quàm fruuntur modò: qui vires ſuas, & copias, & facultates,

corpora, & ſua arma, & populos ſuos prodigerent; vt authoritatem, atque potentiam Principis ſedis ab iniuria vindicarent, quam orator improbus ſui calami, ac ſtyli, quaſi tormento puluereo expugnare, ſui calamarij, atræque ſepiæ, quaſi fumoſo tormentario afflatu exſufflare, & labefactare contendit: qui Pontificum maximorum, & ſpiritualium Petri clauium non Maieſtatem tantùm à contemptu vindicatam fulſerunt, aſſeruerunt, ſuſtentauerunt; ſed dominatum 106
quoque, atque imperium firmauerunt; etiam opibus adauxerunt, ſtabiliuerunt; parentis Eccleſiæ facultates ſupra modum amplificarunt; dignitatem fractis, & obtritis hoſtium viribus à certo penè interitu reuocarunt: inſuper auri, argenti, gemmarum, oppidorũ, prouinciarum, imò Regnorum vim pene infinitam Apoſtoli Petri ſacroſanctis hæredibus impertierunt: locupletarunt fortunis, atque omnibus ornamentis Eccleſiam; imò verò Francæ familiæ, ac munificentiæ Gallicæ ſancta Chriſti vicaria ſedes bonam partem Eccleſiaſticæ ditionis, atque Apoſtolici principatus honorariũ ſibi ducit eſſe, acceptam eſſe
referendam. Neque homo eſt omnium adeo ex- 10
cors, aut adeo tenuiter in hiſtoriæ antiquo curriculo exercitatus, qui prorſus ignoret, aut non inaudierit aliquando inauditum affectum, obfirmata omni vſu ſtudia, exhibitam tot incredibilibus monimentis Religionem Gallorum Regum erga Pontificem, cui vicariam ſuam Chriſtus ſeruator authoritatem impertiit. Sed quid ego hæc à noſtra memoria tam longinqua repeto? tua, tua

ipsa Maiestas maiorum exemplo suorum, eorum omnium studiorum, virtutum, voluntatum, munificentiarum significationes dedit amplissimas, tum iam inde ab illo vsque tempore, cùm diuinæ placuit Maiestati, te ad gremium, & splendorem inducere clarissimum dulcissimæ parentis Ecclesiæ; tum nominatim annis elapsis, quando Clementi octauo Pontifici maximo armorum tuorum, & clientum, & Regni, ipsiusque personæ regalis prætetulisti auxilia, & trāsalpinam opem esse laturum, si vsus ferret, pro ducatu Ferrariensi recuperādo. Nō fuit opus, sed tanti fuit illa oblati opportuni subsidij denunciatio, vt eo quidem non esset opus. Ob quæ omnia tot, tantaque promerita Regum Frācorum in Petri primarium tribunal, semper summi Pontifices quoscunque potuerunt honores habuerunt Regibus nostris: eos omni fauore, & spiritali gratia, qua poterant, sunt prosequuti: supra omnes omnium nationum Principes singularibus donis, exquisitis priuilegiis, inusitatis ornamentis cohonestarūt: denique ex omni antiquitate in scriptis, decretisque suis eos præstantissimis laudibus, quæ in Christianū

107 Regem cadere possunt, extulerunt. Inde est pro illis immortalibus meritis, quòd Innocentius tertius ait, Reges Gallorum PRÆ CÆTERIS TOTIVS CHRISTIANI ORBIS REGIBVS SEMPER APOSTOLICÆ SEDI, vt ipsius verba reponam, OBSEQVIOSOS, ATQVE DEVOTOS EXTITISSE. Honorius tertius MVRVM PRO CHRISTIANIS INEXPVGNABILEM ES-

Clemens octauus.

Prærogatiuæ immunitates à sancta sede cōcessæ Regibus Franciæ.

Iisdem inditæ à summis Pōtificibus cōpellationes honorariæ.

Innocētius 3.

Honorius tertius.

Gre orius nonus lib. 4. epist.c.96. de Childeberto loquens.

se. Gregorius nonus REGNVM GALLIÆ PHARETRÆ INSTAR EXISTERE QVAM SIBI CIRCA FEMVR CHRISTVS ACCINXIT, EX QVA SAGITTAS AMENTATAS EXTRAHENS, ET ELECTAS VT SIBI GENTES ET REGNA SVBIICIAT IN ARCV, ita enim loquitur, BRACHII POTENTIS EMITTIT. propter eadem illa tam singularia in Pontifices collata beneficia, Gregorius primus nominat REGEM FRANCIÆ CATHOLICVM, ET PRÆCELLENTISSIMVM FILIVM SVVM. Gregorius itidem nonus REGEM INTER OMNES CHRISTIANOS CHRISTIANISSIMVM. Innocentius quartus adiutus à Diuo Ludouico singulariter CATHOLICVM PRINCIPEM AC REGEM CHRISTIANISSIMVM. Vrbanus quartus PRINCIPEM INCLYTA DEVOTIONE PRÆCLARVM CHRISTIANISSIMVM, ET PRÆCELLENTIVM MERITORVM PRINCIPEM, ATHLETAM CHRISTI STRENVVM ET SOLICITVM CHRISTIANÆ FIDEI DEFENSOREM. Quæ tam diuina immunissimæ Maiestatis plenissima nomina, & illum, quem tot sæculis, obtinuerunt, obtinent, obtinebunt, inter omnes Reges principem locum, Reges nostri non ambitione sua immoderata, aut aliena immodica assentatione consequuti sunt, sed ipsi laboribus suis, suis periculis, suo sudore, ac sanguine, sibi, suis-

Gregorius primus, lib. 5. epist. c. 106.

Gregorius nonus.

Innocentius quartus in lib. contra Talmud Iudæorum.

Vrbanus quartus.

108

ſuiſque nepotibus compararunt; effeceruntque, quod poſtea magis ſuo loco dicam, vt quemadmodum ſedem auguſtam ſpiritualis Regni ſeruatoris Numinis ſuſtentarunt; ita ipſorum temporarium dominatum Deus firmitate diuturna, atque immutabili ſtabiliret. Abſit igitur, abſit, idque à nobis auertat ſummus Deus, vt ea doctrina, quam profitemur de iuriſdictione Pontificis erga cenſuras, quas iſte ait, velimus vnquam de tam eximia tot ornamentorum, ac decorum prærogatiua detrahere, quæ tam certis notis, tam illuſtribus argumentis fuerũt maioribus tuis Regibus noſtris collata diuinitus. Eo ipſo ſummorum Põtificum authoritatem impiè petitam, & impugnatam aggrederemur, qui contulerunt, perinde atque inconſultiſsimus aduerſarius intolerabili cæcitate irrita facit, & abrogat, quoad in eo eſt, dum illi ipſi derogat poteſtati, quæ illa conceſsit. Nam ſi Pontifex nullum diuinum obtinet in Principes principatũ, ſicut iſte cum Luthero, & Caluino contendit: conſequitur igitur illa ſingularia decora impartire nõ potuiſſe Pontificem, itaque vana, & irrita exiſtere oportere: ergo fuiſſe etiam iſtius imprudentiſsimi rerum omnium perturbatoris occæcato priuatis odiis furore ſublata. Eadem amentia cæca, & auerſiſſimo eodem à ſede primaria animo prætermiſit
109 Regum Francorum Maieſtatem ex propriis illorum titulis, ex proprio veteri debito iure, ex præſtantibus meritis Regni, & immunitatibus honorarijs corroborare, nulla alia via patefacta, atque perſuaſa Regibus medendi diſſentionum

periculis, quæ inter Pontifices Maximos, & Reges Galliæ suboriri possent, præter illam vnam conspiratam despicientiam sanctæ sedis, vel etiã inimicam disiunctionem animorum, & concitatam armorum conuocationem contra Pontificẽ, more transfugarum desertorum errantium Catholicæ fidei, qui IESV CHRISTI Domini nostri vicarium fera peius, & angue auersantur. Atqui potius meminisse debebat, nisi vel tuæ Maiestatis prosperę fortunæ insidiator callidissimus inuideret, vel totius antiquitatis historiam detestaretur decrepitus puer, maiores tuos, & Gallicam Ecclesiam semper pro scuto, pro Palladio, pro magno præsidio fuisse vsos, contra variorum temporum sæuientes procellas, meritorum suorum, & gratiarum spiritualium argumẽtis, ac notis antiquis, & certis: primùm primo natorum Ecclesiæ debita obseruantia in Christi vicarium studiosè retẽta; tum suæ dignitatis, suique Imperij Maiestate etiam conseruata. Quas ob res, iste omnium Maiestatũ euersor iniuriosus est, & facinorosus in omnes, & vbique, & in omnẽ partem: siue Regia iura præuaricator ineptè tuetur, siue iurgiis procacibus, & maledictis obtrectator petulans vexat, & figit Apostolicum solium: siue societatem hanc innocentissimã coniuratus hostis apertè calumniatur. Ex quibus omnibus cumulatè videtur, mea sẽtẽtia, Henrice, Maiestati satisfactũ tuæ, eaque mihi iusta, ac locuples erit cumulata respõsio ad ea, quæ Acephalus, & Catechista hinc inde, scarabæorum more, decerpta ex libris, aut nostris, aut eorum, qui pro nostro

Remedia vsurpata à Regibus, & à clero Franciæ, vt mederentur dissidiis inter Pontificẽ, & Regem excitatis.

asseren

asserendo iure scripserunt,citare,ingerere, refercire consueuerunt;nihil veriti particulatim omnia fraudulento mendacio perinde, atque contra Galliam dicta detorquere,quæ generatim,& cõ-
110 muniter fuêre de summo Pontificio iure exposita,sua interim Franciæ libera antecellẽtium meritorũ,& decorũ suorũ possessione, & iuris Regij immunitate antiqua seruata. Exẽpli causa Franciscus Montanus (quem isti homines è Societate nostra fuisse autumant) scribebat in genere vsum Apostolici gladij spiritualis in plurimos Reges variis, ac dissimilibus in Regnis vsurpatũ fuisse aliquando,quamquam non opportuno, atque vtili semper euentu , quòd illi gladio obnoxiæ,subiectæque personæ, minus aptæ, nec satis compositæ inuenirentur. Ista vniuersè dicuntur, ex totius antiquitatis temporum omnium vsu adstipulata sententia , nulla habita prærogatiuarum particularium mẽtione:isti plagiarij,peruersissima interpretatione,ad familiarem,atque priuatam , contra solos Principes Galliæ , traditam nostræ societatis disciplinam accommodant ; in eo gaudent , efferuntur , exultant , triumphant mire beati , clara , & exornata trophæa in cælo reponunt ad Herculis clauam : maximè illius Montani apiculis, ac verbis , vt faba ventres,inflantur , & regnant , *obnoxiæ , subiectæque* , inquit, *personæ minus aptæ , nec satis dispositæ tunc inueniebantur.* Hæc Montani verba fuerant hoc versiculo expressa , quæ iste deprauat , ac si diceret execrationem Pontificiam non rite cessisse ad subditorum animos ad perduellionis nefariam defe-

Calumnia ex quodam Frãcisci Montani loco maliciosè detorto. pag. 13. 19.

Calumnia ex quodam Frãciſci Montani loco malitioſè detorto pag. 13. & 19.

defectionem deſerendis ſuis regibus animandos: quòd Regum ſubditi nec dũ benè à Ieſuitis tractati, aut comparati inuenirentur: cùm hoc dicere ſolum propoſitum Montanus haberet, perſæpe huius diuini mucronis diſtrictionem fructuoſam, ac perneceſſariam accidiſſe quamplurimis, quòd bene paratis, diſpoſitiſque illi Eccleſiaſticæ ſubiectis poteſtati principibus accidiſſet: quem- 111
admodum Theodoſium Imperatorem accepimus à ſacris ſummotũ à Diuo Ambroſio ad meliorem frugem eſſe, atque ad ſalutarẽ pœnitentiam reuocatum: alijs verò aliquot non paucis eam diuinam mulctã obfuiſſe potius, quàm profuiſſe, vt pote non ſatis ad emendationem temeritatis, vitæque ſceleratiſsimæ correctionẽ affectis, ac paratis: quo numero fuiſſe tenemus Imperatorem Federicum, quem illaqueatum omnibus diris auſpicijs, alligatum legum ſacratarum catenis, irretitum omni capitali periurio, more maiorum, Innocentius quartus Pontifex in Lugdunẽſi œcumenica ſynodo, cui Diuus quoq; Rex Ludouicus interfuit, ſacrarum imprecationũ fulmine coercuit; neque ſe tamen ille correxit, aut ad ſaniora mentis ſanioris inſtituta conuertit: ſic enim ex recepto vſu loqui conſueuimus, cibum, vel medicinam nihil quicquam conferre prauè conſtituto ſubiecto, ſcilicet ſtomacho perperam comparato, quæ alioqui operatione percõmoda alteri prodeſſet benè parato. Ita, quæ de perſonis cenſuræ ſubiectis dicta fuerant, iſti vel vitioſa ignoratione, vel deprauata malitia accepta de principum ſubditis expoſuerunt, mendiculi le-

Theodoſius.

Federicus.

D. Ludouicus in concilio Lugdunenſi.

legu

guleij, præcones dictionum, aucupes syllabarum, qui minuta verborum aucupia, literarumque tendiculas in inuidiam torquent: captiosissimo genere fraudis in ambiguo SVBIECTI nomine digladiantur: equitant in punctulis: triumphant in apicibus: pro ludo habent impunissimè à perspecta veritate desciscere, dum syllabas, vt priscè dicam, conscribillant: quo quid potest esse dicive distortius? Imò sanè quo illorum animosa odia facile internoscas, multa à Montano eo ipso reprehenso loco scripta præclarè taciti, quasi ignota sunt præteruecti, de summis Gallorũ Regum prærogatiuis honoribus, de quibus tam ornatè, tam copiosè, tam honorificè disputauerat, vt de eo genere à nullo, quàmuis ad vnguem expolito, suisque Principibus obtemperantissimo Franco nec liberius vnquam, nec honorificentius tractari potuisse videatur. Ecce tibi, Rex, ecce qui ita Regum suorum iura mendaciis, & inhonestis vanitatibus tueantur: neque verò illorum est in-

Maligna tota calumnia in ambiguo nomine subiecti fundata.

Quàm iniqua dictionum, & syllabarum fraudulenta venatio.

112 genij, neque propensæ volũtatis Principum suorum, vt conuenit, Regia ornamenta defendere: mens ea illorum est vna, id susceptum cõsilium, ars ea familiaris, ea disciplina domestica, Iesuitas ardenti cupiditate, cuiuscumque tandem incommodo, aut damno, per omnem infamiam, quantum aut lacertis contendere possunt, aut rictu labiorum, aut acie calami, aut robore laterum, aut intentione viscerum, & fibrarum, ignominiæ nota perpetua deformare, hoc vnum omni obstinato studio sibi proponunt, præterea nihil.

DEINDE

CAPVT XXI.

Propositiones aduersarij periclitantes in fide, & statui Reip. perniciosæ.

DEINDE PORRO quarto loco; omni asseueratione demóstro ab aduersario propositiones induci, vel pro assertis, ac positis statui, sua illa mira Metaphysica subtilitate collectas, non penitus vero aduersas modò, sed & Regio statui, & tranquillitati publicæ, & Regum potentiæ calamitosas, ac noxias: postquam nihil eum suppudet asseuerare id tradi vulgò, ac doceri à nobis, Reges interdictione sacrorum fieri Ty- *Pag. 2. 25. &* » rannos; subiectos clientes solui publicæ fidei » exhibito Regibus sacramento; eripi sua sceptra *pag. 51.* » Regibus, & extorqueri; illis violentas posse ma- *pag. 72.* » nus afferri, ac reipsa continuò postquam Henri- » co Valesio fuisset rebus diuinis interdictum, non » alio posthac vsque ad funestum interitum, quàm » Tyranni nomine à Iesuitis fuisse notatum: neque » verò tantum furoris, ac sceleris futurum vnquam » fuisse Iacobo Cleméti, vt Regé occideret, nisi illa » pestilente doctrina fuisset afflatus. Quot verba, tot probra; quot argumenta, tot portenta, tot peccata, tot errores, tot stipata conuicia. Error, & conuicium est nos docere, vel quemquam alium doctorem Catholicum, nisi fortè amentem, Principes effici excommunicatione Tyrannos, aut ex eo esse tyranni appellatione vnquam affectos, quòd communium sacrorum socialibus *S. Ambrosius.* aris prohiberentur. Theodosium à D. Ambrosio templo, sacrísque muneribus spoliatum, ac procul à communione Catholica abesse iussum meminimus fuisse; plerosque etiam non paruo numero summos Principes aliorum antistitum censoria sacra nota mulctatos, quos tamen constat

neque

neque habitos, neque censos Tyrannos, ex ea causa, neque suis imperijs exactos, neque populos clientelari iureiurando exolutos. Excõmunicatio ex suo proprio genere non illo apparatu, non illo choro stipata progreditur: ea ex se, atque in sese non alia est, quàm interdictæ communitatis sacrorum euulsio, prout paternorum bonorum, & portiunculæ hæreditariæ exhæredis filij iudiciaria exhæredatio. Schismatici, aut hæretici, qui sui iudicij sectam, ac rationem sequuntur, pro sua quisque libidine, qui se ipsi à Catholico cœtu perfugæ diuulserunt, qui parentis Ecclesiæ viscera ruperunt, qui distracto ventre materno, suam obductam antea frontis integumentis nequitiam in auras horrendis angoribus produxerunt, sacri quidem illi sunt, & execrati suopte ingenio, suopte iudicio, suopte flagitio, propriaq; se ipsi sententia sacris arcuerunt; non ideo sunt tamen Tyranni, nisi alio quopiam se crimine, alijsque se distinctis execrationibus deuinxerunt. Excommunicatio non nisi excommunicatum facere potest; eaque fulminatur in Principes, non vt tyranni fiant, neque vt suis ditionibus remoueantur, neque vt subiectis gentibus, quas moderandi, ac regendi sui ipsæ suis Regibus dederunt, laxentur habenæ; vel iurata, conceptáque, more, ac legibus, fide liberẽtur; verùm vt homines salutari terrore, cõmodisq; supplicijs ad pietatis frugẽ, quasi adducto fræno, reuocentur. Tyrannica sunt, & violenta facinora, quæ Tyrannum efficiunt, vti latrones latrocinia, homicidas homicidia, etiam excommunicatione

Quid sit excommunicatio.

Quem ad finem inferatur excommunicatio.

tione ſemota. Piſiſtratus, Phalaris, Dionyſius, Nero, Diocletianus, Apollodorus, & reliqui ad perniciem nati generis humani tyranni illi quidem extiterunt, non fuere tamen neque à Papa, neque, quod ſciam, ab Epiſcopo ſacrarum dirarum obnunciationibus ſolenni apparatu deuoti. Porro illa tyrannis, illæque capitales Ty- 114
rannorum furiæ exprobata, ac proba diuinarum, humanarumque legum ratione ſunt æſtimandę, & earum quidem quæ non populari conſilio, ſed ipſius prudentiæ iudicio, & certa conſultæ iuſtitiæ regula expendantur. Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen; qui ſi iudicat, non delectu aliquo, aut ſapientia ducitur ad iudicandum, ſed impetu nonnumquam, & quadam non rarò temeritate, & inconſulta ſemper amentia: alioqui iam quiſque Princeps ſimul Tyrannus numeraretur, atque moleſtum vectigal quodpiam impoſuiſſet, aut quiduis aliud inconſultè feciſſet, quo leuiſſimè populum offendiſſet. Error etiam eſt, atque conuicium putare, dicere, ex noſtra tradita diſciplina quemcunque tyrannum interfici licere: illa eſt hæretica Anabaptiſtarum deprauatio, quam prę inaudita ignorantia, & expianda omni malo nequitia Catechiſta, cum iſto veteratore anonymo, nobis imponit: adeoque non illis eſt ſatis eſſe improbos, niſi nos vel inuitos etiam faciant ſceleratos. Noſtræ doctrinæ profeſſio hac in parte eadem penitus eſt, quæ Iuris conſultorum omnium, quæ germani Canonici iuris Antiſtitum, qui non hoc docent, quod iſti dicunt, quodque eos, atque nos omni accer

Quinam Tyranni

Anabaptiſtarum hæreſim impiam nobis imponit.

accersito artificio dicere volunt. Tyrãnum à Tyranno distinctũ discreta ratione distinguunt: vnũ enim deterrimi generis faciunt, quem vsurpatorem alieni iuris,& Regni definiũt, qui iustum alterius imperium nullius sibi iuris titulo inuadit obnoxium, qui de herifuga seruo dominum se, atque herum efficere habet propositum, qui iurisdictionem alienam sibi statuit occupandam, qui alterum Aman, aut Holofernem ab inferis exhibet excitatum, quem Iudith, aut alia quæcumque persona priuata, seu publica, maximè verò, accepta à proprio Principe potestate, aggredi possit. Alterum illud esse aiunt tyrannorum genus, qui more, ac legibus in Regni administrationem acciti, more tyrannico tamen imperant, quos attingere, ac lædere nemo priuatus debet, aut subditus: hinc est quòd diuinissimus Princeps Dauid Saüli Regi nunquam est ausus manum iniicere, aut vim vllam inferre, quantum ab eo cunque iniquissimo odio vexaretur, illeque tyrannicè ageret, neque quisquã penitus Hebræorum struere, aut moliri aliquid calamitatis, vel periculi aduersus Regem Achab longè tetriorẽ Saüle tyrannum, neque in illius caput, durius quicquam sibi machinari licere putauit. Quare conuiciatur Acephalus, ac simul etiam turpiter errat, qui dũ premere, atque opprimere nos cæci ad instar Andabatæ aggreditur, falsissimam opinionem omni ex parte, omniq́ue ex capite periculosam assertam, stabilitamq́ue corroborat.

Duo distincta genera tyrãnorum.

Prius genus deterrimum tyrannorum.

Alterum tyrannorum genus.

Dauid 1. Regum 2.47.

Achab. 3. Regum 22.

Quæso te, Henrice, ac testor, hoc audi, quod dicam, neque Regiam aurem tuam rem hanc

vnam maximam ſine ſumma cõſideratione prę-teruehi patiare. Iſte mortalium inſipientiſſimus, dum ex vna parte nos præſtantes Theologos appellat, quod ſæpe facit, idem autem ex alia, dum tanta contentione ſignificat, ac perſuadere conatur nos in ea eſſe ſententia, cuique quemcumque tyrannum interficere licere, certè, Henrice, conſequens eſt, vt iſte authoritatem, ac pretium ex noſtra authoritate afferat, atque ex noſtro ſenſu conciliet, illi exitiali, & ab vniuerſa Eccleſia improbatæ, damnatæque doctrinæ. Nam ſi alicuius optimæ notę, ac primi nominis Theologi ſumus, quod ille ait, ſique illa eſt noſtra ſententia, quod nequaquam eſt, ergo bonam eam eſſe, & cuique liberam, neque vlli ſuſpectam efficitur, eamque cuilibet probare, ſequi, amplecti, ſalua conſcientia, & quos volet tyrannos interimere integrum eſſe. Quid ſceleris iſtud eſt? quid, Rex maxime, ad ſolam auditionẽ tanti criminis exhorruiſti? Certè vides, hic homo inſano ſtudio maledicendi, falſo colore, impioque prætextu communis boni inſaniſsimorum hominum armat audaciam: tum ad extremum periculum Regno, ac ſtatui moliendum, tum ad perniciem, interitumque principibus comparandum, qui non tyranni illi quidem extiterint, ſedquos illi rabie efferata elati, pro ſua quiſque libidine, tyrannorum numero cẽſuerint 116
reponendos.

Illa Anabaptiſtarũ hæreſis de occidẽdo tyranno damnata in conſilio Conſtantienſi infra cap. 27.

CÆTERVM ego nunquam audiui poſtremò defunctum Henricum Regem à quoquã noſtrorum hominum tyrannum eſſe nominatum: & verò cum illis familiariùs aliquanto ſum, quàm

An Regem Henricum poſtremo defunctum tyrãnum appellauerint.

iſte

iſte verſatus:ac ſi extitêre nonnulli, qui in publica tanta perturbatione omnium rerum,ſecus auderent, quod fieri potuiſſe non dubito equidem, præſertim in tanto numero, tantaque varietate diſſimilium ingeniorum, & temporum; hoc ego tamen ſumma cum fide cõtendere auſim, eorũ à ſuis moderatoribus, ac rectoribus hac parte probatum fuiſſe neminem, neque eos eius maculæ illis authores,aut ſuaſores extitiſſe, neque, quod inſulsè efficere vult illiberalis declamator, ſi accidit vnquam,id excommunicationis cauſa contingere potuiſſe. De Iacobo Clemente quod iactat,nunquam ille nos hortatores, aut Conſiliarios habuit tanti in Chriſtum Domini, tamque inauditi facinoris ſuſcipiendi:nam neque ille Societatis noſtrę alumnus,neque noſter auditor extiterat, neque pro confitendis peccatis operam vſquam noſtris dederat; neque vllam noſtrã domum vlla vnquam de cauſa frequentauerat, neque aliquid commercij nobiſcum habebat, neque nos fortaſſe de vultu, quod ſciam, nouerat; aut in ſuarum cogitationum conſultationem adhibebat. Etenim quamquam etiam noſter ſocius,& diſcipulus,& familiaris,imò gẽtilis,agnatuſque germanus fuiſſet, non tamen magis Rei, & conſcij ſceleris illius eſſe poſſemus, quàm illa Dominicana. familia, in qua Religioſo inſtituto ſuſcepto viuebat,quæ ipſa culpę penitus expers fuit,vel ipſius aduerſarij, qui nunquam ne tenuiter quidem illam accuſat,eius innocentiæ ſuffragante ſilentio: multo verò minus habeat, vnde nos eo loco arguere poſsit,ſeſe diſrumpat licet, & ſaxum mor-
 deat,

deat,quamquam eum insanitas, & ægritudo animi vaticinantis dicere,scribere, fingere impellat nos flagitiorum omnium machinatores fuisse, & architectos, necnon,flectere si nequeat superos, Acheronta permoueat: aut si criminum ansam, ac materiam omni abhibito consilio nullam inueniat, deprecetur ex Anglia, accersat ex Polo- 117
nia,adsciscat ex Belgio,mutuetur ex insulis,asportet ex æquore Atlantico, haud aliter paulo,quàm Arnaldus alter ille causidicus, anno millesimo quingentesimo nonagesimo quarto,nobis ingentes actuarias naues,& triremes immensas vellere aureo,aut saltem argento, auróque infinito grauidas,&onustas asportabat ex plaga Peruana,aut ex insulis Philippinis,aut nescio vnde ex Platonica Atlantide,vbi aiunt non esse somnia.

CAPVT XXII.

Calũnia illata contra sedẽ Apostolicã, & Cardinales refutata.

QVINTO; statuo in sedẽ Apostolicã contumacem,præfractũ,superbum,iniuriosum fuisse,atque in sua oratione mirabiliter errabundum,præcipitem,aç vagum, quãdo ait Cardinales alumnos Regis Hispani eius gratia, & acerbissimo in Franciam odio Pontificem summum quadã necessitate cogere,incitare, addictum tenere,ad quidquid audendum,ac patrãdum, quod visum illis,ac deliberatum fuerit:hodie à Neapo-
,, litano Prorege nescio quo, vel à cæteris factio-
,, nis Hispanicæ coniuratis malè faucibus premi,&
,, gula pedibus oblisa,ac præfocata obstringi,obsi-
,, derique Pontificem maximum.Romam vnquam
,, non alia annona victitasse,quam Sicula: Francos
,, non posse amplius contra vim illam,vt quondam
,, solebant,Pontificibus opẽ ferre, neque per solita

Vanissimæ aduersarij ratiocinatunculæ.

auxilia eos ab ijs perpetrandis, quæ nõ oporteat, „
aut quæ non debeant deterrere.Perſequere ô fu- „
ria, quid progredi times? quin Pontifices pergis
appellare baiulos, aut facere captiuos remiges
nauticos?ſume animos,ingenuus es: vide quid te
deceat, amplius aude, attenti ſumus,tibi iam li-
7 cet,nemo negabit,tu lates,nemo videbit, os tibi
lupino folliculo eſt obuolutum, ne time ne cœ-
lum videat, ne non ſis iam ſatis abſconditus par-
ricida.ô deteſtabilem hominem; ſiue quòd hæc
dicis,ſiue quòd viuis!Henrice, aſpice oratorẽ in-
genuum,vide hominẽ Francum,tui ſtudioſum,&
tui inter mortales ſummi amici Pontificis, nam
ſaniſſimis illis antecedentibus efficere vult ſa-
croſanctam Apoſtolicam ſedem nec velle, nec
poſſe recuſare quominus omnes Hiſpani volun-
tates adimpleat, eius omnibus ſtudijs velificetur;
omnibus cupiditatibus obſecũdet; Francos verò,
Francorumque Reges execrationum fulmine vi-
uos, mortuoſque tranſuerberet, quomodocun-
que, & quandocunque, & quacunque de cauſa
hoſtibus Franciæ capitalibus fuerit conſtitutum.
Deus, tuam fidem! quem ego dicam iſtum ho-
minem? vllius rei bonæ omnino ſcientem? eſſe
non ſolet.probum,an frugi?non poteſt. Regi ſtu-
dentem?non habet vſum.allaborantẽ regno Gal-
lico?non eſt illius ingenij. Chriſtianum? quis te-
trior vnquam hoſtis nomini Chriſtiano? Catho-
licum?papæ!qui CatholicorumPrincipem,ac pa-
trem omni malo inceſſit? Ergóne Caluiniſtã in-
fœliciſsimũ?imò aliquid amplius, aut ſiquid po-
118 teſt ex libera barbaria emergere immanius.Enim

uero partim perinde ratiocinatur, vt ſi Reges 118
Franciæ, nec vllo conſilio, nec vllo robore pollerent, ad refrenandam, arcendamque vim intentatam, & ab extrario quopiam molitore principe excogitatam; partim omnes Romanos Pontifices nobis exhibet nō totius Chriſtianitatis cōmunes parentes, ſed viliſsima Regum ad omnē auram, & libidinem ficta, atque deſtinata mancipia: qui præſto ſint, ad omnes illorum effrænatos furores exſatiandos, contra ius, faſque: qui nō Chriſtum, ſed quæſtum, οὐ χριστὸν ἀλλὰ χρυσὸν, non animorum gregis vniuerſi ſalutem quærant, ſed vitæ vmbratilis, ac delicatæ opportunitates, ſaginam, abdomenque corporis, domeſtici victus cōmoda ad vſus neceſſarios parata, opeſque culinę parabiles mendicatò colligant: qui vrbis Romæ macellum augere, horrea explere, lucra frumētaria accurare, commoditates reliquas familiares accerſere, denique Galliam transferre in Capitolium, Sequanam in Tiberim deriuare, Alpes in Auentinum trāſuehere, habeant pro ſuo ſummo commiſſo penſo virili. ô ſcelus! ô peſtis! ô labes generis humani! iſte declamator qui ita ratiocinetur, qui ſic colligat, an non ſenſum amiſit, credo? mentem perdidit? pudorem abiecit? conſcientiam oppreſsit? certè mercedē orationis eſt conſequutus, immanitatis in gutture, ſtuporis in animo, dedecoris in fama, turpitudinis in vita, ac, niſi reſipiſcat, extremæ vltionis in tartaro. Nam vt accidere forte queat vnum aliquem Pontificē ita tranſuerſum agi, qui aliquando aut ſe metu abripi, aut alia quapiam cupiditate immoderata

Aduerſarius in ſummos Pōtifices cōtumelioſus.

abstrahi patiatur, quem periculi tẽpestas, quem honoris aura, quẽ lucri procella potuerit de suo cursu, aut spe, aut vultu dimouere, ex eoque in suis susceptis negotijs suæ dignitatis immemor, officij pariter obliuiscatur (homines enim sunt, humani à se nihil alienum putant Pontifices) at cõtumeliosum est, & iniquum, & minimè ferendum accusationem in genere vniuerso præscribere in omnes, ex peculiari facinore alicuius improuidi, incautique; omnesque cõcludere id esse aggressuros, quod vnus, & alter inconsultò præstiterint cõtra Galliã, aut lenocinijs cuiuspiam infensi Galliæ hostis illecti, aut cupiditate coacti, aut minis, & metu, & importunitate perterriti. Priscæ illius ætatis Imperatores nihil cõcedebãt, Sũmorũ Pontificum constantia cõtra vim veterum Imperatorũ.
119 opinor, vt minimũ dicam, Regi Hispano, nec de opibus, nec de potentia, nec de gloria. Iidem plerique non orthodoxi, nec rectè, vt modò, Hispaniæ Rex, de fide Catholica aut sentiebãt, aut merebãtur: summi Põtifices illorũ arbitrio, furori, ac fauori, iræ, an gratiæ expositi, feritate plerumque tyrannica premebãtur nullius omnino Principis Christiani præsidio, vel authoritate, vel robore circũuallati: atqui tamẽ est hactenus inauditum Põtifices Maximos ab imperatoribus ad arbitriũ suum fuisse adactos, vt mala fide aliquid vel indignum, vel inhonestũ, vel minus ferẽdum aggrederentur; vel authoritate abuterentur sibi cõmodata diuinitus, non dico ad perniciem Regum, ac Principum Christianorũ, sed ne ad incommodũ quidem hominũ infidelitate immaniũ, ac barbarorũ. Imperator Isauricus Leo tertius Iconoclasta Leo 3. Imperator.

perduellis hæreticus Apoſtolicã ſedẽ pluſquam Leonina rabie eſt inſectatus. Cõſtantinus re, & cognomento Copronymus Leonis Iſaurici patris nequam, nequior filius iiſdem cum patre furiis circumplicatus; Leo quartus Copronymi fœdus fœtus, mali vtique corui malũ ouum diritate, & ſcelere, & adulterinis opinionibus, & tota morũ conformatione nõ inferior patre, ſuperior etiam forſitan, ac tetrior auo; præter hos alij frequentes Imperij Romani carnifices, magis quàm Principes ſæpenumero Pontifices maximos omni crudelitate vexatos agitauerant, vt ad res iniquiſſimas, & Chriſtiani paſtoris officio alienas impellerent: ſed illis potius animã, ac vitam ex corpore, quàm ex anima æquitatem, atque cõſcientiam expectorarunt. Túnc igitur, Ceſonine, auſus es dicere iſto oculo, non dicam iſto animo, iſta fronte, non vita, tanto ſupercilio, non enim poſſum dicere tanta conſcientia, ab vno Neapolitano Prorege interſtringi manibus, vnguibus, pedibus gulam auguſtiſſimæ, & ſacroſanctæ Catholicæ Maieſtatis? eique neceſſitatẽ, & vim afferri ſolere, vt cœlum, & terram, diuos, atque ho- 120
mines ſacro fulmine icere auderet? ne cõmeatus annonæ Sicilienſis cum præſenti periculo ſummæ caritatis, & inopiæ rei frumẽtariæ, obſtruantur? vbi tui, rabula, iudicij ſanitas? vbi fides animi? vbi vis naturalis ingenij? vbi ſenſus, & color, & pudor execrãdæ ſuperis frontis tuæ? Omitto, Rex maxime, illatam iniuriam ſacro Collegio purpuratorum Patrum, quos iſte nefarius impune violare, quibus illam vim tam inauditam, hos tam violen

Copronymus.

Leo quartus apud Cedrenum, & Zonaram.

violentos impetus,has tam atroces,tam auersandas machinationes adeò temerè,adeò impudẽter ſit auſus imponere, vt ſine maxima etiam tuæ Maieſtatis offenſione audiri nequeant; qui, qua es animi æquitate,ferre non potes,ne dum audire in tuo Regno, inoffenſo animo,famoſos omni crimine libellos, tibi præſertim nuncupatos, quibus eorum nomen, & fama laceretur, quos tua Maieſtas ſuſcipit, honorat,& amat,tanquam huiuſce ſpiritalis Chriſtianæ Monarchiæ Principes ſacroſanctos. Quamquam nihil eſt mirum, aut nouum eum non ſibi temperare à Cardinalibus, nec illorum parcere dignitati, quem tam pertinaciter, ac tam ſæpe non pudet ipſorum magiſtrum, vniuerſalem Chriſtianorum paſtorem,& caput ignominiosè vexare:imò etiam noſtrorum Regum gloriam pro nihilo habere, atque calcare; quando illos dicere non veretur adeo omni robore, & viribus eſſe deſtitutos, vt ſi opus ſit ferre opem Eccleſiæ, conſulere ſaluti Pontificiæ, fortunis ac rebus Apoſtolicæ Maieſtatis ſuccurrere,periculis,ac damnis quibus prematur auita Catholica pietas occurrere non poſſint.Fruſtra igitur illi ſe,ſuiq; Regni totius opes nuper obtulit Maieſtas tua? Eſtne ille tam neſcius, & ignarus rerum, vt non intelligat? tam hoſpes in hac vita, vt non videat? tam peregrinus in hac communi luce hominum, vt neſciat arma Gallica trãſcendere Alpes, intrare Italiam, adire vrbem, recreare Põtifices potuiſſe in multo maioribus, quàm modò ſunt, omnium rerum infœliciſſimarum anguſtijs;&longè calamitoſiſſi-

morum temporum difficultatibus; quando huius imperij Reges nec tam opibus firmi, nec tam copijs locupletes, nec tam gloria ampli, nec tam illa ſumma authoritate muniti eſſent, quàm videntur modò, vbi Regni vires coniunctæ, nexæque in vnum corpus, atque in vnam voluntatum, ac roboris Societatem, & fidem conſpirauerunt? furor huius ſcriptoris animo, atque calamo moderantur; eius conſilia regit amentia; eius cogitationes inuſta medullis odia modificantur; vt punctim, cæſim, ſine iudicio, ac ſine delectu graſſetur; obtuſa præcipitis ferri acie, omnem murum, & omnem auram feriat; tantùm vt omni via, vt omni machina, vt omni colore mutuato; vt omni arrepta, contorta, iniecta occaſione; vt quoad ſciat, & queat, & cupiat, inſectetur, ac premat Ieſuitas; interim verò, quoquo pretio, nemini ignoſcat, à nemine roſtrum, aut vngues abſtineat.

CAPVT XXIII.

Doctrina de authoritate ſedis Apoſtol̃æ vtilis, ac pernecessaria ſtatui politico,

DENIQVE ad extremum hoc dico, hunc hominem totius hiſtoriæ valde ignarum, ac pene puerum in hac communi vita videri; nec minus infeſtum hoſtem diuinæ Catholicę Eccleſiæ, qui eò ſit præcipitatus, vt diceret illam de ſpiritali imperio ſedis Apoſtolicæ opinionem certam vaſtitatem eſſe Regnorum, & principum; eam è contrario viam vnam eſſe exiſtimandam, quæ ad illarum maximarum rerum conuenientiam, & conſeruationem deducat, ſi ab illius Eccleſiæ poteſtatis imperio tum ipſa Regna exoluta, tum ipſi Reges habeantur immunes: nam aliam quidem rationem attulit nullam, tota

illa

illa conqueſtione declamatoria, vel euertendæ, vel conſeruandæ Reipublicæ, præter hanc violatæ, atque depreſſæ Pontificiæ amplitudinis,ac poteſtatis. At iſtud profectò quid aliud eſt? quàm peruerſe in diuina lege edoctum, vel in ea nunquam leuiter exercitatū fuiſſe? qua duce,ac Magiſtra docti ſumus, flagitio, ac ſcelere diffluere, perire, dilabi;pietate verò,atque virtute,ſeruari, & creſcere imperia? Quid eſt,inquam,hoc aliud, niſi eſſe Frācorum imperitum,ac rudē annalium? qui inde à duodecim,tredecímve ſeculis repetiti, contra teſtantur, quā iſte conqueritur; atq; profitētur imprimis tantū abeſſe vt ſanctę ſedis autho-
122 ritas regna perdiderit,vt potius ea ſumma ſtabilitate firmata fundauerit; eaque demum tamdiu beata floruerint, dum ſedi Apoſtolicę,Chriſtiani officij arctiſſimo fœdere,colligata, eius ſe audientes imperio præbuerunt, quantum ad illa, quę ad hāc poteſtatem, qua de agimus,attineret. Ac ne teſtimonia conſectari aliena videamur, qui domeſticis abundamus: hæc vna, Henrice, Monarchia Gallica, in qua hactenus duodecimo ſeculo, poſt duos, & ſexaginta Reges maiores tuos,clauū,& ſceptrum tenes,tanta pace,tantaq; gloria, peculiari ſemper adiuta fauore diuino præſentiſſimam opem eſt IESV CHRISTI authoris, ſeruatoriſque Regnorum experta,tot annos, tot difficillimis temporibus, tot inter excidia, ac ruinas quaſſati, contritique orbis terrarum: quod qua nos alia de cauſa factum eſſe arbitramur, qui tot aliorum ſtatuum euerſiones, tot aliarum regionum clades,tot exterorum principum

Gallia beata ac florens extitit ex ſociali aduerſus ſedem Apoſtolicam obſeruantia.

cipum ruinas vel legimus, vel audiuimus, vel vidimus ipſi, quàm quòd hæc inter omnes vna maximè in tota immenſitate Chriſtiani imperij, quomodo ante dixi, ſemper ſuſpexit, protexit, adiuuit, complexaque eſt tribunal Apoſtoli Petri, in quo regnat, & viget ipſe generis ſeruator, atque imperator humani. Ea Chriſtianiſſimi Regni viriditas, his quaſi nixa ſuſceptæ fidei fibris herbeſcens, primò in communi quaſi rigore armorum effuſæ in Romana ſepta barbariæ; poſtea ſenſim ex illo domeſtico ſtudio ſanctæ ſedis, velut vmbraculo adoleuit, tum eo veluti continuato ſucco diuturno fruticata maturitatem grauiditatemque frugum maximæ gloriæ eſt conſequuta, in eamq; perfecti ſtatus tēpeſtiuam ſoliditatem adducta, vt quemadmodum ſcalarum ita Chriſtianæ ſummiſſionis, atque modeſtiæ alijs, atque alijs quaſi ſublatis ad illam ſummam gloriam gradibus, alijſque ſubinde ſubſtructis ſuæ ſingularis obedientiæ progreſſibus tandem vltimi lapſus, ac ruinæ præcipitis eluſo periculo, tutum in ſublime aſcenſum pararit; vbi ſe ſupra nubes locatam tum maximè aſpiceret, cùm eam homines erepto gubernaculo, fluitantem in alto tempeſtatibus ſeditionum, ac diſcordiarum, etiam ſepultam, ac demerſam in profundum periculorum, ac laborum ſuorum gurgitem arbitrarentur. Id quod ipſi iſtis oculis noſtra memoria ſpectare potuimus, quoties repentina aliqua vis, atque tempeſtas formidoloſiſſimi temporis in huius Gallici Imperij nauem pene conquaſſatam incurrit, vſque ab anno 1517. ad quem

Quis gradus ad ſolidam gloriam.

quem annum Lutherus armiger feri Cacodęmonis, ſtipator Eumenidum, ſignifer ſeditionum, cōcitator perduellium Atheorum, mundi depopulator, obſeſſor Eccleſiæ apertis ſubterraneorum incendiorum caminis, conuulſis repagulis furiarum, effractis valuis Lethiferi tartari ex orco funeſtus emerſit; vt Chriſti ſpiritale turbaret, atque exturbaret imperium; Regum Chriſtianorum vires, opes, facultates euerteret, ipſius Eccleſiæ faciem omni macula, atque omni turpitudine deformaret.

123 Carolus noſter magnus Imperator, princeps in maioribus tuis maximè illuſtris, vnus omnium Chriſtianæ Religionis, ac fidei flagrantiſſimus æmulator, vnus præ omnibus ſanctæ Chriſti vicariæ ſedi omnis officij, neceſſitudinis, amoris, arctiſſima colligatione coniunctiſſimus, etiam reliquorum fœlicitatem principum maximo interuallo ſuperauit; quamcumque ille rem Regia cura, atque opera cogitaret, ſuſciperet, aggrederetur. Denique etiam Franciæ Rex, poſtea omnibus bellis terra, marique compreſſis, potentiam, dignitatem, ac nomen Regni Gallici totius orbis occidui terminis definiuit: omnium ſęculorum, ac gentium princeps eſt habitus: Chriſtianorum, imperator eſt, & cuſtos ſummo totius Catholicæ vniuerſitatis applauſu, inauguratus. Rex è contrario Longobardus Deſiderius non tantùm, ſe non ſubiectum, aut obſequentem ſedis Apoſtolicæ diuinitus traditæ poteſtati præſtabat, quam potius omni obdurata perfidia, omni continuato ſcelere diripiebat, & perſequebatur

Carolus magnus ex ſtudio in ſedem Catholicam proſperauit.

Deſiderius Rex Longobardorũ hoſtis ſedis Apoſtolicæ infeſtiſsimus.

tur: Ecce ille etiam non tam lapſus, quàm præcipitatus ex aſtris; ille humilis, & depreſſus; ille ampliſſimis fortunis deiectus, ille nudus ab opibus, ille vita ſpoliatus, Regnum, nomen, ſe, ac ſuos æterna, & inextricabili ruina oppreſſus amiſit. Quatuor Imperatores Orientis Imperij, qui omni indigniſſima atrocitate Pontifices Maximos raptauerant, lacerauerant; inde ſibi ſcrobem, ac foueam ſuffoderunt, vbi eius imperij iaceret afflicta, & ſepulta Maieſtas: atque qui ſeruatorem, & gubernatorem hominum Chriſtum Ieſum in vicario ſuo Apoſtolico ſucceſſor obſeruare & recognoſcere recuſarunt, ipſi illi ſolium adornarunt amentiſſimo, ac profligatiſſimo hoſti pudoris, & humanitatis Mahometi, eiuſque poſteris, qui in temporale regnum Orientis armatus erupit, vt ſpiritale diaboli impune bacchantis imperium in ſubditarum gentium pectoribus ſtabiliret, quas viuas, mortuaſque mactandas incendijs æternis addiceret. Neque verò vicina, & familiaria, & magis nota exempla deſiderantur, quæ manifeſtò teſtentur vſitatum eſſe, & antiquum diuinæ prouidentiæ, cuius conſilio ſola terrarum, imprimiſque facta omnia, & cogitata principum gubernãtur, temporaria, ac terrena ſuo ſpiritali imperio obſtricta Regna proſperare 124
principibus ſuis: contrà verò ſuæ poteſtati aduerſos dominatus debilitare prorſus, ac perdere.

Leo tertius. Copronymus. Leo quartus. Cõſtantinus ſextus.

Diuus Ludouicus ſanctæ ſedis ſtudioſiſſimus.

Diuus Ludouicus ſtirps, & origo Regia huiuſce ſanguinis, ac generis Regij, optimus, Henrice, atque maximus proauus tuus, Carolo magno

gno minor, neque animi excelſi, atque inuicti magnitudine, aut robore extitit, neque egregia fortitudine, neque fidei Chriſtianæ aſſerendæ, ac propugnandæ ſummo ardore, neque incredibili in principem orbis Romanam Eccleſiam ſtudio, obſeruantia, animi beneuolentiſſimi propenſione: cum qua illi inerant omnes amicitiæ neceſſitudines!magna, & conſtans omni officij,armoriſque coniunctio,quam tum aliàs ſæpe, quoad vſus fuit,oſtendit; tum nominatim in generali Concilio Lugdunenſi, anno 1242.in quo ipſe, quod ante dixi, propugnator, & adſtipulator interfuit: contra Federicum Imperatorem pro ſancta ſede ſe ſtrenuum,& fortem,& formidoloſum oppoſuit; ſacroſanctam Synodum ſuis armis, ſuo præſidio,ſua præſentia fultã ſuſtentauit: Innocentium quartum, qui tum ſedebat, iniquè petitum accepit, iniuria laceſſitum cedere (multo minus corruere) non ſiuit, fulſit, circumuallauit,re,fortuna,fide:pro clientela Pontificis, & laborantis Eccleſiæ defenſione ſuſcipienda, Regnum, & opes, & caput obtulit: ſe periclitanti Chriſtianæ Reipublicæ pro vallo, ac muro obiecit. Quæ tanta, tam opportuna, tam celebris, tam profuſa pietas apud remuneratorem bonorum Deum Frãci ſceptri firmitatem,& ſoliditatem illam diuturnam meruit in ſua familia, in qua inuſitato fauore benefici numinis maſcula proles quadringentos, atque eo amplius annos perenni propagatione Regij ſanguinis ſoboleſceret:vnde veluti ex perenni quodam ſeminario, & æterna propagine Regum, perpetuitate

Cõcilio œcumenico Lugdunẽſi interfuit anno 1242.

Anton.3 par. 19.ca.5. Paulus Æmilius in Ludouic.9.

tuitate quadam immortalitatis adumbratæ ſui Monarchæ perennibus lilijs ſuppeditarentur. Neque dubium tibi eſſe, Rex,debet, quin vti Deus in principis Dauidis gratiam Iudaicum Regnum tot annos in gente Dauidica continuatum amplificauit; ita beati Ludouici Regis authoris generis tui ſanctiſſima Religione adductus hoc Gallicum diadema in tantis procellis, ac fluctibus perplexiſſimorum temporum in maximis turbinibus bellorum, atque tempeſtatibus eius poſteritati ſeruauerit, eamque diuæ ſtirpi hæreditariam gloriam aluerit, continuò, quod ſperare debemus impoſterũ,perpetuata numinis beneuolentia perennaturam. Ille Rex, Henrice, cum maioribus ſuis, cum Clodouæis,cum Carolouingijs,cum Capeuingiis, cum omnibus Regibus Francis, cum Francis Epiſcopis, cum omni nobilitate Franca, cum Franca plebe, cum patribus, cum anteceſſoribus Francis, cum cælo, & ſolo Franco,idem nobiſcum de poteſtate Pontificis Maximi ſentiebant: quibuſcum ſi Rei adhuc citari, Rei inquiri, Rei condemnari debemus, illa equidem accuſatione, imò illa condemnatione gloriamur. In qua doctrina, atque ſententia,illi maiores noſtri,maiores tui;ille Rex, ſine exceptione, ſanctiſſimus procreator tuus, cum terrena gloria, cœleſte decus fœnerati ſunt. Ergo aduerſarius ſuam illam diſparatè petitam ratiocinationem in manifeſto mendacio, & clara falſitate fundatã ſtabiliuit; cũ diceret diſciplinam eam eſſe neſcio quam à Ieſuitis illatã,Regno, ac ſtatui exitiabilẽ,Regibus ipſis periculoſam,aclubricam

Fides, atque ſententia Regum Franciæ de poteſtate Pontificis.

bricam: quam simulac etiam eam esse contendit, quæ sola ruinas edat, perniciem adducat, excidia inferat, euersionésque Regnorum, conscientiã prodit; omni fraude, & perfidia mortales delusos circumuenit, vt Iesuitis cladem accersat: palam, & consultò, aperto marte, cum domestica veritate congreditur: tenebras à claro sole profectas inducit, contra experiẽtiam familiarem, maximo vsu tritam admurmurat; duodena seculorum longa, nec vsquam interrupta serie roboratã historicam fidem mendacij, & vanitatis insimulat; qua vna incorrupta, oculata magistra docemur in Christiana ditione diuturnũ florem, maxima incrementa, solidam firmitatem, stabilitatemque Regnorũ ex summa conspiratione principum cum Iesu Christi successore vicario efflorescere: ruinas verò illas, illa exitia tantum abest, ea vt illis vllo vnquã tempore importarint, prout hic homo Cẽturiatorum fumosa fuligine semiustulatus cornea illa sua fibra clamosus inculcat.

CAPVT XXIV.

Vnde rerũ publicarũ ruinæ, atque excidia proficiscantur.

126 QVID? tam erat ille rudis? tam ignarus terum? tã expers consilij, aut ingenij? nihil audierat? nihil viderat? sacrã scripturam nõ degustarat? nihil ipse in sacris, profanisque scriptoribus legendo, quærendoque cognouerat? venire illi in mentem numquam potuerat, non ex potestate Pontificum Regna profligata funditus iacuisse, verùm ex deprauatione hominũ, ex contemptione iuris, ac legum, ex luxu, atque arrogantia optimatum, ex sceleribus, atque flagitiis populorum? sic enim accepimus, testãte scriptura, *Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur, luxit, &*

 defluxit

defluxit terra,& infirmata est:defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ (accipe causam) *quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus* Amos 9. *sempiternum.*Item alio loco. *Ecce oculi Domini Dei super Regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.* Factorum vsus,atque exitus verbis veritatem, fi- Balsazar. démque cóciliat.Balsazarus ille Rex Babylonius, Darius. Dan. 5 Plutarch. in Darius Persa, Saül Hebræus Regnorum suorum Alexandro. luctuosam iacturam , & internecionem acer- Saul. 1. Reg. 13. Roboam. bissimam viderunt: Roboam filius Salomonis è 3. Reg. 12. duodecim partibus Regni decem perdidit, infelix!non tam quòd ita illas perderet, quàm quòd ita viueret. Enimuero nunquidnam illarum cladium,tantæque iacturæ Regnorum eiusmodi funesta fortuna fuit,iam tum ex illo tempore, fulminibus, execrationibúsque Pontificum accepta referenda?aut aliarum stragium, atque ruinarum omnium,quas cæteris Regibus postea vidimus accidisse, culpa inPontifices transferenda potius, quàm in scelera Principum, in peccata, atque inaudita facinora populorum?ecquinam tot,tantique Pontifices,tot,tantos Reges afflixerunt?tot regna perdiderunt? tot mala intulerunt humano generi?vt tam latè fusum, támq; vniuersè prolatum,tam nefarium,tam atrox,tam maleficum, tã cruẽtum axioma fieri oporteret de doctrina vindice, & assertrice Pontificiæ Maiestatis? vtque iste perditus dicere auderet, ea si teneatur, si vigeat in Regno, Pontifices sus deque omnia funditus disperdituros?Reges suo solio, suis Regnis, 127
suis fortunis euersuros? profligaturos orbem terrarum? cœlum suis conuulsum cardinibus extirpaturos

paturos vna bulla, aut vna membranula, ſi Ieſuitæ audiantur? vbi eſt illa Pontificum tanta vis, numerus tam magnus? illa tot Regna, illorum cenſoria deteſtatione, deperdita? atque quod ſigillatim initio, ſi ita res erat, demõſtratum oportuit, vbi illi infeſti Põtifices, qui vel tantum Franciæ rebus obfuerunt; vel in eam implacabilibus adeo odiis, atque ſimultatibus exarſerunt, tantam vt anſam inimicitiarum, offenſionúmque præbuiſſe videantur huic vni Regno tota Europa; vt vnum in omnibus omnes inuiſos, omnes deberet habere ſuſpectos Põtifices? Aduerſarius in extremo clamore, quàm poteſt, plurima vndique mendicatò collecta congerere, obtrudit; quo loco ait nos admodum conſultò cauere, vt dicamus quid acturi, quid molituri eſſemus, ſi adeo iratum numen haberemus, vt ad ſe Clementem extinctum accerſeret; vt Bonifacios octauos, vt Benedictos decimostertios, vt Iulios ſecundos induceret. ô cænum! ô labes! quid ageremus? audi ſi pilum habes hominis ſani: nempe, vt breui dicam, quod in illo tẽpore probos, ac bonos Francos, quod moderatos, ac frugi Eccleſiaſticos cum Rege Philippo Pulchro, cum Ludouico duodecimo accepimus feciſſe, qui ius ſuum, ac Regni cùm mordicus tuerentur, nunquam propterea à
128 ſancta ſede Apoſtolica deſciuerunt: recognouerunt in ſpirituali dominatione Pontificem: officij Chriſtiani potiſſimas partes deſeruere nunquam: Chriſti vicariam Maieſtatem ſunt de cætero omni ſtudio, omni fide, omni obſequio proſequuti: de quo ne dubitandi ſuboriri poſſet vlla ſuſpicio

Pag. tot. Sũmi Põtifices Galliæ hoſtes ex aduerſario.

Philippus Pulcher. Ludouicus duodecimus.

Du Tillet in sua collectione pag. 172. In Concilio Turonensi. Annal. Franc. 1510.

fecit Philippi Regis à Tilletio scripta, atque ad posteritatem transmissa responsio, fecit, in prouinciali totius nationis coacto concilio Turonensi, suscepta coram ipso Ludouico duodecimo deliberatio. Tres igitur in summa Pontifices calculo ingenuo celebriores numerantur infensi, atque inuisi regno Franciæ: Bonifacius VIII. Benedictus XIII. & Iulius II. quid hoc ad reliquos omnes, qui supra ducentos, atque triginta censentur, qui Galliam omni significatione summi amoris, & exquisita beneuolentia sunt complexi? si aliquid iste noster ratiocinator acephalus saperet; ac nisi iam sensum pridem cum animo perdidisset; si mores Franci, si fides Catholica, si non adulterata furore conscientia fuisset, annon sibi existimasset fore magis honorificum, magisque consentaneum rationi, conclusionem ex numero potiore repetere, & colligere potius sperandum esse cathedram Petri propitiã fore semper, & prosperam Regno Franciæ, quando tam multi Pontifices hactenus illi secundi, & placabiles extitissent, quàm ardentes diffidẽtiæ, suspicionis, & discordiæ faces ab alienandis animis ministrare; omnésque in inuidiam vocare Pontifices, quòd tres aliqui se parum æquos, atque placatos præstitissent? maximè verò cùm sine controuersia in ista tanta multitudine, magnóque catalogo plerique extiterint tribus illis ex aduerso oppositi, qui se insigniter Gallicæ nationi addictos, obstrictos, ac deditos non obscurè, sed luce palam prodiderũt. Gregorius I. IX. XI. Zacharias, 129
Adrianus, Leo III. Martinus III. Vrbanus IIII.

Summi Pontifices insigniter in Galliam affecti, ac propensi.

Greg. I. IX. XI. Zacharias, Adrianus I. Leo III. Martin. III. Vrban. IV.

Clemens IV.V.VI. & VII.Ioãnes XXII.Innocẽtias III.IV. V. & VI. Paulus IV. & plerique omnes cæteri.Tres illi vsque adeóne infesti, aduersi, exitiosi Galliæ, quàm isti beneuoli, salutares, vtiles, necessarij? huiccine homini? huiccine ingenio radicitus oculum dextrum adeò euulsit inuidia? vt odiosa duntaxat, vt funesta, vt sinistra percipiat? tranquilla verò, & honesta, cum gloria, & cum reconciliata pace consentientia aspicere non possit? Quid verò Maiestatem tuam, Rex sapientissime, dicturam putem, si memoriam repeto Rei, opinor, tibi nec iniucundæ, nec incognitæ? si rerum gestarum incorrupta fide reuocata demonstro in illis ipsis tribus Romanis Pontificibus, quos hostium teterrimorũ loco numerat, aut perniciosum Franciæ, qui reipsa vnquam inimicum extitisse neminem? Nónne, Rex, tibi statuendum de cætero putabis aduersarium omni dedecore, atque infamia ob summam inscitiam, omníque acerbissima animaduersione, ob tantum, támque animosum odium esse mulctãdum? Memoriam habet Maiestas tua Bonifacium duriusculè quidem certè pro iure Ecclesiastico retinendo aliquanto egisse: eum tamen non tam Regibus nostris, quàm Principibus omnibus Christianis restitisse: imò in ea illa ipsa incursione Fräcicum Imperium ea insigni gloria, eóque prærogatiuo maximo ornamento speciatim ornasse, vt Diuum Ludouicũ eius sanctissimæ transactæ vitæ, mortisque pro Christo inter arma oppetitæ, & patratorum in tumulo miraculorum
130 recensione omni, quæ in eo genere maxima esse

Clemens IV. V. VI. VII. Ioann. XXII. Innocen. III. IV. V. VI. Paulus IV.

An Bonifacius Galliæ hostis extiterit.

Sanctum Ludouicum sanctorũ Catalogo adscripsit.

Nemo Papa fuit Benedictus decimus tertius.

Inscitia puerilis aduersarij, & Catechistæ.

Ille fictitius Papa Benedictus damnatus hæreseos in Concilio Constantiẽsi.

solet, diligentia explorata, atque expensa, albo, fastisque sanctorũ adscriberet. Benedictus XIII. in Pontificum ordine nunquam est habitus ille quidem, neque eius nominis quisquam vnquam in Apostolica sede Petri resedit. Quonam igitur pacto Pontifex hostis Franciæ extitit, si ne Pontifex quidem vnquam fuit? Acephalus, eiúsque gregalis asotus Catechista se instar bardorum, ac stupidorum arietum ad errorem, ac lapsum trahi passi sunt, ac circunduci: suas nænias, atque ineptias probæ mercis loco, instar assertæ, ac veræ historiæ venales, expositásque circumferũt: simulacra nobis hæreticæ perduellionis opponũt pro certo Pontifice. Hic Benedictus genere Hispanus, nec tam nomine, quàm tota ingenij ratione lunaticus Archipirata, hostis equidẽ Franciæ, proditor sacrorum omnium, ac depeculator Ecclesiæ extitit, qui vt palam est omnibus, Pontificatum certè homo ambitionis inanitatibus, ac sui opinione vanissima inflatus prehensauit; sed alas volando perdidit Icarus alter, atque eò nunquam volauit, quò volebat. Is meritò à Regibus Franciæ cùm tonaret, cùm fulminaret, cùm exuflaret schismaticos bombos, cum suis histrionicis censuris amandatus in carcerem primùm, tum in fugam, deinde in miserandum exitium, ad extremum in Concilio Constantiensi anno 1414. pro hæretico maxima omnium nationum conspiratione dãnatus, erupit in apertum, quod iam animo destinauerat, latrocinium. Aspice, qui, & qualis Papa censeatur in catalogo ingenuo: ecce qui nobis ad summam inuidiã exprobretur.

Iulius secundus, nemo dubitat, concitatus in Galliam, in eámque alieniore animo, vti & in alias nec paucas, nec ignotas nationes est visus: sed illi tamen non adeo nocuit suo decreto censorio, quàm Regno Nauarræ cum Francis non obscuro fœdere sociato. Quamquam illa censura pro-
131 priè non fuit causa ruinæ illi Regno, sed ansa tantummodo, & quasi prætextus obtentus eius principis, qui illud sibi accommodare constituerat (Tilleto scribente) tametsi nulla Censoria nota à Pontifice intercessisset. Reliquum igitur est tantùm par vnum Pontificum Galliæ subiratorum, aut si ita mauis duorum hostiũ, quos duos modò, ac multo etiam plures si inuenirentur, æquúmne foret omni summo iure nõ dicam dicentis, ac tringinta cæteris Pontificibus, sed ne duobus quidem eorum duodeuingiti vel tenuissimis, quos coniunctiores, & obstrictiores Galliæ recensui præponderare? Iam aduersarius diu quæsitam alicuius in nos conflandæ inuidiæ exoptatam segetem, cùm in plurimis Põtificibus reperire non posset; ad vltimum in postrema clausula clamosæ catastrophæ vsque ad surdidatem exaggerat casum eum, qui contigit tempore Iulij; nec abs re profectò, aut immeritò, si bona id mente præstaret, sed prodit se satis id non tam aggredi studio Nauarræ cladis, atque iniuriæ vindicandæ, quàm leniendę immortalis in Iesuitas inuidiæ, pascendíque furoris, cuius ardentes faces qua parte, & qua arte potest eiaculatur. Nã demum eò tendit, eò consilia sua dirigit omnia; percuperétque nos iam inde ea tempestate ante-

Prætextus censuræ Iulianæ du Tillet in Ludouic. 12.

Calumniatur caput, qui membra non potest.

quam essemus, fuisse, vt omne Iesuitarum genus ad illud auctarium, si posset, turmatim adiungeret. Qui quia infectum factum fuisse facere non potest; grassatur in caput, qui in membra non poterat: clamat beatum Ignatium de Loyola parentem, ac principem societatis omnium obfirmatissimum, qui tum Pompeiopolim Metropolitanum oppidũ Regni pro Rege Hispano tuebantur, pertinacissimè arcem munitam tenuisse sua virtute, alterã tibiam perdidisse; ex eo Loyola manasse discipulos Iesuitas, qui perspicaci, vt erant, ac solerti iudicio subodorati tuam Maiestatem Nauarrorũ Regis, ac Reginæ Nepotem, qui tum regnabant, terrorem, horrorémque Castellæ aliquando futuram, nihil nõ tentarunt, nihil non mouerunt, vt hunc reliquum surculum omni artificiosa machinatione peruellerent. In illa declamatoris vrbani machinamenta, non minus improba, quàm fœminæ longè repetita commenta, quæ Pelium nemus accusabat, *quòd nisi in nemore Pelio securibus cæsa cecidissent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non esset Iasoni, qui Medeam animo ægram, amore sæuo sauciam* ex domo paterna subduxerat. Quandonam, Deus bone! nostri suo illo acuto, & perspicaci iudicio præuidere cœperunt, quod iste asserit, qui quid loquatur non intelligit: adeóne procul auocandæ fuerant, aut tanto interuallo ducendæ inimicitiæ? Discipuli Ignatij, Henrice, haud magis de ijs perpetrandis, quæ iste commemorat, somniarunt, quàm de inferenda tuæ Maiestati iniuria cogitauit Ignatius; cui in mentem venire omnino

Nutrix Medeæ in Euripide.

non

non poteras ad annum 1521. tringinta, atque amplius annis, antequam Nauarræo Rege parente nascerere. Atque homines Franci, qui ab Ignatio tum temporis Hispaniæ subiecto præscriptum Religiosæ vitæ genus postea tenuerunt, nihilò magis Hispani censendi sunt, vel ea causa Castellanæ factioni, ac fortunæ addicti, quàm illi ipsi Hispani in disciplinam à Beato Bernardo Gallo homine inuectam adsciti pro Gallis putandi, aut Gallicarum rerum studiosi existimandi. Nam illi authores religiosorum ordinum sua cuique instituta præfinire possunt, ingenia, aut natiuos genios hominum procreare, vel immutare nullo modo possunt. Bernardinæ familiæ Religiosus Hispanus propensionem innatam in patriam, atque in principem suum obtinet, quantumcumque Gallo ordinis authore propagatus. Contrà Gallus indigena Beati Dominici quamuis Hispani religioso ritu præstituta vota professus, non eo tamen aut Gallus esse desijt, aut caritatem in patriam abiecit, aut ius Regni amisit, aut à Franco ingenio degenerauit.

CAPVT XXV. *Calumnia de excommunicationibus. pag. 118.*

ADDIT PRÆTER hæc Acephalus eodem loco, semper in sedem Apostolicam, semper in nostrum caput veluti æreus arcus intentus; illam intentatam à Iulio execrationem ne vnum quidem oppidulum tota Gallia auertisse, aut commouisse: illam verò aliam à Xisto. V. nostra memoria denunciatam, defectione maxima Parisios, Lugdunum, Rotomagum, Tolosam, Ambianum, Narbonem, Aurelianum, Biturigas, Nannætum, Trecas, Diuionum alia-

quę propemodum infinita oppida distraxisse: *tum enim,*inquit, *nondum fuerant populi disciplina Iesuitica comparati,quomodo isto Xisti V. tempore extiterunt.*
Ludouici Regis 12. pietas ac prudentia.
Sed facilis est ad maledictum, atque expedita 124
responsio:per id enim tẽporis oppida Gallica non rebellarunt, quòd Galliæ Rex summa dexteritate, atque prudentia, sanctæ sedis obseruantia sanctè, inuiolateque seruata excommunicationi obuiam, vsitata prouisione processit,atque vsurpata remedia à maioribus suis sapienter adhibuit, prouinciali indicto Concilio,vt ius suum suæ sanctitati,quod fecit, exponeret: porro hac postrema periculosissima, ac turbulentissima tempestate, Galliæ ciuitates minimè fuerunt illę quidem Pontificiorum fulminum execrationibus concitatæ:nam multò antequam ab vrbe immissæ grassarentur, pene vniuersali alienatione defecerant, & fuerant alijs ex causis, quàm ex Bulla Pontificia, atque ab alijs, quàm à Iesuitis hominibus præparati animi. Ante Blesensem euentum, nulla extabat neque excommunicatio denunciata, neque ciuitas reipsa distracta: tota extemplo Gallia eo motu,quasi summotis vectibus conuulsa, ac pene conquassata nutauit: idque maximè illis in vrbibus, atque prouincijs, vbi Societatis nostræ nulla habebantur erecta Collegia:Ambiani, Narbone, Aureliani, Nannęti,Trecis, tota Picardia,Campania, Britannia, imò,quod vigilanter accipiendum, & sedulò aduertendum est; Parisij, Rotomagum, Lugdunum, Biturigæ, Diuionum, vbi certa domicilia 125
erant nostris hominibus constituta, non dubitarunt

Blesium.

Vrbes concitatæ.
Ambianum
Narbon.
Aurelianum,
Nannætum.
Trecæ.

runt etiam ſacra denunciatione ſuperſtite, atque integra, vltrò ſe in deditionem tui imperij cõferre; ſimulatque Maieſtas tua Miſſam adire, ſeque præſtare Catholicum deliberauit. Ac Rotomagum fœderata illa ſe tum quidem vnione obſtrinxerat, cùm Ieſuitas necdum vidiſſet, non dico intra ſua mœnia accepiſſet: eadem ciuitas, cùm in tuæ Maieſtatis rediit poteſtatem, noſtris ſua gymnaſia, ſuamque iuuentutem erudiendam permiſerat: nos fouebat in gremio; noſtra diſciplina, noſtris moribus, & coram, & palam fruebatur. Ciuitas Niuernenſis in Regis fide toto fœderis tempore perſeuerauit, interimque Collegium noſtræ Societatis ſine exceptione ſeruauit: quæ ſunt poſita omnia in luce quotidiana, in confeſſione, atq; oculis illarum gentium. Quotus igitur iã quiſq; erit, quin videat? quin ſtomachetur? geminum immane mẽdacium, geminumque periurium eſſe ab aduerſario pro ſumma veritate oppoſitum? qui ſibi aliquid agere videretur, cùm inuerecundè contenderet cẽſura Pontificia, Ieſuitarum diſciplina opitulante, oppida in certum interitum ruere, Galliam miſcere, turbare ſtatum, inuerti funditus orbem Chriſtianum?

Rotomagum.

Niuernum.

CAPVT XXVI.

Quæ cauſa tot malorũ in Gallia fuerint.

ATQVI SI FODIO hominem ſanctæ ſedi, & nobis tantopere iratum, qui adeo iuridiciales diras Pontificum atque eam doctrinam, quam profitemur, inculcat facem, ac malleolum eſſe, quo incenſa Europa flagrauit: aciem, qua latè omnia toto orbe tẽtata latrocinia, & patrata fuerunt: ſentinam, & augiam, vnde ærumnæ, & calamitates, quas ſenſimus innumerabi-

les

les exundarunt: ſi vrgeo, inquam, ſi laceſſo iſtum Omnes Galliæ calamitates à peſtifera miniſtrorum doctrina inuectæ. hominem, ſi iubeo dicere quo ex fonte tumultus, trepidationes, cædes, incendia, rapinæ manarunt in Gallia, in Germania, in Belgio, in Polonia; quæ vniuerſa vidit, ſenſit, tulit, fleuit, deplorauit Europa, inde ab illo vſque decimo ſeptimo Lutherus ad annum 1517 à ſede Apoſtolica transfugit. exitiabili anno, funeſto, ac diro ægris mortalibus, ex inceſto abortu obſcænisſimæ hæreſis Lutheranæ; quid dicet? quam ſe in partem vertet? quid reſpõdebit? ſi appello? ſi laceſſo? vti ingenuè, Franceque reſpondeat? mutire audebit, opinor, 136
illos horrores, illos turbines ex diris à Pontifice Regum capiti obliniciatis; aut ex ſchola Ieſuitarum deſæuijſſe cum Pontificis dignitatem, authoritatemque defenderent: cum ad rebellionem populos compararent; cum Regem Henricum, antequam eſſent, antequam ipſe naſceretur, odiſſent: quemadmodum iſte illa ſua prodigioſa oratione, adeo ingenuè, adeo religioſe de fœderatæ vnionis euentibus ratiocinatur? Non auderet, credo, homo quantumlibet ad quiduis audendum, & mentiendũ inſtructus, & paratus eſſi loquatur ex latebris, nocturnus orator, latebricola teſtis, non auderet adeo inſane graſſari. Qui ſi ad apertam veritatem loqui, aut contra Caluinum, eiuſque gregales delicias ſuas ingenuè dicere, aut aliquid dirius in Aſotos ſuos hiſcere non audebit, at pro certo habeo, vt minimum, ipſum ſubringente conſcientia, illis furijs Gebennenſibus omnium, quæ ante dixi calamitatum, ac ſcelerum, veluti acceptum, receptumque barathrum recognoſcere. Non igitur, inquam,

est à summo Pontifice Regni, aut status politici metuenda ruina, Henrice, neque ab ea disciplina, quam cum vniuersa Catholica Ecclesia de potestate Pontificis profitemur: inde potius est speranda, atque ominanda maxima cum diuturna securitate tranquillitas. Ac quando communis est omnium parens summus Pontifex, ea-
137 que doctrina vniuersè à toto orbe Catholico piè, ac sanctè retinetur; cur illam sola Gallia formidabit? Imperator Augustus, Hispaniæ Rex, atque Poloniæ, Principes Catholici, Itali, Germani, cæteri promiscuè suos quisque dominatus caros habent, & sacrosanctos; ijdem tamen sedem Apostolicam venerantur: eam de Pontificum authoritate sententiam nunquam aut respuerunt, aut pertimescendam sibi putauerunt: nunquam ea nos causa vel vexauerunt, vel interpellarunt, vel citauerunt; multò minus cæteram doctorum omnium infinitam multitudinem, qui hoc ipsum ante nos dixerunt, docuerunt, propugnauerunt. Quamobrem ergo iste nostrorum temporum Circumcellio vni Monarchiæ Gallicæ conatur eius doctrinæ vel metum iniicere? vel suspicionem infundere? vel inuidiam, atque odium cóciliare? quamobrem Galliam solam timidam, solam suspicacem, solam sedi Apostolicæ diffidentem, solam rebellem, solam impiam, solam miseram esse desiderat? annon eo est, quòd odit Ecclesiam odio plusquam Semproniano? atque idcirco primariam sedem, caput Ecclesiæ aspectabile, diuinæ vicariam potestatem execratur? quod cuperet Galliam instar habere Regnorum, vbi

vbi Pontifici nulla est neque vis, neque via, neque vox, neque fides facta reliqua? Quare etiam nobis veluti propriam de Pontificio principatu sententiam vendicat, quam è medio communem omnibus, atque vulgarem doctores sibi cæteri Catholici omnes depopoſcerunt? annon hoc agit ex ea cauſa, quòd nulla penitus illi est cura toti habitabili orbi omni desperato concilio, atque artificio quámuis audacter, quamuis impuden- 138
ter imponere, dum Iesuitis imponat, eosque omni offensione publica despicatos reddat, & odiosos?

CAPVT XXVII.

Quænam doctrina, & quæ sedes Regna, ac status funditus euertat.

IAM PRIVSQVAM me ab hoc inchoato sermone expedio, quæso à te, Rex, vt in hac causa mihi des hanc veniam accommodatam huic loco, vt patiare me hac tam eximia hîc ab aduersario vel oblata opportunitate permotum, vel illata vi incitatum tibi rem vnam quampiam indicare Maiestati tuæ, & Regibus cæteris summi faciendam; quo & tua Maiestas perspicere possit, & omnes aliquando tandem principes maximo apparatu intelligere, quænam illa pestilentissima natio, sceleståque doctrina sit Regię Maiestati contraria, quæ Regno aduersetur, quæ cuncta peruertat; quam aduersarius accurate notasset, admonuissetque te, vt ab illa caueres, si vel ipse non perfidus Christianus, vel proditor Francus non fuisset; vel si salutis, ac Maiestatis tam studiosus æmulator, quàm Iesuitarum persequentissimus hostis, & exprobrator foret. Illa tã pestifera, tam exhorrẽda sedes, Henrice, est illa, quam Dauid ipse Rex potentissimus Cathedram nuncupat

cupat peſtilentiæ:quam maiores noſtri doctrinæ, religioniſque principes tetram hæreſim appellarunt: illa illa eſt portentifica ſedes,vnde afflatur ea doctrina, quam omnes Reges, Principes, optimates, populi, debent omni exitioſo prodigio, omni importuniſſima peſte peius auerſari, & execrari, non ſecus, quàm facem; ac fœcem, flammam, ac ſtrumam Regnorum, Helluonem ſacrorum, fatale monſtrum Reipublicæ,deteſtabile portentum orbis terrarum, ex nefarijs ſacrilegijs ex ciuili cruore Francorum, ex omnium ſcelerum importunitate, & flagitiorum impunitate concretum. Furiam furentem, Baccham bacchantem in genus humanum, in aras, in templa, in ſuperos immaniter rugientem; in Regnorum omnibus angulis, agris, portis, Catholicorumq; viſceribus ſpargentē flammas,gladium vibrantem, cædes, incendia, cruciatus, dira omnia infigentem, ſacerdotum cæde, ac ſanguine ſtillantem, virginum Deo dicatarum inceſtis fætentem,nobilium monachorum libidinibus, populoſiſque proſtibulis exultantem,Regum, ac Regnorum, ciuitatum, ac ciuium;templorum, ac ſacerdotum; cœlorum,ac ſuperû m ruinis, probris, exitijs triumphantem. Ecce tibi Petrus Apoſtolus de Hæreticis eius Cathedræ doctoribus, ac diſcipulis vno verbo quos eſſe ſentiat. *Qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant,dominationem contemnunt,audaces, ſibi* 2.Petri 2.
139 *placentes ſectas nō metuunt introducere blaſphemantes.* Hic princeps Apoſtolus non potuit nec magis viuis,ſuiſq;pigmentis,nec aptioribus lineamentis

Qua de cauſa hæretici deteſtentur Regiam poteſtatem.

ex

expressum ostendere hæreticorum esse illud ingenium, vt Reges, ac Principes vehementer oderint, atque ex instituto detestentur. Causam si ex me tua Maiestas percontabitur, scito eam esse minimè obscuram, quòd sunt satu sati sui parentis, & partus coruo suo digni, qui ex matrice superbia ebullierunt: nam ipsa ea est, Augustino scribente, ex qua omnes hæreses abortiuerunt: superbi proprium est se se supra omnes attollere, singularem appetere dominatum, instar olei liquoribus cæteris innatantis; aspicere infra se omnia, aspernari reliquos, non pati parem, non ferre nisi distorto, ac peruerso oculo æquales suos (quod de Pompeio cecinit poëta bonus) tantum abest vt superiores agnoscat, aut coryphæos (prout de Cæsare idem poëta animaduertit) quorum se velit subdere imperio; à quibus depressus, ac subditus teneatur; ex quorum ductu, atque arbitrio velit, nolit viuere, quorum voluntatibus, sua cõtempta, obtemperare iubeatur. Illorũ proauus, quo ipsi stirpe glorientur, haud alius est sanè, quàm ille ipse, qui altissimè omnium, in tota illa summa excelsitate cœlestium Angelorum, assidebat proximè secundum Deum, maximus inter omnes fœlices spiritus familiares numinis asseclas numeratus; sed pectore conceptam peperit arrogantiam; arrogantia illi mentis oculos præstigiatrix fascinauerat, eluserat; occluserat; illi supremam inuidiam in medullas penitus inspirauerat; ad rebellandum armauerat principi suo; defectionis primæuæ, ac teterrimæ omnium perduellionis authorem

Filii superbiæ. S. August. lib. de cura past. cap. 8.

Pompeius neminẽ volebat parem.

Cæsar neminem superiorem. Lucanus.

Diabolus superbiæ parens.

thorem effecerat; atque ex ea eius ſchola extitere omnes ſuperbi,& contumaces, illoſque ingentes ſpiritus hauſerunt, vt in magiſtratus, ac dominos ſeſe inſolenter efferrent;noſtriq; cumprimis illi hoc contaminatiſſimo ſeculo perduellionis, inſolentiæ, atq; ſuperbiæ facile principes, vt,quod illorũ ingeniũ eſt, ex eadẽ nõ tam ſchola,quàm hara producti intolerabili ſupercilio,ſuperiorum ſuorum dignitatem, nomenque calcarent: ſummorum primò Pontificum, qui in Eccleſiæ militante monarchia,ſupremum obtinent Principatum: tum etiam Regum, penes quos rerum ſummam gubernationem, atque editiſſimam in temporali potentia ditionem iura omnia diuina, & humana eſſe voluerunt; quibus conceſſam vim illam, facultatemque maiorem eſſe ſentiunt,qua illorum animos deprimere, audaciam coercere, furorem refrenare, impetus retardare poſſent. Quam ob rem neque Monarchas tolerare, neque Monarchias ferre poſſunt; haud magis, quàm ſanctam ſedem vllam, aut Pontificem,quos oderunt,& metuunt, & ſolùm ad tempus aſpiciunt; atque ſi queant, vel,ſi ita ventus afflauerit, ab illis ſe quamprimum expediunt,ſicut à ſanctæ ſedis, ſummorumque Pontificum obedientia leuiſſimi perfugæ transfugerunt.

140 (printed beside the second line of the preceding paragraph)

CAPVT XXVIII.

Heretici hoſtes Maieſtatis, ac Regum infeſtiſſimi.

POSSEM EQVIDEM, Henrice, eius rei quam modo dixi, experientiam priſcarum omnium hæreſum vſu, & exercitatione collectam comprobare; ſed exitum nullum habitura eſſet oratio. Quare,vt breui multa complectar

ctar; mihi sat erit rem omnem ex scriptis libris, ex rebus gestis quotidianis, ex tota morũ, ac vitæ ratione communi nostratium transfugarũ deprehendere; qui veterum impietatem, atque audaciam hoc nostro profligatissimo tempore superauerunt. Hoc animaduertet, notabitq; e, si placet, Maiestas tua; rem Deus immortalis! primi, maximique momenti pro statu regni, pro salute populi, pro tua dignitate. Certum est, neque ab vllo hactenus dubitatum Lutheranos, eiusdemque farinæ sectarios Mirmillones omnẽ penitus principatum, nominatimque Monarchiam tam temporalem, quàm Ecclesiasticam detestari.

Caluinus lib. 4. ca. 6. 8. 9. cap. 20. nu. 8.

Scribit Caluinus absurdissimum esse existimare mundum vnius dominatu, ductúque regi, oportere: 141 alibique passim non obscurè præ se fert Aristocratiam, optimatúmve Rempublicam, politicum statum scilicet, qualem Geneuæ videmus, Regali gubernandi modo antecellere.

Zuinglius. vide Coc.

Zuinglius itidem apertè, *Quisnam gentium,* inquit, *non dicat Aristocratiam, ac popularem statum esse monarchiæ anteponendum?*

Martinus Bucerus.

Martinus Bucerus longius prouectus sic statuit. *Qui vnius in Republica expetunt principatum* (hoc est qui Regem volunt) *ordinationi diuinæ resistunt.* Sacrilegum, atque furiale mendacium.

Hieronymus Vvolfius.

Hieronimus Vuolfius contra Monarchiam librum ex professo conscripsit.

Buchananus.

Buchananus Caluinista Scotus alium edidit cõtra potentiam, & authoritatem principum inaudita nequitia, extrema impudentia, inusitatis erroribus confertissimum, ipsius Regis Angli, qui nũc regnat, sententia, atq; sanctione damnatum,

imò Regio ſcripto prælis mandato abiudicatum.
De hoc genere doctorum, de illa doctrina fanatica, de hac impiiſſima perduellione tuam Maieſtatem rabula nequiſſimus nō admonuit; tantum abeſt; hoc ſibi diligenter cauit: Caluiniſtarum id eſt, quos deperit, quos veneratur; non Ieſuitarum, quos perditos cupit, & execratur. Iam ea tota nititur in arrogantia, quæ, vt memini me antè dicere, ſuperiorem neminem admittit; pręſertim qualem Regem eſſe oportet potentem, iuſtæ, & abſolutæ, & maximæ, ac primæ authoritatis, qui il-
142 lorum elatos ſpiritus reprimendi, coniuratam peruicaciam perfringendi ſummam habeat poteſtatem. Eſt præterea diuinæ ſcripturæ contraria, quæ vnius ſingulare imperium reliquis omnibus tanquam commodiſſimum, tutiſſimum, felicisſimum anteponit: certè magis affine, ac ſimile diuini illius imperij magni vnici Dei, ad cuius etiam ſpeciem expreſſæ ad viuum imagines Reges habentur. Omnium doctorum Eccleſiæ reuellit, eluditque ſententiam, Iuſtini, Athanaſij, Chryſoſtomi, Cypriani, Hieronymi, Leonis magni, Thomæ Aquinatis, & reliquorum, qui conſentientiſsima confeſsione Regium adminiſtrationis genus primum, & ſummum, & optimum ducunt præ alijs. Eſt aliena, atque aduerſa rationi, eſt cōmuni iudicio, & natiuo ſenſui omnium nationum oppoſita; eſt ſapiētum omnium, omnium Poëtarum, Oratorum, Hiſtoricorum Philoſophorū æſtimationi, ac doctrinæ inuiſa, & execrata, qui totius naturæ perexiguo, per hāc humanam experientiam, quaſi per nebulam, inter-

Rex vnicus in Regno Dei Ezech. 37. Oſee 1. Ioan. 10.
Monarchia optima ratio gubernandi
S. Iuſtin. orat. ad Gentes.
S. Athan. orat. cont. Idol.
S. Chryſ. hom. 34. In 1. Corint.
S. Cypr. lib. de vanit. Idol.
S. Hiero. epi. 4. cap. 6.
S. Leo. Serm. 1. de natiuitat.

micante lumine colluſtrati, collucentiſſimam veritatem aſpicere, ſcriptiſque committere potuerunt: in quibus quis neſciat manifeſtò cenſeri Homeros, Euripides, Iſocrates, Demoſthenes, Diones, Plinios, Platones, Ariſtoteles; Senecas, Plutarchos, & quotquot è ſcriptorum numero de ciuili ſtatu rectè ſenſerunt, aut optimarum gubernationum vim, ac naturam perinde, ac par eſt perceperunt? tam ſunt omnibus conſilijs præcipites, ac deuij, tam ſuo obſtinato errore excordes, ac ſtupidi; tam proprio ſuo iudicio excæcati errores noſtri, vt quod omnes homines videre, non videant: tam ſua ſuperbia inflati, tam obfirmati inſolentia, tam faſtidioſa animi intolerantia obdurati, ac ferrei; vt contra veritatem à tam multis, tam conſtanter, tot modis, tam variè, tanta deſignatione, tanto apparatu, omnibus ſeculis, omni memoria, omni aſ- 143
ſeueratione traditam obniti non erubeſcant. Qui ſi temerè, & inconſideratè, ne ſtultè dicam, contra Monarchiam inſanierunt; haud paulo inſolentius ſunt in ipſos Monarchas, diſſeminatis ſeditioſiſſimis voluminibus, perbacchati, in quibus hoc egerunt, hoc ſpectarunt omni conſilio, omnique peſuaſu, atque inductu, vt illis ſummum odium apud populum, ſummúmque contemptum omni inſtructa machinatione conflarent. Lutherus Caluiniſtarũ veluti parens ita furioſe deblaterat in Regium nomen, vt Alecto ex imis tartari hypocauſtis excitã potius, quàm humanitate aliqua imbutũ hominẽ putes. Illi enim eius ſunt Saxonici rictus libro de poteſtate ſeculari

Homer. 2. Il. Euripid. in Androm. Iſocrat ad Nicoclem. Demoſt. Olynthi. 1. Dio Caſſ. hiſto. Rom lib. 44. Plinius lib. 11. cap. 5. Plato in politico. Ariſt. 12. metaph. Senec. lib. 2. de beneficiis cap. 20. Plutar. de 3. gener. Reip.

Lutherus lib. de ſeculari poteſtate.

lari, quem duci Saxonum nuncupauit. *Inter Christianos superioritas esse non potest.* probat, quòd verus princeps nullus inueniatur. *Ne mireris si contra Euangelium furiè, & fatuè,* inquit, *agunt; oportet ipsos titulo, nominique suo satisfacere: & scire debes quòd ab initio mundi admodum rara auis est princeps prudens, adhuc multo rarior princeps probus: sunt communiter maximè fatui, aut pessimi nebulones super terrã.* Et mox, *Ipsi enim sunt lictores, & carnifices Dei, quibus vtitur ira diuina.* Tum vt fidem suo axiomati expeditam compareret, vtque animos perduellioni ingentes in omnem opportunitatem afferat, quàm indignissima, ac dirissima potest, conuiciatur in principes; inter quæ istas cognosce furiosi hominis delirationes eodem volumine: *Admodùm pauci sunt principes, qui non habeantur pro fatuis, & nebulonibus.* Et statim, vt canat ad rebellionem classicum. *Deus non vult diutius permittere, non amplius nunc mundus est, vt olim, quando homines sicut feras venabamini, populus commu[...]s fit intelligens &c.* Atque vt audias furiam ex ore anguinea iuba furentem, accipe, quæ in altero opere, auerso stomacho inter offas euomuit, cui inscriptio est ea digna operis, digna authoris. *Duo Cæsarea mandata discordantia.* Et sub finem; *ne sequamur eos ad proficiscendum, aut ad contribuendum cortra Turcas. quandoquidem Turca decies prudentior, & probior est principibus nostris.* Et infra aliquanto, *De his conqueror ex imo corde cunctis probis Christianis, vt mecum commiserenatur semper eiusmodi stolidos, fatuos, insanos, furiosos, & amentes moriones esse.* Rursus ibidẽ, *nostri principes sunt menda-*

Luter libro [con]tra duo Ca[esa]ris mandat[a].

ces, & obstinati, non homines rationis participes, sed bestiæ. Animaduerte, Henrice, noui Euangelistæ temperantiam. Contra Carolum quintum Cæsarem, principem suum germanum, ac legitimum tantum est ausus; qui inuictissimus, sapientissimus Imperator iusta quadam indignatinoe permotus, cùm eum armis posset coërcere, atque, quod merebatur, opprimere, qua fuit indulgentia, satis suæ mansuetudini factum putauit, si de illa tam extraria, ac fera Lutheri perduellis amentia æternum traderet posteritati testimonium, quo, vtpote ipsius Cæsaris iuxta, ac totius Romani consentientis imperij, ad id quod modò agimus, maius, aut magnificentius nullum esse potest. Fecit edictum vormasiense, vniuersis imperij principibus adstipulantibus, anno 1521. vbi hæc in multis de illo amente conqueritur. *Obedientiam*, inquit. *& regimen omne prorsus tollit: unde populi ad defectionem à suis tam spiritua-li[illegible]bus dominis faciẽdam, ad rapinas* [illegible]*es, incendia, cum magno, & manifesto Christianæ Reipublicæ discrimine pronocentur: quin imo cùm vitam quandam solutam, licentiosam, atque ab omni lege explicitam, & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo leges ipsas damnat, & contemnit.* Rectè, ac verè illa etiám postrema Imperator; nam illà indomita fera perduellionis impudentissima buccinatrix abrogationem omnium humanarum legum, & liberum defectionem à principibus magno vlulatu denunciat, fucato libertatis Euangelicæ nomine obuelatam. *Haud alia spes*, inquit, *remedij est, nisi vt libertate Euangelica reuocata. omni* 144

Carolus 5. Imper. luculentum de Lutheri, hæreticoru[illegible] perduellione testimonium.

Luth[illegible] lib. de ca[illegible]tiuit. Babilonica omnes leges humanas abrogat.

omnibusque hominum legibus defossis in tumulo nos ipsi omnia iudicemus, & gubernemus. Porro defensionem nescio quam ad Henricum octauum Anglię Regem instituit, in qua sine fronte, ac sine reuerentia aduersus Principem, eum Morionem, & fatuum, & mendacē in singulis propemodū membris appellat; atque hæretica, id est intolerabili insolētia, intolerantissimè Regum Maiestatem, in eius Regali persona dilacerat. Thomas Monetarius Lutheri primipilus, emissarius, cum ad seditionem, & motum plebem, & agrestes homines ex rusticanis pagis eadem sui. Doctoris buccina additis, atque reuocatis animis solicitaret, *Tundite,* inquit, *inquam Nembrot, & turrim euertite: fieri non potest vt à timore hominum liberati eximamini, quoad isti viuent,* (magistratus, Imperatores, ac Reges intelligit) *nihil de Deo vobis dici potest, quamdiu illi vobis imperabunt.* Hoc ipsum illud Hieroglyphi cum est incudis omni trium fabrorum ope, & arte diuerberatæ, quam in primo excusorum voluminum indice Gebennenses pro arcano

Luther. ad Angliæ Regem Henricum.

Thomas Monetarius epi sto. ad Rusticos tumultuātes aduersus Magist.

Gebennensium Hieroglyphicum Incus pulsata tribus malleis excusa in librorum indicibus.

145 vestibulo collocare solebant. Zuinglius sentit, & scribit Reges improbos (puta vt sua dialecto loquitur) Catholicos euerti fortunis, regnisque debere; quam sententiam Saülis, & Manasses exemplo declarat Caluinus, tametsi in institutione veteratoriè, & vulpino more, vt solet, in cæteris Curium simulat, & vult moderatus consultò videri in carpendis Regibus, aliàs tamen obscurè præ se haudquaquam tulit, se hac parte nihil velle Luthero laternario suo, neque cuiquam improbo de improbitate concedere; seque vulpecu-

Zuinglius.

Caluin. Inst. lib. 4. ca. 20.

lam, vt in alijs semper, ita in hoc argumento egisse, cùm intus in pectore lupi rabiosi personam absconderet. Ecce quid sentiat in Da-

Caluin. in Daniel. ca. 6.

nielem de Principibus. *Principes terreni,* ait ille, *se contra Deum extollunt, sua seipsi potentia priuant, imò verò indignissimi sunt, qui hominum catu, ac numero reponãtur: potius igitur illis est facies cõspuenda, quàm ipsorum imperijs obtemperandum, nisi omnem superstitionem extirpent, & funditus tollant.* Nimirum enimuero exigendi, & sese potestate abdicare adigendi sunt, nisi quæ ministelli velint, ac iubeant oppidò faxint, quæ mens est scholæ Zuinglianę, nec nõ factionis Anabaptistarũ appendicula, qui affirmabant magistratũ vel eo ipso de magistratu decidere, si lethali se aliquo scelere obstrinxisset: neq; illi obediendum esse de cætero, quamquã sacra palã in contrariũ reclamante scriptura. Eodem loco, vt quasi ex Lutheri fistula, declamare Caluinus videatur, Reges iniuriosè compellat insanos, excordes, tyrannos, superstitiosos, tam obscœna, Rex, tam lutulenta, tam spurca oratione, vt eam referre tuæ Maiestati me vehementer pudeat. Pari inuerecundia Satyricum in motum cachinnatur, quòd Reges nostri, aliique principes se eos esse conceptis verbis PER DEI 146

Beza epist. 41.

GRATIAM profiteri solent. At Beza in quadam epistola, clarè Francorum Regem Satanam appellat, adhortatúrque fideles suos, ne vllas cum illo vnquam paciscantur inducias. Discipuli in Magistrorum sententiam non pedibus modò, sed omnibus animis discesserunt; dum haustam ab

eis disciplinam varijs contra Reges Christianissimos huius imperij, contra Carolum quintum Imperatorem, & id genus alios editis libellis, promulgarunt. Qua ex mea dilucida, ac certa narratione intelligit, credo, Maiestas tua, an Reges, ac Regiam dignitatẽ iuxta, ac summos Pontifices, inimico animo, infestisque studijs prosequantur; an sui abditioris cordis arcana, quamquam aliquando per speciem obducta dissimulent: an in Societatem nostram iras concoquant implacabiles, cuius consilia, dicta, facta, tam ledi argumento scientes calumnientur. Deus immortalis! si aduersarius in totis nostris Bibliothecis vel tenuem clausulam subolfecisset, quæ ad istorum reconcinnatam modestiam tantillum accederet; hic ille qua lætitia perfunderetur? quibus gaudijs exultaret? quanta in voluptate baccharetur? quo stylo nomen nostrum notaret? quæ syrmata? quas peripetias? quæ episodia faceret? sed admirabile oppidò est hunc adeo nasutum, adeo sagacem hominem, vt sine tanto interuallo Eurysteam Augiam possit olfacere; qui Regum causæ patrocinari tam officiosè statuisset, cùm adeo curiosè nostros codices rimaretur, vt inde aliquem calumniæ, conuicijque ranunculum expiscatus triumphale εὕρηκα inclamaret; mirum, inquam est, atque incredibile corollarium quodpiam huiusmodi, aut leuiculos non obscuros apices, aut rara saltem aliqua non ignobilia ramenta producere non esse ausum, aut obiurgatiuncula nonnulla, neque insulsa, nec inurbana vel parergon saltem, & quasi per transitum perstrin-

xisse hos contemptores cruentissimos Maiesta-
tis, ac Regum Iesuitas. At verò, potius esset ma- 147
ximè mirandum aliquid in eam rem eum, quan-
tacumque vi, exugere, ait exprimere potuisse:
ita enim in Iesuitas inuehitur, vt pro illis dicat,
vt tota in oratione, non tanta cum ipsis, quanta
secum illi esse suscepta contentio videatur: nam
neque hoc propositum habet, vt Regum iura
defendat, verum vt omni nos crimine lacessi-
tos, ac notatos perditum eat, atque in vltimam
calamitatem trahat, nostróque, si fieri potest, san-
guine saginetur. Quinetiam manu tenemus, ne-
que in eo vlla dubitatio esse potest, hos frugi
Francos, in quæstione de Tyrannis, Anabapti-
starum pronunciata inuehere in œcumenico Cō-
stantiensi concilio condemnata: qui veluti pro
aris, ac focis propugnabant contra Tyrannum
principem armis decernere, eumque quouis
modo, indicta causa, nec expectata sententia
iudicis interficere licere: quod non indiligenter
Bodinus aduertit in sua Republica, tametsi in-
considerate, & falsè scribit non in ea Lutherum,
& Caluinum fuisse sententia: ex iis enim, quæ
modò commemorauimus, solis luce clarius li-
quet eius erroris eos authores, eos principes,
eos antesignanos existere. Iam hæc illorum
commenta hæretica sunt, ac sacrilega, & quod
peius est, Tyrannorum numero, ac nomine cen-
sent Reges, Principes, Dynastas ad suum arbi-
trium, ac libidinem, & leuissima de causa, &
qualibet oborta occasiuncula, videlicet si illo-
rum imperio in auita fide stare iubeantur, si ali-

De tyrannis Anabaptistarum hæresis à nostratibus hæreticis inuecta.

Bodinus in Rep. lib. 2. c. 5.

Appellāt Tyrannos eos omnes Principes, à quibus in officio continētur.

qua

qua vi contineantur in officio; si detrectantes
imperium more, ac legibus coërceantur, impel-
lantur, puniantur. Illa demum iusta, inuisa, vin-
dicanda tyrannis, si atra id bilis in illorum refra-
ctariolum sinciput inspirauerit. Itaque nemo
Rex, nemo Princeps, nemo Dynasta quantum-
cunque legitimus, & probatus, & iustus in isto-
148 rum regno potest consistere, cui isti non tyran-
ni ferale cognomentum inurant. cuiúsue hære-
ditatis coronariæ, ac Regiæ ditionis sibi arbitria
non deposcant: quin præterea vt quique opti-
mi, vt quique sanctissimi, ita sine dubio ex illo-
rum sensu, Tyrannorum importunissimi pro-
clamantur: nam sanè illis obiecti, contrarijque
sunt; illorum impietati, atque perfidiæ exultanti
tanquam frænos furoris inijciunt.

CAPVT XXIX.

Horũ hominum deerrantium vita ipsorũ doctrinæ consentanea.

ILLORVM dictis, scriptisque facta, fructus
arbori responderunt. Enimuero omnibus in
locis, vbi forticuli prosperiorem sunt experti for-
tunam, popularem Democraticum statum sta-
biliuerunt; nec religioni habuerunt suorum prin-
cipum, quos venerandos, quos audiendos, qui-
bus obtemperandum esse natura ipsa, omnia-
que iura humana, ac diuina præscribunt, au-
thoritatẽ opprimere, imperium abijcere, statum
prodere, fortunas perdere, caput, & vitam, &
sanguinem petere, passimque per omnia euiden-
tissimè præ se habuerunt se capitali quodam in-
nato furore, omnes ad vnum Principes detestari.
Cuius compertissimæ veritatis quam nos aliam
meliorem rationem afferre possumus, præter
Geneuæ, atque Hollandiæ quotidianam expe-

Popularem Democr[illegible] furiosum statum inuehũt, cũ principum suorum intolerabili iniuria.

rien

rientiam, quas dominis suis, legitimisque possessoribus per vim ereptas publico latrocinio, intoleranda tyrannide opprimunt? Quid dicam pleraque hoc in Regno oppida, vbi vectigalia indicere, vbi in media pace arma crispare, vbi sæuè, horrendè, fere imperare, vbi magnificè quasi in suo nido volitare, vbi regnare ad extremum, atque principi, quoad volunt, obtemperare, libertati restauratæ, atque Euangelicæ tribuunt: quid necesse est referre, aut cogitando recordari factiones, seditiones, coniurationes, tumultus, rebelliones, populationes, calamitates, dissidia, excidia, cædes, rapinas, stupra, sacrilegia, vastitates, carnificinas, bella, horrida bella, quæ tota deformata, compilata, prope sepulta Christiana Europa aspeximus? exhorruimus? videmus, ac flemus? tuisque nominatim in visceribus misera, ærumnosa, infœlix patria, quæ omnia, & longè maiora, quam ex orco emergere posse vnquam crederent maiores nostri, ex eadem textrina, eodemque contextu, ac filo Lutheranorum & Caluinianorum axiomatum conserta, & contexta, atque, vt in re noua, vbi noua verba deficiunt, priscè cum Comico dicam, contortiplicata extiterunt? scio equidem prouidos, & catos homines nonnumquam de Maiestate Regum dimidiatis interruptis voculis modestiuscule loquutos esse visos: & cùm omnia intus canerent, vt tibicen Antigenides, pressis voculis, ac labellis dicere colendos esse, illis parendum, & assentiendum, mortem potius oppetēdam, quàm ab illorum iusto dominio abeundum; ferendos,

Illorum quotidianæ simulationes.

& to

149 & tolerandos, & quæ alia eius generis pulchra bellè in illis negotiolorum, & recularum suarum alcedonijs insusurrabant, cùm pauperculi, & tenuiculæ fortunæ homuli tantulùm respirarent abiecti, ac depressi, nec commodè valerent vela facere, qui anchoris legum in puluinario continerentur, mox tamen atque parua afflasset aura prosperioris nauigationis; cùm se conualescere, atque in alto plenis Carbasis nauigare, & superiores euadere sperarent, tum verò hanc nobilem acroamaticam theoriam illa exoterica practica eorum Theorematum pietatis, ac fidei restitutæ permutabant, quæ modò ex me tua Maiestas, cùm dicerentur, audiuit: nec sibi deerant in suo procinctu, quominus omni velorum, ac remorum ope vterentur, quo in commodum suum, secundæ, atque propitiæ fortunæ suæ pitaticum mioparonem aduersus omnes impellerent; palámque factis, ac dictis denunciarent cuius colubri gliscentis patris essent conceptu procreati. Atqui hæccine illa sunt Iesuitarum axiomata? hæccine quæ memorauimus exitia, detrimenta, prodigia, ex illa fœculentissima coniuratæ doctrinæ sentina ructata e Iesuitarum Theologia profluxerunt? Responde hic rursus orator Acephale, aude aliquid, si potes, hiscere; te porro lacesso, te vrgeo, iterum; tuam ingenuitatem appello: num negare audes? quid taces? conuincam, si negas. Sed faxis, vt verè aliquid proferas, & ingenuè, & clara fronte; & bene logice, quæso ex te; hanc tantam malorum sementem tu factam esse dices à Iesuitis? an subiectos populos? an hæc

nostra

noſtra deſerta, vaſtata, ſubuerſa Regna? an hæc veſtra ferrea ſecula? an hos furioſos animos ad illas furias, faces, flammas, conflagrationes, fœdaque incendia comparauerunt? ô te miſerum, ſi neſcis! proditorem, ſi diſsimulas! ſceleratum, ſi non ſentis! Hoc, Henrice, credo dicere auderet; vellet admodum, ſed terret illum nimis vi- 150
brans, pellucensque veritas, quæ linguam illi interſtringit, & fauces obſtipat, ne auſit illud probrum obſtrepere: nam omnes norunt in illorum ingentium incendiorum eius cōcitatiſsimæ tempeſtatis exordio nos necdum in Gallia fuiſſe: nemo poſtea nos, etiam, quàm Regno donati, admiſsique eſſemus, illarum rerum vel leuiſsimam in ſuſpicionem, nedum in quæſtionem vocauit: nullus ignorat id negotium omne, hanc machinam, hos fragores, hæc horribilia portenta Lutheri, Caluiniique gregalium, locatarúmque ad ſcelus operarum extitiſſe, quibus illa ſtupenda orbis conuulſio ſit iure ſuo deferenda, quippe authoribus eius luctificæ, atque execrandæ doctrinę Rebuſpublicis, ſtatuique cōmuni pernicioſæ, ac peſtiferæ; non autem diſciplinæ Ieſuitarum, quæ mera, ac ſola Dei optimi maximi documenta complectitur; ex quibus nuſquam tam funeſti, aut tam ærumnoſi exitus emanarunt. Quod ſi è Catholicorum numero factioſi, & furioſi, ac læſæ Maieſtatis artifices ſcelerati nonnulli reperiantur (qui vtinam non eſſent, neque tam ſæpe inuenirentur) non eos facit diſciplina Catholica, ſed ad hanc illos amentiam natura peperit, voluntas exercuit, ſcelus armauit, luxuria, auaritia,

Hæreticorū peccata ex ipſorum doctrina profecta emanant.

Catholicorū verò errata nō à doctrina Catholica, ſed ex ipſorū deprauata cōſciētia oriūtur.

tia,

tia, fraus, turpitudo, desperatio, aut quæpiam alia
effrænata cupiditas extimulauit? quæ illorum
animos furijs quibusdam obsident, agitántque
medullitus, vt sanæ disciplinæ Catholicæ nulla
ratione habita, suis desperatissimis vesaniæ men-
tis vexatoribus motibus obsequantur. At vero
Lutheri, atque Caluini institutio, ac ratio ipsa,
per sese, ex professo, ad illam fetalem insaniam
studia instruit, mentes informat, voluntates ex-
suscitat: eius ingenita vis, atque insita naturæ vir-
tus est arrogantia, natiua, & ingenerata indoles
perduellio. Quare nulla memoria, hæresim vl-
lam emergentem populus Christianus aspexit,
nisi rebellione, & factione, & turbarum nutricu-
la rabie, veluti Remi, ac Romuli parricidarum
gemellorum fratrum lupa pronuba obstetricate:
quæ primo contra purissimum, ac de humano
151 genere meritissimum Christi soteris, ac sospitis
numen, tum, eadem deinceps opera, in princi-
pes, quorum intra fines, ac ditionem ortum acce-
pit, aperte grassatur. Ac si in præsentiarum, vel
in Francia, vel alicubi vspiam, eos videmus pa-
catos, aut frænum, chalybemque mordentes, ex
eo illud profecto est, quod bellis fatigati, ac pene
delumbes fatiscunt; vel quia commeatu, causæ-
que, vt aiunt, exhausto ærario, & resectis fracta-
rum virium, allisisque neruis, facultatem nullam
amplius, aut animum habent belli redintegran-
di: aut fortassis etiam (namque id liceat me-
ritò suspicari) quod plerique ipsorum pericu-
losa experientia condocefacti Sinonum suorum
documenta pelasga, artes inanes, inuenta irri-

Lutheri, atq; Caluini disciplina suapte natura ad scelus armat, atque impellit.

ta, disciplinam vanam, ac futilem, sectam, vt ita dicam cum vetere poëta, triobolariam, & pannosam; denique aliquando retectos, ventilatósque cuniculos deprehenderunt. Quòd si vicissim in illis non pauci, quos esse ego non dubito, fidos se præbent, & obsequentes, & flexibiles tuæ Maiestati, est quidem culpa infœlicissimæ ætatis, ac temporum, quæ eos à parentis Ecclesiæ gremio transuersos abstraxit: laus verò pudoris ipsorum, atque ad optima quæque propensæ naturæ, quod suum officium faciunt; non illius desertæ, & afflictæ scholæ Magistrorum suorum, quòd id agere, quod illos deceat didicerunt; aut bonum aliquẽ genium certè esse oportet, qui eius bonitatis characterẽ, ac formã in illorũ mẽtibus insculpsit. Is ille ludus, illáq; exedra, vnde instituti prodierunt, suopte ingenio non potest nisi funesta, ac lethifera omnia procreare, haud magis, quàm atra cornicula atrum pullum, aut malus coruus pessimũ ouum. Atque vtinam, ah vtinam! quod modò dicã, ipsi pacato, & àcupiditate vacuo animo acciperent, vt vel semel eos fructuosè tot suorũ scelerũ peniteret, vel ad meliorem frugẽ se referrent. Quemadmodũ enim, Hẽrice, illa turbulẽta natio nostra altera Hecuba ignes enixa iugales, generatim seminariũ quoddam (quod tuam Maiestatem meminisse, penitúsque cognoscere arbitror) omnium malorum extitit, quibus demersa propemodũ misera Gallia nostra succubuit, ita & iam speciatim, ac propriè omnium difficultatum, periculorum, & cladium scatebra fuit, quæ in tuam Maiestatem toties

Quæ causa vltimam fœderatã vnionem Gallorũ Principũ impedire, ac retardare potuisset.

ties, tanto, tam certo vitæ periculo fortunarum, ac Regni, tam sæpe, tam claro, tam tremendo discrimine redundarunt. Nam si ita prosper afflictæ Galliæ aliquis genius, huiusque Franci Imperij illa quædam diuina fortuna tulisset, vt tua Maiestas in auita fide, ac religione, quam profitetur modò, nasceretur, & in ea sine intermissione persisteret; aut si subiectis tibi Catholicis populis concessum fuisset propius obseruare ingenium, studia, mores tuos, congressus consuetudinemque victus, naturæ lenitatē cum admirabili Ma-
152 iestate coniunctam, humanissimos affatus, & sermones speculari tuos, quibus semper es consequutus, vt eos ipsos, qui te etiam odissent, non vinceres modò, sed deuincires; equidem omnibus terris vna Gallia communi non arsisset incendio, in qua, & pridem absque periculo fruereris ipse te, nec vlla fœderatæ vnionis mentio vnquam incidisset, neque se extulisset magis, quàm posteà, quando te sacris aduolutum altaribus augustissimam liturgiam frequentatem, atque adorantem aspeximus: illico enim, nulla interposita breuissimi temporis mora, illa ligata, atq; fœderata incursio lethalem illam plagam accepit, & vitium fecit; & veluti mollis ad solē cera colliquefacta prorsus interijt: neque antea vsquam esse cœpisset profectò: omnes homines in tuam Maiestatem illos suos solidæ expectationis, ac spei oculos coniecissent, Rege demortuo, non modò nullo labore, aut periculo, in sublime maiorum suorum hæreditarium solium euecta fuisset; sed eo maiori applausu, & clariori assensio-

 ne.

ne omnium populorum; quo perſpecta tuæ fortitudinis, ſinceræque virtutis integritas ſpem exploratam cum mirifica, & ſumma fiducia dediſſet, fore vt cuſtodita à maioribus, nobiſque velut hæreditate tranſmiſſa religio proſperata floreſceret; liliúmque, te regnante, in Catholica Eccleſia, cum affluentiſſima pietatis, honoris, pacis vbertate, & copia fruticaretur. Ergo Caluini ſectatores vehementer pudere deberet, qui inaniſſimè gloriantur, parique inſolentia iactitant ſe tuam Maieſtatem ad regalem thronum, quaſi manu apprehenſam duxiſſe. In quo hæc orbe homines vaniſsimi venditant? quippe in illo, vbi conuictum experientia, comprobatum vſu, comprehenſum digitis tenetur ex eorum doctrina, veluti ex quodam lacu, non Gebennenſi, ſed Lernæo tuas hydras pullulaſſe; omnéſq; in tuam Maieſtatem ex eo fonte labores manaſſe, quos alioqui, ſi vis illa peſtifera non effeciſſet, nullos fuiſſes, nullaſque tantarum, tam periculoſarum rerum varietates expertus. Veruntamen, vt quod res eſt, fatear; neque Maieſtas tua, neque Gallia potuiſſet tam manifeſtò diuinam in te, tuùmque 353
Regnum prouidẽtiam, curam, & gratiam deprehendere, quæ te pro infœliciſsimi populi libertate ex tot, tantiſque difficultatum, & aſperitatum voraginibus eripuiſſet, vt te illi Regem, cuſtodem, ac parentem miro, ac prodigioſo quodam artificio compararet. Quæ quidem maxima numinis beneficia, quam gratiam ſingularem, quod diuinæ tutelæ ſupremum exemplum, quas multas nõ dubias Dei immortalis ſignificationes...

Spurciſsima Hugonotorũ de Rege iactãtia in ſuis querimoniis. cap. 7.

quo

quo duce in hanc gloriam, fœlicitatémque es ingressus, vt Regem Christianissimum decebat, gratissima recognitione celebrasti, cùm beneficum numen es veneratus, quod te, quem Regno pulcherrimo, florentissimo, potentissimo præesse voluisset, etiam omnibus hostium copijs, terra, marique superatis, à fortissimorum hostium periculosissimo impetu defendisset. Placasti grati animi maxima iucunditate superos, emolliuisti omnium tuorum, etiam coniuratissimorum hostium ferrea viscera; deuinxisti tibi omnes nationes; certa ad summam immortalitatem fundamenta iecisti; quando eius diuinæ vis causa, quæ te à tam præsenti extremæ ruinæ discrimine liberauerat, ostēdisti, te obliuisci nihil solere, præter iniurias: noluisti coniuratæ vnionis præterita facta refricare: contentionis odium; quoniam hoc erat animi, quoniam etiam erat ingenij tui, simul cum ipsa pugna, armisque deposuisti: hostes tuos odisse nunquam potuisti (vnicum tuæ præstantis naturæ miraculum) ne tum quidem, cùm illi à te maximè dissiderent: obliuione sempiterna omnia tum gesta obliterari, rescindi, sepeliri voluisti, omni humanitate referto æternæ amnistiæ edicto suffixo, nouisque propositis indulgentissimæ sisactiæ tabellis exulceratissimorum temporum prauitatem, atque maliciam funditus obruisti. Considerasti quicquid tempestate abreptus populus fecisset, id eum nullo particulari odio in tuam Maiestatem fecisse, sed pro auita Religione vindicanda, præsertim Ecclesiasticos homines, atque in ijs pauperculos Religiosos,

Rerum omnium, vnionis tempore, perpetratarum Regia obliuio & condonatio.

qui neque possent, neq; deberent ea in re vllum
alium quæstum,aut vllam aliam commoditatem
spectare,séque officio obligatos, atque irretitos
putarent,vt in causa supremi Domini, atque au-
thoris Dei se acres, ardentésque oppugnatores,
& æmulos præstarent. Atque si meum magna
voce iuratum,verissimũ, pulcherrimúmque ius-
iurandum aliquid valeret, ad Societatis nostræ
innocentiam ab illa pœna,ac suspicione liberan-
dam,quã ipsa sola in toto Regno sustinet; aude-
rem testari summam, interminatissimam verita-
tem, quæ huic tuæ Maiestati, huic tuo Regno,
huic imperio præsidet, quæ hoc Gallicum scе-
ptrum,quæ hanc libertatem, quæ populũ tuum,
quæ vrbes,atque templa, tuis auspicijs, suo nu-
mine,auxilióque seruauit; Societatis IESV Re-
ligiosos, si qui illis se turbinibus commiscerunt,
qui soli periclitantur, soli mœrent, soli timent,
soli in tanta,támque firmata trãquillitate, lacry-
mantur,nihil spectasse aliud, nisi vt integro ani-
mo, ac libero, Catholicæ fidei causam,templa,
arásque defenderent; nullum ab illis scientibus
facinus perpetratum, nullum penitus scelus su-
sceptum contra salutem tuam,aut defendisse,aut
probauisse, aut suasisse:nihil fecisse, nisi optima
mente, ac Religioso Consilio: ad multa amore
patriæ, amore numinis esse adductos, quòd se
Reipublicę periclitanti subuenire posse confide-
rent.Quòd si nonnulli suum ardorem, suámque
æmulationem vlterius progredi, aut euolare al- 154
tius,quàm par erat, loquendo liberius,passi fue-
runt; audeam me iterum Religiosissimo cõstrin-
gere

Catholicorũ scopus,atque animus in vnione ineunda.

gere iureiurando, téq; porro testari, infinita, diuina Maiestas, id contra superiorum voluntatem, ac ductum fuisse. Scio, scio, & hausi ipse hisce oculis, quanta cura, quanta sollicitudine animi, quãto angore tum tẽporis, noctes, ac dies, præpositi Prouinciales Lugdunensis, atque Tolozanæ Prouinciæ, varijsque Rectores Præfecti Collegijs exederentur: Ioannes Gentilius Diuione, Antonius Menageus Biturigibus, Michael Coyssardus Anicij, vt vnumquemque in officio continerent. Sed si quotidiana illorum accurata prouidentia non valuit satis ad frangendos insanissimæ procellæ spumantes fluctus, omnésque intra illius, quàm oporteret modestiæ terminos reprimendos; haud magis, quàm aliorum alijs in Religiosis ordinibus præpositorum, nostra non ideo est præiudicanda causa deterior, quàm cæterorum, quorum impunitas, Henrice, tuæ clementiæ laus est, qui causam habebant, vt omnes vident, peiorem, quàm nos; aut, vt ego malo dicere, certè parem. Ac mihi quidem, si proprium, & verum crimen nostri mali quæratur, fatalis quædam calamitas incidisse videtur, & improuidas hominum mentes occupauisse, vt nemo mirari debeat humana consilia fuisse quadam veluti necessitate communium temporum superata: si totum orbẽ alienatum fuisse dicimus, qui sanè fuit, cesserant nostri publicæ inuidiæ: si commoueri omnia videbãtur, tempori; si suspicio etiam criminis nonnulla suberat, conscientiæ; si metus perdendæ fidei, officio; si perturbatio, & pauor patriæ derelictæ pungebat, pietati; si periculum sacrorum,

religioni: Torrens, torrens potius erat, ac turbo temporum, inflatus varijs sententijs, contrarijsque opinionibus; diuersis admodum inter se studijs, & cupiditatibus intumescens; nimis rabidus, ac vorticosus, vt posset, nimis turbidus, ac violentus, vt pateretur, nimis suspectus, & lubricus, vt deberet ab vllo in omnibus, & per omnia, intra ripæ suæ, alueique margines contineri.

CAPVT XXX.

Iam aduersarius solos ad extremũ insectatur Iesuitas.

INSTAT hoc loco aduersarius, atque hoc vrget; si apud religiosorum hominum reliquas familias aliqui reperiebantur, qui immoderatè animo affecti in factionem Hispanicam raperentur, alios nec paucos, nec obscuros non defuisse, qui apud Turonenses, Callatos, Rhedonenses, & 155
Catalaunos egregiam operam nauabant: Iesuitarum verò neminem fuisse penitus inuentum, qui periclitanti fortunæ Regiæ patrocinaretur. Ad quæ primum ego respondeo nullo Francos nostros immoderato in Hispanum affectu fuisse; nec vlla in illis oppidis Collegia tum stetisse, vt Regi deseruirent; tum illis, vbi versabamur in locis parti fœderatę studẽtibus maioris studij officium a nostris vel exigi, vel exhiberi nõ potuisse, quàm vt frugalitatem, atque modestiam, cùm verbo, tum facto seruarent. Pro qua sui muneris parte superiores diligentissimè excubabant, vigilabantq; nec partem vllam capiebant quietis, vt postremo dicebam; eamq; in rem testimonium præclarum habemus omnium ciuitatum, in quarum oculis versabamur, nos nemini Ecclesiastico, aut Religioso secundos moderatione, & temperantia extitisse. Porro Edmõdus Augerius noster,

Edmondus Augerius partibus Regiis

ſter', vir clariſſimus tota Gallia, noſtra memoria ſummus orator, Regi Henrico vita functo in primis iucūdus, & carus, cùm Lugduni conciones apud nos, alijſque in templis haberet, an. 1588. & 1589. recordantur omnes, niſi qui cum hoc homine nihil boni vnquam meminerunt; cùm illa ciuitas maximè fœderatis armis ardeſceret, eum ſolitum ſemper publicè, è loco ſuperiore, ſpectāte, atque etiam plerunque fremente infinita ciuium multitudine, pro Rege orare, eum commendare populo laudare, defendere, proſpera illi omnia comprecari, inſtituere pro illo vota communia: quas ob res ſæpe apertum capitis diſcrimen ſubijſſe, tantumnon in Ararim deturbatum fuiſſe; ea ex re vti facta, quamuis duntaxat minis intentata Geneuę excuſum libellū prodijſſe Gallia meminit vniuerſa; quē tractauimus, vidimus, mirati ſumus de Edmondo Ieſuita in Ararim à Lugdunēſibus deturbato omnia certa deſcribere: ad extremum ex furore, ac manibus vulgi non ſemel ereptum aufugere, ac cedere vrbe fuiſſe adactum: recens adhuc eſt, ſonanſque memoria; quod dicent, teſtabuntur, iurabunt, ſi erit opus, quotquot ampliſſimam ciuitatem incolunt Lugdunenſes. Ann 1593. & 94. cùm Romam veniſſet, pro re Gallica, Dux Niuernenſis, quis neſcit Antonius Poſſeuinus è noſtra Societate quanta cura, quantóque labore negocium tuæ Maieſtatis ſuſceperit, egerit, quemadmodum Dux ipſe excuſo typis teſtimonio ad poſte-
156 ritatis memoriam conſignauit? Anno item 1594. Cardinalem Toletum Ieſuitam probè comme-

addictiſſimus Regiq́ue vnicè carus, ac iucundus.

Antonius Poſſeuinus egregiam Regi operā nauauit.

Cardinalis Toletus.

minit tota Europa Christiana nullam officij partem missam fecisse, vt rem tuam apud summum Pontificem procuraret: nouit, & commemorat, & gratè accepit, & multis solennibus fauoribus Regijs recognouit Maiestas tua, imò nuperrimè vita functo, Regium illi Parisijs funus indixit, quem summũ honorem nõ nisi præclarè meritis, de Regno decernere Reges nostri consueuerunt.

Iacobus Comoletus.

Iacobum Comoletum, quẽ isti omni abrepta, & mutuata occasione, omni laceratione famæ immisericorditer insectantur, tua Maiestas præcipuũ habuit authorem apud summum Põtificem reconciliationis solicitandæ spiritualium gratiarum, inter omnes, qui ea causa Romam iter intenderant, quò ipse quoque, dedita opera, profectionem adornauerat, monitu, ac suasu Niuernensis ducis, atque illustrissimi Gondij Cardinalis, qui locuples testis huius obsequij, & officij esse poterit; poterũt Cardinalis Ossatẽsis, Cardinalis Sourdius, Cardinalis Episcopus Eburonẽsiũ; qui viri, Deus immortalis! quis ignorat, quin omni virtute præcellentissimi, summa dignitate, pro Ecclesiastico ordine insigniter præditi, & ornati, incredibili fidelitate, ac studio, pro hac Maiestate Gallica commendatissimi. Denique alij pleriq; nostrorum singulatim, ac propriè in Gallia, & in Italia non cessabant Regi benè precari, precesque quotidianas eius gratia, pro exorando numine Gallicis laborantissimis rebus fundere, ad tantorum malorum inspectorem misericordissimum Deum inflectendum; & tamen (quis leget, aut credet hæc?) tamen iste clamator sensus

sus

ſus omnis expers, exhauſto rubore; corã Gallica Maieſtate ita loquitur, aſſeuerantiſsimè, ita clamat, omni extraordinaria exaggeratione. *Inter omnes Ieſuitas, facinus inauditum! facinus dictu, audituque mirabile! ne quidem inuentus eſt vnus (parum eſt eſſe vnum) dico iterum ne quidem inuentus eſt vnus,* Prodigioſa ſecuritas, atque conſtantia in ſtabiliendo mendacio.
157 *qui vſque ab anno octogeſimo nono, vſque nonageſimum quartum vocem vnam patriæ, aut principi profuturam commodauerit.* Hęc ita ille. Proh Deũ immortalem! Proh ſpectatorẽ oculũ vltricis ſcelerũ omnium, ac vindicis diuinitatis! vllúſne mortaliũ hãc vitæ vitalis auram ſpirauit vnquam, ab orbe condito, qui maiori audacia vllam compertiſſimam veri-
231 tatem inter coæuos ſuos, & æquales aſſerere auderet, quàm iſte aſſeueratione cõduplicata, apud Regem ſuum affirmat ingens, abſurdum, impudens, illiberale, immane mendacium? Atque ad hanc antecedentem ſocordiam, vel, vt ita dicam, præmiſſam anteceſſiunculam ſumptionem, perinde, atque Achillæam, & veram, & inexpugnabilem annectit, maximo intento ſuo neruo Rhetorico, concluſionem ſuam in hæc ingenua, ſuperi, & Franca, ac non potius Buſiridia verba: Vnde hæc ille coniurationẽ accerſit? pag. 5. *Quis negat hanc eſſe conſpirationem quandam generalem, immenſam, horribilem, furioſam? ac poſtquam ſua petitione deluſa ab ictu aberrarunt, næ! illi vehementer errant; nóſque admodum miſerabiles, admodũ ſtupidos arbitrantur, ſi noſtram illis ferendis, retinendíſque tolerantiam diuturniorem ſperant futuram, vt alia opportunitate dimetitæ decẽpedæ ſuæ melius captata dimenſione, nos cum ſtatu omnes perditum eant.* Poteſt aliquid ſcribi, aut dici, non à Menippo, aut ab Ar-

chiloco, ſed ab anguifera irata Perſephone magis Tragicum, magis mendax, magis horrendum illa vel vna ſanguinolenta periodo?{Tam fuit vna aliqua certa coniuratio, quam vera huius ratiocinati mendacij anteceſſio; quàm recta, & nexa, & ex diſparato eo capite ſubducta cōcluſio: antecedēs percelebre eſt, & conuictum, & ſolenne mendacium, quod oſtendimus: complexio, illáq; omnis ſanguinaria interrogatio, publica teſtificatio eſt, & autentica conteſtatio illius flagrantiſſimæ acerbitatis, qua iſte Chriſtianus exardeſcit in penetraliſſimo pectore omniū furiarū ſuccenſis titionibus vulnerato; quòd nō perimus omnes,
quantum cumque omnium hominum innocen- 158
tiſſimi; ſaucius animo, atque confectus, quòd ſperamus nonnihil, quòd reſpiramus aliquanto, quòd cœlum intuemur, quòd communem auram accipimus, quòd viuimus adhuc, quòd animam agimus, quòd reliqua obſeſſis faucibus premimus extrema anhelata ſuſpiria; quòd extimis labris palpitantem denique vitam, minutulaſque vegetantis iecoris fibras retinemus: ſe miſerum, ſe abiectum, ſe infortunatum exiſtimat eſſe, quādiu nos veluti in aliqua extrema arrepta naufragij tabula, in vlla particula Galliæ, fluctibus, atq; ærumnis decertantes videt, aut pro ſalute dimicantes animarum, aut Parthorum more, quaſi in fuga abeuntes aduerſis humeris in hoſtem teterrimum Eccleſiæ ſpicula intorquentes; ſe ſtupidum, ſe ſocordem, ac plumbeum appellat, niſi totis irarum, ac furoris impulſibus, quaſi tædis ardentibus exuſtulatus nos à tergo furibundus inceſſat:

ceſſat: nobis omni rabido impetu in collum, & in guttur inuolet, gulā opprimat, fauces obſtringat, iecur arrodat; lingua pulmonem trāſuerſum, venáſque tranſuerberet, qui ferro, qui roſtro, qui vngue non poteſt. Sed qua obſecro nos petitione deluſa, aut à quo ictu aberrauimus? nos nullum alium ſcopum, nullum alium ictum propoſitum habebamus, quàm quem communiter omnes in fœderata vnione reliqui Religioſi, & germani Catholici Franci, tantùm vt Religionis, ac fidei acceptam à maioribus ſuis hæreditatem ſartam, ac tectam conſeruarent. Maieſtas tua, Rex, ipſamet illuſtrauit, aſpexit, patefecit illam intentionem, quæ fuerat, non ambitioſorum quidem, qui fortè alio collimabant, ſed certè religioſorum hominum, qui Deo, atque conſcientiæ non ſimulatè, ſed ex animo deſeruirent; nec non integrorum, nec adulterinorum Francorum ciuium, qui pleriq; omnes alia omnia, quàm quę iſte ſomniat, aucupabantur. Illū ictū non irritū, ſed admodū fructuoſum, & quæſtuoſū effecit, poſtquàm fide, & gratia cum clementiſſimo numine, cum parente Eccleſia, cum ſubditis populis recōciliata, vidiſti tuos Francos vltro acquieſcere, ſeſe aduoluere genibus tuis, admirabilem amniſtię Regiæ, diuinámque clementiam exoſculari: regnum vno breui momento diſtractiſſimum coaluiſſe: omnes in tuam fidem, & clientelam, non alia vi, quàm tuæ reconciliatæ fidei, tuæque præpotentiſſimæ manſuetudinis, quaſi Herculeis aureis adductos catenulis ſe recepiſſe; Regnum vniuerſum in tuam ſe dulciſſimam tutelarem

Catholicorū Scopus in vnione fœderata.

telarem obedientiam,quaſi gregatim conieciſſe. Non igitur in nós agendũ eo fuit Oreſtęo genere declamãdi, qui à ſcopo non magis deerrauimus, irrito ictu, quàm cæteri omnes: qui ſi ex animi ſententia, id quod vellent aſſequuti ſunt, quæſtus illius nobis portiunculam vendicamus, in eoque tranquillus nobis, & contentus, & ſatis beatus animus conquieſceret, niſi illa periniqua moleſtia,& fatigationẽ,quã nobis ille inueteratæ nequitiæ Tartareus Satanas per calũniatores cõducta,atque locata mancipia ſua,contra ius,faſq; 159
faceſſere non ceſſat, premeremur. In Caluinum, eiuſq;ſectarios hæc maledicta,& probra iam pridem coniici oportebat,qui ab anno ſupra ſeſquimilleſimum decimo ſeptimo, nihil egerat aliud, quàm docuerat turbare omni ſcelere Eccleſiam, euertere, eripere, rapere ſeditionibus alienas poſſeſſiones, oppida, prouincias, Regna diripere, malleolos ad incendendum orbem terrarum, facéſque comparare: Galliarum verò regnum à ſeculi eiuſdem vndeſexageſimo anno obſidere, miſcere, perdere: nullum tota florentiſſima Gallia vicum non deformatum; nullum angiportum non circunſeſſum,depopulatumque relinquere; arma in vrbes, in Regiam, in templa, alta iam pridem pace beata conuertere; operire, ſepelire, obruere carnificinis miſerum regnum; nouas dimenſiones ſuas capere, nouas in Regna, in Reges, in orbem explorare, atque inferre decempedas, noua conſilia, noua arma, noua flagitia expedire, non octonis annis, ſed identidem ad conſpirationes alteras reconcinnandas,

Seditiones factiones,cõiurationes horrendæ in Europa ab anno 1517.& in Francia ab anno 1559.

nandas, poſtquàm eos priores ſui cœptus fefelliſſent, rurſusque ad tertias reuocandas, poſtquam ſecundæ illis aberraſſent: in ſumma facere, quæ vidimus, quæ deflemus, quæ vel recordando perhorreſcimus; quæ ego nec poſſum, præ lachrymis; nec audeo, præ horrore; nec volo, præ pudore ſigillatim omnia percenſere; quòd tuam Maieſtatem veneror, quòd tua edicta ſuſpicio, quæ pro communi tuorum inter ipſos retinenda concordia tuliſti, ne de ijs loqui, neu ea crebris vſurpare ſermonibus liceret, quæ tota ſtupefacta poſteritas ſine inuidia, perpetua funebri querimonia, libero æternæ memoriæ proponenda theatro deplorabit. Nunc effectorem mundi, & Rectorem Deum, quem conſeruatorem huius regni, atque imperij verè prædicamus, qui tuæ Maieſtati præſidet, qui omnium mentes introſpicit, qui ſuas Religiones, aras, & templa tuetur, cuius poteſtate, & numine omnia, Chriſtianiſſimorumque imprimis Regum ſtudia continentur, obteſtor, & quæſo, vt diuinum aliquod auxilium, & numen oſtendat, vt feliciorem ætatem aliam, illa exacta noſtra ferrea immittat, vt adeo abundanti, atque vberi gratiæ ſuæ lumine tibi ſubditarum gentium ingenia, animoſque colluſtret; tantum ſtudium, & ardorem cœleſtis amoris inſtillet in corda, mentéſque Francorum, vt regnante te, eius præſentiſſimum numen agnoſcere, venerari, colere, vt illi ſummiſsè famulari, illum adorare, vt deuincti vnius conſpiratione ſinceræ fidej omnes inter nos, atque vnius ſummæ caritatis, & coniunctionis Catho- Vota pro Regno.

licæ

licæ Ecclesiæ fœdere colligati diu tecum prospe-rare possimus;errore sublato,bello in perpetuum oppresso, pace firmata, regno composito, regali familia stabilita, factionibus ablegatis, exterminato dissidio,illustratis, patefactisque prætextibus; religione, pietate, virtute, fide conciliata, vindicata,fundata: quo simul omnes Christo sospite,atque custode, tibi vna fœderatissima consensione, regijsque liberis obtemperemus obsequentissimi clientes tui.Hîc ego, Rex inuicte, quasi receptui canere desiderassem, ac libenter admodum fecissem, vt extremum aliquid mea haberet expostulatio; sed nimis abundanti fuit, atque superfluenti conuicio aduersarius, meque impulit adeo pluribus agere, & fusius pro nostro certissimo iure obtinendo, multis de grauissimis alijs, summisque capitibus dicere, quibus nostram sibi effusè criminandam innocentiam delegit. Tua clementia eò maiorem magni meriti, Regiæque humanitatis fructum, laudemque percipiet, quò maiori inuicti animi fortitudine, & patientia expostulantem attenderit.

Summa corũ quæ fuerunt hactenus disputata.

Ac video adhuc constare equidem, Henrice, omnia: ab isto temere, extra rem, quæstionem de iurisdictione Pontificis fuisse illatam; nostram hac parte sententiam haud aliam esse, quàm Catholicæ Ecclesiæ, quàm consentientium Conciliorum,& sacrosanctorum canonum,quàm scholæ Sorbonicæ, quàm vniuersæ Ecclesiæ Gallinæ; eam fuisse à maioribus tuis vsurpatam: nihil singularibus ornamentis Regum Francorum officere,

ficere, prodeſſe potius illorum maximæ dignitati: Pontificum non eſſe metuendam, auerſandàmque potentiam, perinde atque politici ſtatus flammam, ac ruinam, quod malicioſiſsimè ille ſuadere volebat: ab ea eſſe Reipublicæ Regníque firmitatem, & tranquillitatem potius accerſendam; huius maxima extare in Maiores
161 tuos, compertáque præſidia, vt Caluini contra multa antiqua incẽdia exarſiſſe: poſtremò ipſam ipſam eſſe doctrinæ Catholicæ contrariam diſciplinam, quæ doceret, iuberet, impelleret iura, legéſque contemnere; Reges conſputare; eorum imperia inuadere, regna, ſtatúſque peruellere, famam, & nomen lacerare, authoritatem, atque potentiam eleuare, protẽrere, abiicere; vt ſibi Regnum ipſi, imperiúmque tyrannicum inſtituerent: atque ſi illud parum videretur, mutare quadrata rotundis, gentes armare, vrbes diſijcere, templa inflammare, polluere Religiones, ſacra violare, ſtuprare Deo dicatas virgines, peruertere, euertere omnia inſtar furiatarum Eumenidum in medijs Tartareis, tetris, theatralibuſque terriculis perbacchantium. Hæc ſummatim hactenus expoſuimus. Supereſt, Henrice Rex, vt minutatim modò, gradatimque ſententias aliquot, & nonnulla alia pronunciata enucleatè exponam, ac breuiter, quæ velut quædam tormenta maiuſcula aduerſarius in noſtrum caput pari conatu obuerſa, eadam fide, neque abſimili conſcientia, nec verò diſpari conſilio, aut ſtudio, quàm alia, quæ à me fuerunt hactenus obtrita, diſploſit.

NVNC

CAPVT XXXI.

Duæ summæ in Catholica Ecclesia potestates spiritualis, & temporalis.

NVNC QVONIAM, quo loco de statu loquitur, sua effata, atque sua firmamenta repetit ex quodam principe pronunciato è disciplina gregalium factionis Caluinicæ accersito, quibus hoc semper in ore versatur nos Papæ factionem, nos eius opus fabrefactum, ac fabricam esse, maximo temporalium Dynastarum incommodo, nos ea de causa docere, dicere eum posse ad suum arbitrium diuidere, & proscribere imperia, tanquam si Reges iam Regum laruæ, non Reges numerarentur, nisi quantum Papæ collibitum esset (hæc enim ab illo vsque ad nauseam sæpe cantantur) ego vt paucis notari queat illa calumnia, vtque in bona luce statuatur, quid nos de Pontifice, & Regibus constitutum animo habeamus, tuam obtestor, & oro Maiestatem, mihi vt hoc credas, quod dixi, quod dico, quod dicam, quod dicimus omnes, cum vniuersa amplissima corona doctorum Catholicæ, Gallicæque Ecclesiæ, de supremo iure Pontificis Maximi, nos eò spectare, non vt aliquid de illa summa Regali potentia detrahatur; neque vt 162
singulari aliquo affectu, ac studio iniquè Pontificum efferatur authoritas; sed pro communi officio Christiano, proque ea debita obseruantia, quam iudicamus secundùm Deum deberi vicario sospitæ prolis Christi IESV ab ijs omnibus, qui egregijs illius pecuarijs, quique Christianorum nomine censeri volunt, à sacris maximè, diuinóque cultui dicatis hominibus, atque à Regibus, quæ duo hominum genera sacrosancta habentur, & merito. Nam idcirco isti iuuare quamplurimum

Principes, & Ecclesiastici sanctæ sedis Apostolicæ defensores.

plurimum possunt pastorem Ecclesiæ, atque ad salutem conferre eius cœlestis, ac Deo sati gregis, summa sua Regia facultate; illi verò exquisita, & elaborata doctrina prodesse omnibus; vtrique verò magno vitæ sanctioris exemplo resplendere omnium virtutum officijs in Ecclesiastica Christiana monarchia, veluti radiata quædam in cœlo stellato sidera. Atque illa, Henrice, Reuerentia nihil penitus nec petit, nec eleuat, aut etiam minuit debitam principibus à populo obseruantiam: amplificat potius, & magnam accessionem facit, ex vno eodemque fonte, & capite profecta. Si quidem diuina à nostro sotere Christo sancita lex sanctæ sedis venerationem imperat; eadem iubet suspici principes, & obseruari: docet duas quasdàm esse maximas, eásque diuersas potestates, nec tamen intér se contra-
163 rias; spiritalem vnam, alteram temporalē, vtramque ab eodem numine stabilitam, vtramque honorabilem in Ecclesia, prout duo præclarissima lumina huius ornatissimæ vniuersitatis, Solem alterum, & alteram Lunam, qui suos anfractus, ac motus, qui occultas vegetatrices spirationes in Christianitatis opportunos, atque necessarios vsus impendunt: aut veluti duas editissimas arces in sublimi duorum impendentium collium gemino supercilio ad ciuitatem Hierosolimam collocatas; sacrum Dei omnipotentis delubrum; & Regis Dauidis Regale palatium; quæ se inuicem alternis officijs pro communi vtilitate populi adiuuent; ne alterutra ex alterius dignitate decerpere, suósque fines temere transcendere

Lex diuina principatus spirituales, & temporales honorari imperat.

Geminę in Christiana Republica potestates, vt Sol alter, & altera Luna.

Innoc 4. cap. solitis, extra de maior. & obed.

Veluti templum cum arce Sionis in Hierusalem. Psalm. 2. Genebrard. ibid.

audeat; vt ne eius tanti, tam excellentis, tam expetendi boni cursum abrumpat. Papa proinde, vt spiritale mysticum caput mundis suis partibus in rebus diuinis; Reges, ac principes in Regnis, fungendo suo officio, nulli prorsus, obnoxij in illo domestico dominatu, præterquam illi præcelso rerum domino Deo, qui Regiam dignitatem Regibus impartijt, occupantur. Scriptura diuina vim illam vtramque, vtriusque distinctionem, rationem, seiunctam officiorum, & munerum ex dissimillimo genere petitam vicissitudinem discrepantissimæ potestatis manifestò distinguit. Primùm statuit omni firmamentorum indubitata constantia spiritalem Ecclesiæ administrationem Apostolo Petro concreditam, eiusque successoribus à Christo commissam, postquam Petro claues Regni cœlestis detulit, non autem huius caduci, & contagione terrena corrupti imperij, cuius dignitatē sæpe oblatam vltro constanti consilio repudiatam recusauit; quomodo audiente, ac sciscitante Pilato respondit: REGNVM MEVM NON EST DE HOC MVNDO. Ex quo est cur poeta Sedulius Herodi Panicum suum terrorem, & inanem metum exprobrarit ex Messiæ Iesu Christi in orbem aduentu conceptum inanem Rex ille quidem erat Iudæorum, at non cum mortali, ac terreno imperio, vt in fragiles, ac fluxos obreperet principatus, verùm vt cœlestem potius mortalibus miseris fœneraretur. Hæc eadem ipsa scriptura demonstrat vnam quandam aliam esse humanam, ac ciuilem Dynastarum, ac principum dignitatem

Spiritalis per claues cœlorum. Matth. 16.

Ioan. 14.

Poëta Sedulius. Hostis Herodes impie &c. non eripit mortalia, qui regna dat cœlestia.

164

gnitatem ex celebri Danielis oraculo, cum hunc
in modum Regem Nabucodonosorem affaretur. *Tu Rex Regum es, & Deus cœli Regnum, & fortitudinem, & Imperium, & gloriam dedit tibi.* Seruator verò ipse sanciuit ius suum vt Cæsari, ius Daniel. 2.
suum vt numini redderetur; Paulus Apostolus
imperat principibus omnibus debita reddi; *cui
tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem* Ad Roma. 13.
timorem, cui honorem honorem. Quod si debetur etiã
principibus barbaris, cur non multò potius Christianis? In eandem olim scripturæ sententiam maiores nostri Doctores Catholici coram ipsis Imperatoribus perorauerunt. Ita beatus Ambrosius S. Ambrosi. orat. de tradendis Basilicis.
ab Imperio distinguit Ecclesiã: ita Episcopus Hosius Constantium Imperatorem alloquitur. *Tibi* Hos. apud Athan. epistol. ad solitarios.
Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ concredidit: & quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & S. Leo Epist. [illegible]
tu caue ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens magno crimini obnoxius fias: Ita ipsimet Pontifices maximi
S. Leo, S. Gregorius, Gelasius, Alexander tertius, Gregor. lib. 2. Epis 61.
Nicolaus, & cæteri prædecessores, qui suis scriptis Gelasius ad Anast. Imper.
contestantur, agnoscunt, prædicant Imperatores
165 esse legitimos, ac germanos Imperiorum suorum possessores, ac dominos, neque Apostolicæ Alex. 3 cap. si duob. paragr. denique. Extra de appell.
sedi, neque vlli, quàm Deo propterea subiectos.
Mirum mihi igitur est, & vix credibile, graue, &
inauditum facinus, aduersarium, qui hoc agere,
hoc profiteri vellet, vt illam summam authoritatem Regiam duobus aut tribus sententiolis di- Aduersarij summa nequitia.
sparatis, & friuolis frigidulè congmentatis confirmaret, ausum esse [illegible] parte Cardinali Bellar-

mino petulanter maledicere, qui, ſine controuerſia, id ipſe longè melius, quàm ipſe multis, ac magnis argumentis, robotauerat: mirum, ac perridiculum dicere, aut ſuſpicari potuiſſe ex eius diſciplina illud effici, vt vna membranula Pontifex ſuis imperiis poſsit Reges euertere; licitari illorum fortunas, prædari, diſtribuere, dare, tollere, prout liberet, illorum ditiones, perinde vt ſi in omnia Regna ius ciuile ſupremum Rex omniũ nationum, & Deus orbis obtineret: conuicium tam ridiculũ, quàm malicioſum, quod ſua ſponte inductum, ſua ipſius obliteratione, nulla confutatione alia eluatur. At enim ſi ſanctæ primariæ ſedi tanta vis ineſt, tantáque facultas, poteſtque tam facile, tam impune, tanto pretio, tam magnifica congiaria, tam opiparas viſcerationes, tam opimas prædas, quæſtúsque facere, an non ſe debuerat Pontifex REGEM REGVM, ET DOMINVM DOMINANTIVM NVNCVPARE 166 potius, quàm SERVVM SERVORVM DEI? Non debuerat ditionem pontificiam tanto amplificare, quæ tantula ad tam immenſam potentiam huc vſque ſtetit? quid ergo obſtabit præpotenti illi domino rerum, terræ, maris, cælique rectori, quominus vno Perſico quodam exercitu poſsit exſiccare maria? complanare Apenninum, & Alpes? ſternere Helleſpontum? iungere Cycladas? deſpoliare Turcam? diripere, proſcribere Perſam? fulmine, & ſacra poteſtate percellere mundum? adiungere Capitolio orbem terrarum? Non debuerat ſaltem inuolare in opimum, ac fertile aliquod Regnum, quod & vbertate agrorum, &

Pag. 15.

Calumnia aduerſarii perridicula.

Summi Pontificis modeſta appellatio

varietate

varietate fructuum,& magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ desiderantur in vita, populo Romano alendo sufficeret? séque eadem opera illius Neapolitani proregis importuna tyrannide liberaret, qui, si istum rudentem audimus, obsessam illi pedibus gulã tenet? Quòd si Apostolica sedes horum nihil est vnquam aggressa, quòd nec vult, nec potest; nam incideret in viros: si ad hunc modum principes spoliare, regna depopulari statueret, quis suspicabitur, nõ dico credet, illi à Theologis tantam potentiam, nec modò tam alienam, atque extrariam, sed tam inanem, & irritam, & nullius emolumenti, tanta cum inuidia, tanta iniuria, & offensionẽ principum esse concessam? Ergo calumnia est luculenta, nec inficiari ipsemet potest se sannionem, & scurram esse omni irrisione, atque supplicio toties dignissimum, quoties, quod facit identidem, id nõ veretur, apud Regẽ in suo libello affirmare.

Supra.cap.21.

Deprauauit quod dixerat Bellarminus; eaq; Regibus nequissimè accõmodauit quę vel à Bellarmino, vel à cæteris Doctoribus dici solent in Tyrannos.

166 Sin Cardinalis Bellarminus hoc dixit, hoc sensit, quod & prisci Doctores ad vnum, quod iurisconsulti clarissimi, quod huius Regni facile princi-
167 pes, qui aut fide, ac studio in maiestatem, aut dignitate, & gloria, in summis honoribus, aut legum, ac iuris præstanti notitia in hac clarissima florentissimi Regni luce laudantur, quod omnes, inquam, nemine excepto, de Pontificis potestate sentiunt, & dicunt contra tyrannos, qui leges sciscerent hominibus, superisque inuisas, atque ad omne exitium, & perniciem Christiani populi comparatas; certè quidem supra modum improbus in sua irrisione censeri debebit

 is, qui

te, qui ita doctorum mentem, ac sensum adulteret; tam atroci Regibus illata contumelia, quibus ea, quæ contra iniquissimos, perditissimósque tyrannos dicuntur, accommodet. Improbior porro ex eo, quòd vnum eum Cardinalem aggreditur, qui nihil penitus afferat ex sensu suo: improbissimus, quòd illius arrepta persona vniuerso nostro ordini imponit, qui nihil noui, nihil hac parte singulare tenemus. Denique ad extremum facinorosissimo omni flagitiosissimo opprobrio coopertus, quòd insidioso silentio prætermittit, ac nihil attingit eorum omninò, quæ cùm summa, & magnifica commẽdatione in gratiam Regum, ac Principum profiteri, dicere, & scribere nos solemus: atque siquid à veteribus minus explicatè, aut inuidiosè super ea re est pronunciatum, id omne duntaxat nobis attribuit, nos solos manu consertum vocat; quasi nos soli authores essemus, ac principes eorum omnium, quæ ille perperam interpretando deprauata corrumpit. Atqui haeccine ratio est, qua imponi hominibus oportebat ad sanciendam Regum potentiã, illorúmque imperium stabiliendum?

Quæ à Iesuitis pro Regibus dicuntur, ipse odio Iesuitarum supprimit.

CAPVT XXXII.

Regũ causa, ac dignitas perperàm ab aduersarijs, sociisque defensa.

HENRICE, si istius hominis tum vitam, 168
tum agendi rationem attentè cognoscas, intelliges illi hunc scopum esse animo destinatum, eò omnia consilia collata, quemadmodum dixi sæpenumero, vt nos per calumniam, & maliciam petat, non vt maiestatem defendat, vt fingit in speciem; quod non magis in eius situm est potestate, quàm insitum in voluntate: satis enim manifestè declarat mendacia sua, atque

conuicia solum proferre ex illo suo præclaro tabulario, præterea nihil: has copias esse illius accusationis antesignanas, miserum sanè speciosæ causæ instrumentum; vilis, & quadrantaria tantę susceptæ quæstionis supellex. Primum, & maximum, & fortissimum argumentum illud est, cauillari, adlatrare, mordere doctrinam de potestate, cultuque Pontificis: vna ex parte, illam omni vilitate, & contemptione deprimere, illi sine effectu vanam clauium picturam, & vmbram relinquere: alias verò plenissimis velis optimatibus velificari, ijs omni impudentia assentari, dicere Regum infinitam esse potentiam, nihil veri concedere; omnia profusè cæteris indulgere; clepere tamen, & repere, & pugnaciter, ac obstinatè in mendacio, in stolida inficiatione persistere: ita sibi blandiri, putare certam victoriam reportasse se, omnia quantumcunque publica luce certissima pernegando: imitari abiectos Mirmillones, & ignauos proletarios milites, qui tantum ęstimatæ, atque opinabili hostis ignauia gloriosi, ac fortes, & sola sua opinatione sufflati, atque audaces postmodum se tandem superatos, & fractos, illo inexpectato improuisorum hostium robore erubescunt. Inuicti, atque generosi ducis est hostem, quem etiam potentem esse intelligat, non timere; non autem eius vi-
169 res, & opes inani loquentia extenuare, spemque victoriæ, atque subsidium in leuissimo excogitato somnio collocare. Iulius Cæsar potentissimus, sapientissimus Imperator nunquam hostium neruos eleuabat; sed fama potius copiarum hosti-

Horrenda aduersarii adulato pag. 120.

Iulii Cæsaris consuetudo nunquam.

hostium robur eleuandi. Sueton. in Cæsarea.66.

lium perterritos milites non negando, minuendóve, sed insuper amplificando, ementiendoque confirmabat: itáque illos, eo artificio assuefaciebat, vt nunquam animum desponderent, tametsi marte infesto præliati, fusique essent, sempérque se victores fore confiderent: sin de hostibus triumphassent nihil metuere vnquam, aut

Optimi aduocati munus.

horrere deberent. Boni quoque Aduocati est munus bonis nominibus, ac legibus iura defendere; non dissimulare primaria partis aduersę subsidia, armamentaque præcipua; strenuè tam accusatoris personam sustinere, quàm defensoris partes tueri, vbi est opus; tam oppugnantia, ac noxia arma, quàm subsidiaria, & repugnantia tractare assueuisse. Idcirco cùm duæ illę inter se potentiæ, homo, cum homine; ius, cum iure; Pontifex, cum principe, spiritalis sanctæ sedis authoritas, cum hæreditaria principum dignitate comparantur; quæ, vt nequaquam sibi inuicem aduersentur, diuersæ tamen sunt, atque seiunctæ; necesse est suum cuique momentum, suam cuique mensuram, ac pondus aptare: alterum ita defendere, alterum vt ne lædas. Qui plura sanctæ sedi, quàm oportet arrogat, illi derogat; qui suũ illi ius adimit, aut detrahit, maiestatis prædo is demum est, atque sacrilegus existimandus: qui illi tribuit quod illi debetur, itémque quod Regibus, quodque cuique suum æqua lance concedit, perbellè iura vtriusque tuetur. Regiam maiestatem 170
quomodo Apostolicam sedem, vera ratione, non falsitate defendere oportet. Magna porro vis est veritatis, quæ, vt mulieres esse dicuntur nonnul-

læ

læ inornatæ, quas id ipſum deceat; ita ea inſtar honeſtæ matronæ, & quaſi cœli pudica ſoboles ſimplici ratione ornatur, ipſa etiam incompta per ſeſe placet: ne calamiſtros quidem adhiberi vult falſæ ſuſpicionis; nihil opis, aut commercij à vanitate neceſſe habet emendicare: pulcherrima eſt ipſa ex ſeſe, pigmento non indiget; ſtipatiſſima multarum virtutum comitatu maximarum nihil illa adulatrice conſequente caterua tenetur; ſublimis incedit, cothurno non eſt opus; candore, ac rubore natiuo effloreſcit;adſcititium minium, adulterinámque ceruſam exhorreſcit: eſt inornata, ſed quam idipſum decet; incompta, ſed ipſa delectat incuria; venuſta tamen, ſed non apparet; ſua quædam ornamenta non reſpuit, ſed neſcio vnde ex abdito eruta; fucati verò medicamenta mendacij, & ruboris omnia deteſtatur: ſatis ipſa valens, ſatis integra ſanitate, etiam ſola incomitata progreditur, eam vt nec axillis ſuffulciri periurio, nec delicatulis adulterati ſermonis aſſeclis ſuſtentari neceſſe ſit. Inſuper dico, mendacio admixta pudorem, & florem, & ſuam quandam virginitatem amittit; violata flacceſſit, & ſoluitur; maxima labe turpitudinis dedecorata fœdatur; atque ad extremum graue totius fidei, & gratiæ apud homines accipit, ex illa falſitatis conſuetudine detrimentum. Veluti ferunt ſtanno aliud quoduis violari, corrumpíque metallum, ac reddi ſumma fragilitate diſsipabile,quocum illud concretum, admiſtúmque conſociaueris: ita hæc veritatis ſancta, delicata, pretioſa germanitas ſonori mendacij

Stannum cætera metalla corrumpit.

falsa permixtione corrumpitur. Itaque Rex, isti homines neque probè accusare norunt; neque defendere: sed omnia miscent, & labefaciunt: nam vbique passim peruersissimas vias, ac rationes sectantur; quas nos persequi non modò nolumus, sed horremus; suum cuique quod suum est potius esse iubemus. Quemadmodum igitur diuinitus impertitam authoritatem sedis Apostolicæ quantum Christianos par est veneramur, sic Regiam liliati sceptri potentiam honoramus, quoad probos Francos, fidosque clientes par est; certè quidem cum sua quemque propria maiestate, nulla decessione iuris amborum: ac pro certò habemus tuam Christianissimam maiestatem, prout non patitur æquo animo quidquam eorum ab vllo decerpi, quę sunt CÆSARIS, haud 171
æquius ferre, vel cupere vti DEO aliquid, Deique vicario de suo iure detrahatur. Qui secus moliuntur, Rex Christianissime, quique Pontificiam maiestatem defraudant, vt regiam principum sua inficiatione stabiliant, illis vanitate, sacrilegoque mendacio adulantur; eorum dignitatis abiiciunt, & labefactant amplitudinem: Religionem Catholicam infectantur hostiliter specioso prætextu politici status; demonstrantque se super hæc omnia esse tam fide, quàm robore destitutos ad defensionem Regiæ magnitudinis, dum falsissimas illas sumptiones vsurpant Christiano orbi hactenus, vsque ad defectionem Lutheri omnium læsarum maiestatum Rei, hostisque capitalis sedis Apostolicæ, inauditas. Quas ob res iam vltro conficitur nos tenere, sentire, docere

Quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quę Dei Deo.

Regum assentatores Religioni perniciosi.

Sancta sedes inde vsque à Luthero Impugnata

cum diuina Catholica Ecclesia ; cuius mens ea semper fuit, & est, & Hugonotis sese licet disrumpentibus, semper erit ; Reges Christianos ouiculas esse è sacris Christi seruatoris pecuarijs permissis Apostolo principi Petro, eiusque posteris: præterea tamen Franciæ Reges, atque eius generis cæteros Principes Regnorum suorum non clientelares, sed summos, ac veros esse, hæreditariosque dominos, nemini, quasi acquisiti fundi superiori patrono fide teneri nexos, præterquam Deo: quare quoties illud perditè contendit, imminere pontificiam potentiam Regum imperijs, ac fortunis ; nos putare à Pontifice
172 posse spoliari, nudarique omnia opima prædia Principum, venundari, ac dari, corradi, ac tradi pro arbitrio illorum Regna cuilibet ; apertè eum furere, turpiter peierare, impunè nugas comportare, ac vendere orbi terrarum: delirare denique, & insanire, dum omni cæco studio vult tantum à nobis flagitij, ac mendacij publicè sentiri, ac dici, quod ne cum animis quidem nostris vnquam cogitauimus. Calumniatur in nostro probro sanctissimos doctores, & patres antiquos, quos
171 magistros, authoresque sequimur, quibuscum sentire, ac loqui non modo æquum, sed honorificum arbitramur. Iniquum se, & iniuriũ non dissimulanter exhibet erga Apostolicam sedem, quam velut alienæ fortunæ, extranjque fundi depeculatricem, vexatricem, Regnorum vsurpatricem, nec cupitæ, nec quæsitæ, nec debitæ potestatis insimulat: perniciem, atque exitium Regibus machinatur, quos affirmat ex sententia

falsa permixtione corrumpitur. Itaque Rex, isti homines neque probè accusare norant; neque defendere: sed omnia miscent, & labefaciunt: nam vbique passim peruersissimas vias, ac rationes sectantur, quas nos persequi non modo nolumus, sed horremus; suum cuique quod suum est potius esse iubemus. Quemadmodum igitur diuinitus impertitam authoritatem sedis Apostolicæ quantum Christianos par est veneramur, sic Regiam liliati sceptri potentiam honoramus, quoad probos Francos, fidosque clientes par est; certè quidem cum sua quemque propria maiestate, nulla decessione iuris amborum: ac pro certò habemus tuam Christianissimam maiestatem, prout non patitur æquo animo quidquam eorum ab vllo decerpi, quę sunt CÆSARIS, haud 171 æquius ferre, vel cupere vti DEO aliquid, Deique vicario de suo iure detrahatur. Qui secus moliuntur, Rex Christianissime, quique Pontificiam maiestatem defraudant, vt regiam principum sua inficiatione stabiliant, illis vanitate, sacrilegoque mendacio adulantur, eorum dignitatis abiiciunt, & labefactant amplitudinem: Religionem Catholicam insectantur hostiliter specioso prætextu politici status; demonstrantque se super hæc omnia esse tam fide, quàm robore destitutos ad defensionem Regiæ magnitudinis, dum falsissimas illas sumptiones vsurpant Christiano orbi hactenus, vsque ad defectionem Lutheri omnium læsarum maiestatum Rei, hostisque capitalis sedis Apostolicæ, inauditas. Quas ob res iam vltro conficitur nos tenere, sentire & docere

Quæ sunt Cæsaris Cæsari. Quę Dei Deo.

Regum assentatores Religioni perniciosi.

Sancta sedes inde vsque à Luthero Impugnata

cum diuina Catholica Ecclesia, cuius mens ea semper fuit, & est, & Hugonotis sese licet dis-rumpentibus, semper erit; Reges Christianos ouiculas esse è sacris Christi seruatoris pecuarijs permissis Apostolo principi Petro, eiusque posteris: præterea tamen Franciæ Reges, atque eius generis cæteros Principes Regnorum suorum non clientelares, sed summos, ac veros esse, hæreditariosque dominos, nemini, quasi acquisiti fundi superiori patrono fide teneri nexos, prætérquam Deo: quare quoties illud perditè contendit, imminere pontificiam potentiam Regum imperijs, ac fortunis; nos putare à Pontifice
172 posse spoliari, nudarique omnia opima prædia Principum, venundari, ac dari, corradi, ac tradi pro arbitrio illorum Regna cuilibet; apertè eum furere, turpiter peierare, impunè nugas comportare, ac vendere orbi terrarum: delirare denique, & insanire, dum omni cæco studio vult tantum à nobis flagitij, ac mendacij publicè sentiri, ac dici, quod ne cum animis quidem nostris vnquam cogitauimus. Calumniatur in nostro probro sanctissimos doctores, & patres antiquos, quos
173 magistros, authoresque sequimur, quibuscum sentire, ac loqui non modo æquum, sed honorificum arbitramur. Iniquum se, & iniuriū non dissimulanter exhibet erga Apostolicam sedem, quam velut alienæ fortunæ, extranijque fundi depeculatricem, vexatricem; Regnorum vsurpatricem, nec cupitæ, nec quæsitæ, nec debitæ potestatis insimulat: perniciem, atque exitium Regibus machinatur, quos affirmat ex sententia

præ

nos aduersarius summos Theologos appellat.

præstantium Theologorum (quò nos ille numero censet) Regna habere precaria; obnoxias turpissimæ seruituti; non autem supremi dominij ditiones tenere, semper, & palam, & audacter, & impunè petulans, ac mendax, & absque vlla tanti sceleris conscientia immortaliter sceleratus. Nihil igitur tibi, Henrice, ijs aut attendendum, aut fidendum, aut assentiendum; aut propter ea timendum, quæ dicit: auicula est aduersa, ac feralis, diri, ac sinistri ominis, quæ garrit; nihil eorũ prorsus est,& verò nihil esse potest,quę inauspicato clangore portendit; nisi quod quiuis facilè auguret futurum, vt è suo rostro, suoque fœdo sono erubescenda, & capta æquè, ac ex præpeti infelicium plumarum volatu deprehendatur. Perge porrò, Henrice inuicte, regnare,vt Regem Christianissimum, vt numini obsequentem, vt Diui Ludouici sobolem par est, nullo inani metu, nulla vmbratili suspicione sanctissimæ sedis,pro tuo hæreditario dominio; cui haud magis officiet vnquam maximus pontifex, quàm is ipse communis assertor hæreditatis æternæ, qui inibi per pontificem vicarium imperat,terrenis obfuit, dum viueret, imperijs. Perge amare, ornare, defendere sanctissimam sedem 173
maiorum tuorum exemplo: id tibi enimuero non exitiale, sed vtile; non indecorum, sed honorarium; non periculosum, sed auxiliare; non infortunatum, sed prosperum confide pro certo futurum. Filij præcellentis, ac maximi natu Ecclesiæ personam es, ac nomen, maiorum tuorum, tuisque meritis, consequutus; talis,tantæ-

que

que prolis haud equidem est beneuolentissimi parentis potestatem timere; sed summa caritate complecti, amplectique potius; tueri, ac tegere; eam ad summum ornamentum, ac decus, ad spectatam vtilitatem, ad quietem, securitatemque publicam, ad præsidium, & ad opes Regni adhibere. Eam si cæteri Christiani principes non pertimescunt, cur tu, obsecro, perhorrescas? si minimi natu, septi, munitique sunt, & in tuto hac parte locati, erit quod reformidet maior natu, qui ne in communi quidem fratrum trepidantium metu, metuere deberet? Quæ dicta iam sunto, ac sexcentis ab aduersario eiusdem vanitatis aggestis, ingestisque sententijs replicata, in quibus ille intolerabili importunitate versat nequicquam hanc toties quassatam, atque attritam machinam temporalis Regum imperij, tanquam Germanicum semiplacentinum poculum ex Lutheri popinis, atque gurgustijs vsque ad ructum, & nauseam reuolutum.

CAPVT XXXIII.

Calumnia de sacris Ecclesiasticorum exẽptionibus.

DEIECTVS interpellante conscientia, quasi à primo vestigio dominationis principũ acephalus, ad alterum illius affine de clericorum immunitate deuoluitur. Cardinalis Bellarminus vltra, inquit, progreditur: nam planè eò palam processit, vt diceret omnis tuæ ditionis homines Ecclesiasticos nõ iam amplius tibi esse subiectos: quod dictum etiam est directò verbo Dei, scitisque Ecclesiæ Gallicanæ contrarium.

Ecclesiastici, ac sacri homines principibus Ecclesiasticis subiecti.

O noster Thoelogε, quid ais? Cardinalis affirmat Christianissime Rex, id quod omnes ad vnum sacrorum Canonum periti, quod Theologi, quod

vniuer

vniuersa antiquitas docuerunt: sacros homines, prout sunt huiusmodi, principum imperio non esse, sed sacrorum antistitum tantùm obnoxios: causas item merè sacras, cuius generis illa sunt de fide, de Religione, de sacramẽtis, & quæ sunt alia rationis eiusdem; ipsósque adeo sacris initiatos, aut Ecclesiastico ritui mancipatos homines à suis spiritalibus, non à profanis iudicibus iudicari debere: idque ex sententia Catholicæ Ecclesiæ, adeóque Gallicæ, nisi hanc non censemus partem vnam esse Catholicæ; nam in perduelli Caluinistica Mandra, vnde aduersarius suæ conquestionis hausit acumina, penes profanum, ac popularem magistratum summa iuris dicendi esse consueuit authoritas: quando apud illos, nemo non profanus, nemo, nisi fortè transfuga, Ecclesiasticus reperitur. Atqui Cardinalis dicit hoc amplius hos sub imperio principis, & magistratus contineri, quatenus partes, & quasi membra quædam monarchiæ, gubernationisque ciuilis, eóque nomine ipsorum causas, & de iure controuersas quæstiones spectare ad tribunalia, cancellósque politicæ curiæ. Quæ ab illo vniuersè sunt omnia disputata, salua immunitate, & recepta per domesticum priuilegium consuetudine Galliarum; vbi mos est sæpenumero magistratum de rebus, ac personis Ecclesiasticis, cognoscere, statuere, iudicare in generibus causarum eximijs, & de interdicto beneficiario iustæ sacrarum rerum possessionis, ac de Reis capitalibus certò maleficiorum nomine, & concepto genere specialium quæstionum. Nemo pragmaticus, 175

Sacri homines principibus terrenis quomodo subiecti.

Magistratus extrarius in Gallia sæpe iudicat de rebus Ecclesiasticis.

nemo

nemo liticularũ actor institorius tam flocci inuenietur, qui ex familiari curiarum vſu has diſtinctiunculas, & hæc vulgaria iura neſciat; nemo vnquam tam afflictæ frontis, qui ex illa doctrina, hæc quæ dialecticus iſte facit, repetita concludat, contra ciuile gubernandi genus. Vnico argumento hominis conuicium, & adipalis ſupra modum ignorantia ad illius dedecus coarguetur. Epiſcopi, Archiepiſcopi, Cardinales, plurimi Abbates, generaleſque præpoſiti Religioſorum ordinum in toto ſacro ordine excelſiſſimi omnium, atque immuniſsimi primas tenent. Proptereáne tamen tergiuerſantur? aut tuæ maieſtati ſubiecti vel eſſe, vel dici aſpernãtur, quod ſint immunes, ſubiectique Pontifici maximo? Ideóne detrectant publico ciuili iureiurando tuæ poteſtati, ac clientelæ fidem ſuam more aliorum obſtringere, pro hæreditate, aut fundo ciuili, quod maximè inſigne dominationis iudiciũ habetur? Atque vna cum illis alij Eccleſiaſtici Galli, atque accolæ Regni, annon te Regis loco aut habent, aut prædicant, aut venerantur? Quod quomodo ſanè præſtandum ſibi conſtituerent, niſi ſe pari iure cum aliis, atque ſub tuo imperio eſſe faterentur? Parentémne poteſt Dauidem ſuus Salomon compellare, nec ſe eius tamen filium ea compellatione dicere? alioquin, Henrice, quinam, obſecro, è tota infinita populorum tuorum apud te hunc honoratiores eſſe poſſunt, ac maiori habendi in pretio, quàm homines Eccleſiaſti-
176 ci, ſi ij cum dignitate, honoris ſui gradum tueantur? Aut vtiliores, ac magis opportuni ad Regiæ

Fides ab Epiſcopis Iureiurando [illegible] præſtita, vinctaq; Regibus.

authoritatis tuæ ſplẽdorẽ promouendũ, qui exacta ratione,& cõſilio,frequenti adhortatione,ſapiẽtiſsimis cõcionibus queãt continere populum flexibilẽ ad nutũ,cõſtantẽ,ac ſtabilẽ ad tua imperia,omni addictiſsimo ſtudio,atq; obſequio exequẽda? Nunc cõſideret,oro,Maieſtas tua,ſi lubet, an illa diſciplina à tua obedientia ſubiecti populi diuellãtur,an ea ſit perniciosior exiſtimãda,quàm maximi depugnati prælij aduerſa, & exitiabilis dimicatio,quod dupundius iſte Theologus Cardinali imponit,an hæretica, ſcripturæque diuinæ cenſenda contraria, quod nobis ille perſuaſum eſſe voluiſſet. Hæc ſi ille dixiſſet in foro,quæ hoc loco ſcripta peruulgauit, annon oppidò ad ſcholam amandaretur, vt iuris Canonici rudimenta perdiſceret? aut grauis mulctæ irrogatione damnaretur,qui res adeò certò, & apertè rationi diſſentientes proferre non vereretur? atque idem, qui falſi compertus eſſet, qui ſuo Regi pro veris efficta conuicia,tanta temeritate, tantáque fraude venditaſſet; qua æſtimatione iuſtiſsimæ pœnæ,non pro lege Cornelia, aut pro recenti ſanctione de falſariis lata, ſed pro conſcientia violata plectendus, vno omnium calculo, iudicaretur?

Peſsima aduerſarii conſequentia pag. 20.

CAPVT XXXIV.

Quomodo viri ſacri legibus humanis obnoxij teneãtur. pag. 21.

EX IIS ſimul, vna opera, confutantur, quæ in eandem ſententiã, eodem ſermone exprobrata faſtidiosè toties ingeminat, nos in ea eſſe opinione, hoc contineri noſtra inſtitutione domeſtica, Regum edicta, ſummæque authoritatis latas à Principe rogationes, tametſi nihil diuinæ Scripturæ, nihil ſacroſanctis Canonibus diſſentaneum complectantur, directione, non coactu 177

valere,

valere, aut obligare; in quo nihil inest mali, præter falsam intelligentiam, quam huic vocabulo imponit: primúmque illud est haud indiligenter animaduertendum hunc hominem cauisse de industria, atque id amasio Caluino dedisse, ne, quod hac tam opportuna oblata occasione debebat, assereret scribere Caluinum, idémque sequi Caluini gregales nulla humana lege, vllo pacto astringi, aut teneri posse hominum conscientias. Facinus infandum! effatum hæreticum! planè diuinæ sanctioni contrarium; qua iubemur ex conscientia legibus, legúmque latoribus, docente Apostolo, obtemperare, quod iuris ciuilis, ac legum omnium neruos incidat, Regiæ authoritatis summam in animis contemptionem ingeneret, cuius leges firmamentum habentur, & columen, quemadmodum ipsa vicissim legum adminiculum esse solet. In summa, populorum aduersus suos Principes cultum, & obseruantiam collabefactat, omniáque totius legitimi principatus firmissima fundamenta peruellit. Nostra disciplina, Henrice, haud est hic alia; quàm, quod ego sæpe monui, omnis Catholicæ Ecclesiæ, quæ non eam improbam adhibet notationem nominibus DIRECTIONIS, atque COACTVS, sed iubet promiscuè omnes sacros iuxta, ac profanos homines audientes esse principibus, illorū mandatis addictos manifestò pronunciat esse debere, qui secus faxint, luendę mulctæ grauissimæ Reos facit; sed illo discrimine tamen, quod Ecclesiasticus mulctatur, & cogitur à iudice suo, ac proprio, non à magistratu politico, nisi in caussis exi-

Ex Caluini disciplina nulla humana lex obligat. Cal. lib. 4. cap. 10. 5.

Rom. 13. *omnis anima &c. propter conscientiam.*

mijs patriæ immunitatis, vt dixi, vt dicit similiter Cardinalis, qui postmodum exponit Ecclesiasticos esse sanctionibus principum mancipatos, nō directione duntaxat, & relegatione præscripta ad sacrum infulatum tribunal, sed coactu etiam, atque impulsu iudicis capitalium; sicubi vigent eiusmodi receptæ, approbatæque consuetudines, vti plerasque in hac Francorum Ecclesia videmus. Hoc quotidie, Henrice, vsuuenire pro comperto ipse habere potes: neque vlli vmquam aut iuris, aut Canonum consulto venit in mentem vllo in principatu Christiano, incōmodorum huiusmodi, quæ fatidicus circunspexit aduersarius, licet causa timendi cæteris, quàm Franciæ maior subesse videatur; neque quisquam maiorum tuorum fuerit ab vllo hominum eius negocij commonefactus. Atque hic homo improbissimus est, non solùm quòd nos iniustè criminatur, sed multo etiam magis, quòd inuehere vult in Gallicum Christianissimū cælum Geneuēsem Homæomeriam, aut Turcicum chaos, in quo nulla magis, quàm ranarum in Lemano lacu confusè strepentium audiatur Ecclesiasticorum, & popularium, nihilo etiam magis, quàm Pontificum, ac Regum iam omnibus sæculis, apud omnes nationes recepta distinctio: omnia personarum, & rerum diuersissima genera ad commune ciuile tribunal accersantur: pulcherrima illa contempta varietas iaceat, iucūdissimo ordine violato magistratuum, ac dignitatum, quas Deus in Ecclesia esse voluit, 179
quas omnes semper nationes sunt admiratę; quas maiores tui sartas tectas in ista monarchia, atque floren

Maliciosissima aduersarii consilia, cùm ordinem opprimit Ecclesiasticū, interim Turcicam aut Gebēnensem rerum omnium perturbationē inuehēdi.

florentes esse sanctissimè voluerũt: quas denique ipsi Hugonoti errores in Anglia, postquam illos tandẽ suæ turpitudinis pœnituisset; seruato Episcoporum, & Canonicorũ distincto ordine, quòd opima prædia arriderẽt, simiarũ instar retinuerũt.

Quæ de Emmanuele Sa Lusitano Theologo obiicit.

Nam quod obijcit de Emmanuele Sa nostrate Theologo Lusitano, insularis iurisdictionis clericum hominem, si capitale quidquam molia-tur in Principem, non videri reum læsæ maiestatis, quòd eius non subsit imperio: hoc verò huiusmodi est, nihil vt vniuersum societatis corpus attingat. Homo priuatus est, ita sensit, scripsitque cum multis: non continuò omnes ordines fixum, ac ratum, aut decretum habent, quod vnus quispiam vel egerit, vel conscripserit: mihi iste omnium importunissimus esse videtur, qui tam sæpe, ac tam iniquè totius societatis conspirantem sensum, atque existimationem efficiat ex vno, aut altero loco cuiusquam nostrûm, in quem improbo studio perdiu conquisitum impegerit. Ingenium istud est deuiorum, erraticorúmque nostri temporis hominum, qui pronunciata Catholicæ fidei, ex vna emendicata sententiola patrum, effingunt.

Hæreticorum nostri tẽporis agendi ratio.

Adiungo rationem loquendi Emmanuelis, atque aliorum id genus, sanè, ac rectè perceptam haud eam esse, quam ille sibi sua inani interpretatione figurauit. Nam eò non spectat, vt
180 grauitatem criminis eleuet; sed hoc vult tantùm, vt conceptu sua insita ratione, personæ sacræ propriam conditionem, ac statum exponat: neque si ea enũciatio perniciosam aliquam Reipublicæ sententiam contineret, tulisset: Magistratus

Hispaniæ, vllus vt Theologus ita loqueretur: egregiè potius Emmanuelem coërcuisset, omnésque, qui hoc ipsum ante illum docuissent, constrinxisset. Sin scrupulus vel tenuissimus adhuc residere videbitur aliquis in aduersario; eum nos vt omnem euellamus, dicimus salua proprij, natiuique sermonis Theologorũ Germana sententia, designata, aut patrata facinora cõtra Principem, re ipsa semper pro crimine perduellionis, verè, ac propriè haberi oportere, eoque atrociora quidem certè censenda, quòd à sacrato capite admissa, quàm quòd à profano quoquam homine perpetrata: satísne hoc tibi dictum, Acephalo, videtur? argue si potes; at non poteris vnquam.

CAPVT XXXV. Calumnia quoad Tyrannos cõfutata.

A REGIBVS AD TYRANNOS, ab equis ad asinos fanaticè distractus abducitur aduersarius; méque inuitum importunè adigit apud Regem Christianissimum de re admodum inuidiosa contendere, ad reuellanda quæ inde ille in nostrum caput, quasi ex familiari armamentario, temere more suo coniecta producit opprobria. Postquam igitur ab Emmanuele Sa de Tyrannis tradita retulisset, in hæc crudelia, ac fera verba ad tuam maiestatem conuersus erumpit. *Iam si ista doctrina omnis proximè te, Henrice, contingit, spectat ad tuam maiestatem sententiam ferre: ea non tam omnium mortalium simul, quàm tua, & posteritatis tuæ interest.* Ad quæ ego respondeo hoc tantùm; ante omnia nostram super ea re opinionem, ac mentem non esse aliam à iuris vtriusque peritis, Ecclesiæque Catholicæ communi 181

Pag. 48.

muni recepta doctrina; quemadmodum me proxime strictim dicere meministi. Quare ferum se iste haud magis, & improbum exhibuit, cùm solos nos insectaretur, quàm culpæ capitalis Reum, cùm eam quæstionem in tuam maiestatem potissimum conferret. Atenim quem alloquitur iste causidicus? quid sibi vult? quid ait? Adeóne audax videri, aut esse pro nihilo ducit, vt scribat, Rege præsente, spectante Regno, conscio toto orbe terrarum, quæ de Tyrannis vno omnium sermone dicantur, ea verò de principe Christianissimo, clementissimo, & præcipuæ humanitatis clarissima fama gloriosissimo accipi debere? Aut adeò amens, vt dicat ea ad illum vnum propriè magis attinere, quàm vniuersè ad totum hominum genus? Aut adeò nefarius, vt sentiat illam Tyranni fœdam appellationem Christianissimo Regi, illudq; funestum prognosticum posteritati ipsius Christianissimæ inuri posse? Hunccine ita loqui absque inaudito scelere læsæ maiestatis, si, quæ dicat, attendit? aut sine extremæ dementiæ macula immortali, si ea, quæ dicit, non intelligit? Annon hunc Reum palatinum in pistrinum detrudi, artiusque compingi in vincula oporteret, vsque eò dum vel sapere, vel loqui didicisset? aut committi Chyrurgo, qui diæta, vel scalpro medicinam eius desperatæ ægritudini adhiberet? Huius hominis Athamantæus, Henrice, furor vsque adeo in odium nostræ societatis efferbuit, nemini vt ignoscat, modò se Iesuitas petiturum esse confidat: sese ipsum feriret ea de causa, perque suum corpus Gobryas alter ferrum

Crimen, & summa imprudētia aduersarii.

Furor eum quocunque præcipitem rapit.

adigeret dummodo nos complexus, nos ex aduerso suo gutture iugularet; nec suis liberis, aut vxori à ferro parceret nihilo magis, quàm Hercules furens Mastigoforus, si ipse esset aliquis Hercules; ac non potius Mysorum infimus, omnisque infamiæ ignobilitate deterrimus. Atque 182
sic habe, Henrice, libellum, quem ait, & quem
Pag. 23. vesana interpretatione peruertit ab homine Hispano fuisse compositum, excusum Antuerpiæ; anno proximè exacti sæculi 97. Pardonis Hispano subiecti assensu, & publica approbatione laudatum; receptum in omnibus exteris terris, neque cuiusquam omnino præter huius herois ingenui censura notatum. Estne porro credibile Pardonem hac magistratus sacrosanctissimi publicam fidem, & authoritatem fuisse accommodaturum, si eo ex loco contra suum Principem illud effici præsentisceret, quod iste contra tuam maiestatem intorsit? Id cùm intelligeret de Tyrannis modò dictum esse, auderetne Regem compellare suum, vt iste Rethoricus conuiciator maiestatem tuam? in eumque hæc verba impunè coniicere, quin ipsemet summotus extemplò, atque abreptus ad sacra incendia vltricis inquisitionis, irrogata mulcta, pœnas daret perinde, atque aduersus Principem suum insigniter petulans, atque nefarius, quem inuiso Tyranni, atque portentoso nomine appellatum comprehenderet? Qua in culpa publici criminis capitalis haud satis pro comperto statuas, amentiórne, &
Pag. 23. criminosior extiterit aduersarius, an insulsior, omniq; ridendo dedecore inquinatior, qui aiat sa-

cri. Quęsitoris fidei decreto Emmanuelis approbatū libellum fuisse ea fiducia, quòd certa præsagitione Quæsitor cognosceret mirè Hispanis rebus aliquando velificaturum esse, & Gallicæ maiestati sus deque vertendæ, Regnóque perdendo præstò adfuturum: quicum Hispanus ea tempestate implacabile bellum ferro, ac flamma funestißimum gerebat. Hoc ille vult, opinor, ad illud tempus, quo tempore Hispanus Ambianum occupabat, cum libellum Antuerpiensibus typis mandatum prodiisse; tum sacrum de fide quæsitorem sagacem, ac bene prouidum gestiisse lætitia; quòd subito in lucem libellus emergeret, quem tanto ante prospiceret pro Hispano omnes Accidit tempore obsidionis Ambianensis.
183 bene miras res effecturum, prodigia editurum, ciuitatem Ambianensem tuæ maiestati inaccessam, & impenetrabilē exhibiturum, adducturum in manum hosti victoriam, pro muro, si superi vellent, pro aggere, pro sclopo, pro tormento, pro Tyrtæïo enthousiasmo, pro magico armorū hostilium incantatore carmine futurum. ô miram verborum complexionem suo reconcinnatore dignißimam! vbinam gentium hæc iste delirat? quo in orbe vertiginosi occipitis vanißima somnia, inanitatésque venditat?

Sed enim pergit alia parte, inuerecundæ irreuerētiæ ijsdem semper hærere vestigiis, in eodem genere argumenti; quando quæ optima mente Petrus Matthæus iurisconsultus vir Galliæ tota clarissimus, ingeniosissimus, eloquētissimus, Regijs annalibus scribendis præfectus, cum societatis honorifica prædicatione conscripserat, iste Petrus Matthæus I.V.D. S.S.P.P. Bull. 3. Paul. 3.

Captiosa calumnia, atque perfidia in ambigua voce Tyranni.

prodigiosè interpretando ad scelus, & probrum
arripuit. *Tyrannos, inquit, aggrediuntur: lolium ab agro
dominico euellunt.* Quibus hoc bonus interpres ad-
iungit. *Maiestas tua potest volumen, inquit, accipere,
per se ipsa satis hanc latinitatem intelliget: illam ego nō
semel audiui abstrusiora multo interpretantem.* Quor-
sum hæc ille tuæ maiestati? Eóne vt probet nos
Tyrannis infestos, nos Tyrannos aggredi consue-
uisse? quē ad finem illa disputatio? illa argumen-
tatio? Adeóne comburitur nostri odio, vt se sum-
mi criminis Reum capitalem faciat, suáque tota
oratione, ridiculum, calumniam vt nobis inferat?
Ergóne hæc quæ dicit audet dicere? Eámque in-
terpretationem his verbis afferre? satísne hanc
claram latinitatem ipsemet percipit? Atque vti-
nam in tanta maximarum rerum sollicitudine ti-
bi librum in manum accipere, Henrice, liceret,
ipsiúsque contextus non ambigui sermonis aspi-
cere quasi circumstantia, atque adiuncta cōfinia;
ex hac vna certè, citata sententia statueres hunc
scriptorem Reum esse extremi supplicij, tuarúm- 184
que legum, Regiæ seueritati, ac iustæ vindictæ
obnoxium; quando æquè in tuam maiestatē per-
fidus extitit, qui feralem hāc illi clausulā accom-
modauit, atque in conscientiam sceleratus, qui
hanc eandem ipsam manifestæ falsitate corrom-
pere nō dubitauit. Ille Iurisperitus neque de Ty-

Animorū Tyranni hæresis.

rannis, neque de principibus propriè vllo pacto,
sed de hæresiarchis Reipublicæ Christianæ Ty-
rannis sermonem instituit, de Luthero, de Calui-
no, de cæteris furijs generis humani, quibus im-
mortale bellum esse ait à nostra societate indi-

ctum. Ecce concepta, summaque fide expressa verba authoris, *dum superseminat inimicus hostis zizania* (hoc est dum cacodæmones per sua seruitia, scilicet per Hæresiarchas, quos proximè commemorauerat, errores, sectásque disseminant) *Adsunt diuino pneumate,* inquit, *acciti patres societatis Iesu, qui Petri sedem illustrant; in Lutherum arma diuini eloquij parant; Tyrannos aggrediuntur; lolium ab agro dominico euellunt; & fidei Christianæ praclarissimi buccinatores, verbo, & exemplo cunctis prælucent: frustra aduersus hæc Ecclesiæ propugnacula conatur Lutherus: frustra multiplicantur, qui veritatem Christi premunt,* &c. Hæc Petrus Matthæus, multóque plura, quæ pudor impedit me persequi vlterius: Ergo Tyrãnos accipit eo loco sceleſtiſſimos hæresum architectos, quibus tanto verborum apparatu contendit nostræ Societatis homines se obiecisse, pro Religione Catholica propugnanda, non autem Tyrannos alieni Imperij occupatores, quod iste coniector aruspex diuinauit. Atque, vt illa vocabula, quando literas Phalaris noster docendus est, ARMA PARANT diuini eloquij, LOLIVM, AGER, similitudinem ac tropum continent; ita TYRANNI nomen pro HÆRESIARCHA, veluti LOLIVM pro illa ipsa HÆ-

185 RESI est vsurpatum. Hanccine vt grammaticam norit homuncio, quam ita exponeret, vt fecit? Illa vt ratio sit veridici, atque ingenui oratoris interpretandis authoribus? an languidæ pecudis, ac putidæ carnis circumueniendis hominibus, germana veritate opprimenda, auribus Regis absque pudore, absque reuerentia, per summam impuden

TYRANNOS aggrediũtur.

pudentiam violandis? An verò, tametsi de Tyrannis illa dicerentur, quod non est ita, vt iam est palam, in tuam maiestatem conferre debebat? Aut cum id tanto scelere, tanto conuicio, tanta dementia præstitisset, annon omni mulcta dignissimus iudicari deberet, eóque grauiori malo mactandus, quo magis consultò quæsita videtur, & de industria comparata nequitia? Qui scelesti igitur? qui audaces? qui fraudulenti? qui veteratores? Si quidem est iste ingenuus? Atque illum quidem fugere non poterat nihilo magis, quàm Catechistam (qui eodem consilio, & dolo hanc machinam versauit) quid in eam rem ad eum locum procurator Parisiensis Collegij respondisset Arnaldo causidico, qui abusus eo argumento, se in eodem cæno ante deuoluerat, ad eúmque scopulum, atque ad id telum offenderat, vbi famæ suæ nauim afflictam denique videret. Quodã alio loco tuã maiestatẽ admonet à nobis sibi magis cauere, quàm à Cassio, & Bruto suis interfectoribus Iulius Cæsar aliquando cauisset: facinorosa, & criminosa monitio, maleficũ, & barbarũ ingenium, afflicta, & vexata intẽperijs omnibus conscientia, capitalis, & summo supplicio expiandâ comparatio: quamquàm enim maiestas tua communem habet clementiam, fortitudinémque cum Cæsare; tamen neque nos, Dei gratia, cum coniuratis, neque tu cum Cæsare aliquid habes, in eo commercij, quod in ipsius caput ciuium suorum dexteram armauit. Cæsar, 186
qui Rex populi Romani, dominúsque esse con-

Adnersarii fraudul entum, & iniuriosum indicium. Pag. 90.

C. Iulius Cæsar publicæ libertatis oppressor.

tra fas concupierit, idque perfecerit, cùm occupata Romani Imperij maiestate, nõ modò contra ius gentium oppressam patriam, captámque teneret, sed vniuersas prouincias, & Regiones vno calamitatis genere comprehenderet, omnium grauissimæ offensionis, atque inuidiæ faces in popularium suorum Regij nominis impatientissima pectora coniecit; eorum audaciam incendit; furorem, & arma in suum caput concitauit. Tua maiestas bonis artibus, & via Regia, qua oportuit, suum Regnum ingressa haud quidquam possessionis alienæ vsurpauit; nihil ferro, ac prælijs tota Gallia occupauit, quod ante iure hæreditario Regij generis non sibi proprium vendicaret. Te cum Iulio Cæsare illa heroica inuicti animi magnitudine, atque clementia conferebamus, quæ solæ virtutes duæ illum apud homines magnificè commendarunt: iste à communi omnium ratione, & lingua, & sensu alienissimus illam clementiam fatuam bonitatem appellat, ex eóque vno captat Cæsarianam similitudinem, quod solum odiosum, quod funestum, quod inuisum habetur, ex detestanda hominis ambitiosi Tyrannide, quando tuam maiestatem admonet, vt maiori tibi cautione à nobis timendum putes, quàm sibi Cæsar à duobus sicarijs coniuratis cauit; quasi timendi causa eadem subesset, custodiendíque te, Henrice, à quibus? à Iesuitis? Quàm armatis? quàm paratis ad cædem? quàm breuiario, quàm libris, quàm calamo solent assueti. Qua re offensis à tua maiestate? Nulla vnquam propriè, non obscuris autem, & recenti, & longinquio

ginquiore memoria fauoribus abs te ornatis; qua spe tandem tanti, tam horrendi patricidij, non dico aggrediundi, sed cogitandi? Haud vlla equidem nisi execrando facinore fœdandæ conscientiæ, comparandique incendij orbis vniuersi: qua ingeniorum, aut vitæ, aut naturæ affinitate cum Bruto, & Cassio Cæsaris hostibus? Quæ musis, cum Gracculis; ouiculæ, cum lupo; Turturi, cum vulture esse potest. Quæ verò istum hominem agitant furiæ, vt illa, quæ nemo vnquam, nisi insanus, inter se comparet? vt adeò importunè tanto fastidio illa Tyranni verba infremat omnibus odiosa Principibus? inuisa cunctis aliqua humanitate præditis gentibus? Galliæ præsertim funesta, & inaudita? quæ in bene morato populo audiri sine scelere, innocentibus exprobrari sine amentia; apud Regem proferri sine iniuria nullo modo possunt? nulla tamen eius orationis ingenuæ pagella propemodum extat, vbi illa Tyranni, homicidæ, sicarij, grassatoris, ferri, cædium, coniurationum verba non personent? adeò videtur solo sanguine saginari eius animus, exultare in gladijs, tripudiare in funeribus Iesuitarum: ex eo solas suas delicias, atque solatiola captare, vt calamum in visceribus, ac pene in medullis, & ossibus infigat; innocentum vt cruorem, ac fœdum tabum gurges elluatus, gladiatorium in morem inspergat; nihil nisi cædes eructet, nihil præter ferrum, incendia, ruinas, vltiones loquatur: eóque vno eius animus ardeat, & ferum cor cumuletur ira, quòd te clementem, & misericordem esse videt; quodque eam virtutem diui- 187
nam

nam extollimus, qua, vt nulla re magis, homines accedunt ad Deum; quam Philosophi sapientissimi clementiam nominant; quam iste, cùm vellet omnis receptioris philosophię vulgaria septa transcendere, nouo inuento bonitatem stolidam appellauit. Quid aliud diceret, faceret, cuperet bustuarius in Scythia Gladiator?

CAPVT XXXVI. Aduersarij immanitas & iniquitas in veteribus calumnijs interpolādis.

EXHAVSTIS omnibus ad calumniādum apparatis machinationibus, nostris codicibus, moribus, verbis vsque ad nauseam excerptis, discerptísque, omni conuiciorum quasi cohorte primipila exhausta, subsidiarias mendaciorum, & veteranas veluti copias manipulares ex legione Alaudarum immittit, quæ ipse mendacia ex rebus in fœderato tumultu ciuili patratis, ex deprehensis in Gallia, in Belgio, in Anglia, in toto orbe, vbicumque extremè cum hæresi depugnamus, coniurationibus interpolata reconcin-
188 nauit. Etiamnum Ioannem Guignardum nostrum in quæstionem, & in crimen vocat, iam ab octo annis, acerbissima morte mulctatū; rogationem à Senatu de nostro exilio promulgatam, cùm ante annos octo lege fuerit actum, oratione renouauit; illa redintegratione funestissimæ calamitatis, regnum vniuersum de integro, nostrámque innocentiam vulnerauit; nostris ærumnis exsaturari, sanguine nostro refrigerari, nostris lacrymis emolliri eius indomita ira non potest: non expletur illius fames opprobrijs, obsoleta mēdacia pro veris, & recentibus factis, plenis, iteratísque paginulis exprobrando; omnia, quæ pridem, quæ palam, quæ certa, probatáque, quæ toties, ac toties

toties, quæ apud Senatum, quæ apud Regem, quæ in editissimo totius regni applaudente theatro respondimus, omnia plusquam stupenda aut stupiditate non sentit, aut cæcitate non videt, aut peruersitate dissimulat. Henrice Rex, hic homo homóne est? an potius vasta, immanisque fera, infinitis inflammata furoribus? quem illum æstimes? impudentiorem violatorem legum tuarum? an efferationem insectatorem ordinis nostri? clamat; inculcat sæpenumero magno in pretio senatusconsulta, ac decreta summæ curiæ habenda esse. Scimus equidem ea, in verba Regis concepta, tuæ maiestatis nomen in fronte præferre: quis negat? Ergo pro sanctis, inuiolatis, & ratis Regijs legibus subiectis populis esse oportere; verissimè dictum est. Qua fronte igitur ausus est has tot intermortuas, antiquatásque querimonias refricare, vt ipse in hoc vlcere vnguis existeret, authoritatémque corrumperet legum tuarum? Tua edicta annon in fronte Regium nomen ferunt? eáne minoris momenti, & ponderis apud tuos, quàm curiarum rogationes, ac scita esse debebunt? Nocendi, ac maledicendi libido adeóne hominem à cerebro alienauit, vt memoriam perderet? nihilque eorũ omninò, quæ dicat, attenderet? Plúsne momenti, & impetij rabies habuit in illius animo, vt illum ad probra eruẽtanda præcipitem ageret? vt ad infinita iactanda conuicia instigaret? vt contra publicæ pacis bonum ad horum recordationem exsuscitandam, quæ obliuioni tradita oportuit, incitaret? quàm recta naturæ, receptáque fidei Christianæ ratio,

Laudat Senatusconsulta: sancta, inuiolatáque esse vult: Regis verò edicta cõtemnit.

vt illi frænum inijceret? vt leuiter saltem eius cō-
189 scientiam titillaret? vt legum Regiarum metum aliquem, vt reuerentiam, vt cultum afferret? Oportet, inquit, pro Regio statu, & pro communi libertate scribētem omnia, etiamque extrema conari. Non te pudet: frugi noster, bona venia dic, quoniam iam Regis te tutorem, & regni habemus. Tu nisi in sinu, intra medullas, in intimis viscerum fibris infinitum aliquod furoris Timonis Misanthropi cuiuspiā, tanquam in Æthna foueres incendium quodam Tartareo igne succensum, auderes hosce carbones incendere, non modò præsenti remedio edicti Regij extinctos, sed etiam diuturnitate exacti temporis consepultos? Si tantillum ingenij, si frontis, si fidei, si conscientiæ nactus esses, velles in pluteum curiæ liticulas adeo desperatas inducere, præsertim tā sæpe conuictas probati mendacij, earúmque intolerabili, & nauseabunda ad cantilenam eandem iteratione Regias aures interpellare, atque iniuriosa fallacia in fraudem adducere? inflammatus, atque ignitus furor itáne tibi mentem ademit? rationem eripuit? sensum omnem ex animo expectorauit?

Quid autem te ille noster Guignardus offenderat? quid te vlla re bustum eius miserum violarat? quem misere iam extinctū dicto, factóque vexauisti, raptauisti, magis, quàm ipsi carnifices laniauisti, omni inhumana crudelitate lacerasti? non satis damnatus, non laniatus, non in cineres, fauillámque redactus extinctus est? Eius tu manes expergefactos lacessere audebis? eius sacra

Insignis contra Ioannem Guignardum immanitas.

busta

busta suffodere non perhorresces? mortuis bellum inexorabile feciali inuidia, patre patrato furore denunciabis? Tu, ingenue, qui dixisti, scripsisti, non tuæ, quam nullam habes, humanitatis, sed voce naturæ, quæ te illa dicere inuitum adegit, *nos à natura doceri misereri hostium, quos humi prostratos, afflictósque videmus, quòd nobis hostes esse non possint, qui ne quidem quicquam amplius sunt.* Quin te igitur eius hostis extincti miseret? eúmque ad modum extincti? Meministíne, homo misericors, quomodo, quàm sęuè tractati? O durissimi acerba temporis recordatio! 190
nudati, trucidati, infelici reste suspensi, strangulati, fędo nidore immisso vitalibus tosti, discerpti, ipsas in auras, flamma iam parcente cineri absumpto, distracti? Clementissime, humanissime, Christianissime Rex; iste si diuina verba non audit; quibus hostes amare docemur; cur ipsius saltem, quam prædicat ipse, naturæ vocem innatam non accipit? Quid mortuorum sepulcra suffodere, lacessere, scrutari non horret? vnde non argentum, non aurum excerperet; vt de Semiramidis tumulo Persa Darius, quæ macula modò sordium esset, & auariciæ, sed inuidiæ & vindictæ salsuginem, ac sulphur efferret; quod immanitatis flagitium est contra naturam, contra ius, fasque, contra religiosam Christiani hominis pietatem? Quid cæteri etiam nostri exules supra ducentos illum læserant, vt illos non solùm non miseraretur, sed ne pacatè quidem exulare sineret? eorum fletus potius, sordésque lugubres in delicijs haberet, quæ vel hæreticorum mentes oculos

Sepulcrorum violator.

oculosque multis in locis flexerunt: quid fecerant ingenuo franco, vt ne illa quidem exilij mulcta, quæ solet esse grauissima, flecteretur: quæ morti propinqua, aut morte deterior ipsa quædam mors diuturna, durior plerunque, atque acerbior ipso illo extremo fato, quo corpus ab anima separatur? in vincla coniecti sunt: quæstiones acerbissimas pertulerunt: probra, conuicia, contumelias omnis dirissimi exempli sustinuerunt; ex suis religiosis laribus, ex sacris altaribus, ex familiaribus pietatis, doctrinarúmque sacellis expulsi sunt: iussi vbique sunt graui Senatusconsulto intra triduū ex vrbibus repēte facessere, præter alicubi, vbi etiā duos dies de triū dierum sancito numero ademerunt: intra verò quindecim dies, adulta iam, & fera hyeme, cum emeritis suis senibus, ætate iam senio, & excultæ Galliæ diuturno labore confecta, cum tenera multa ex honestissimis Regni familijs iuuentute, nullo certo commeatu, nulla fiducia, spe multo peiori, tota Gallia, tota dulcissima patria compulsi discedere: nihil erat quæsitum de illis; non adesse iussi, non citati fuerant: erant etiam Reorum testimonio inter extrema tormenta prolato, omnes incolumes, cùm eorum vita in cancellis, fama in theatris, corpora in custodijs, bona in triuiis subhastata lacerabātur: bibliothecæ frugalissimæ ex ædibus nostris ad forū, inspectāte populo, præconum, atque baiulorum humeris portabātur; in publicam hastam non modo instrumenta, aut ornamenta libraria musarum, sed etiam cacabi, ollæ, scamna, cubilia tranferebantur, cum ipsa

tecta nō prędę pretio funditus euerterentur(quid enim prædæ in tanta paupertate eſſe poterat?)ſed paucorum hoſtium expectatione,atque odio, qui Crœſorum fortunas, Perſarum montes aureos in noſtræ tenuitatis, carceriſque domeſtici luctu, & pædore reconditos, ſpe, & auaritia deuoraſſent. Vidimus extemplo non modò ſardores, & fabros,quod ferendum eſſet, ſed venales meretriculas,& ſcorta nobilia,nobis eiectis,in noſtrorum ſedibus collocari, quæ turpem ibi quæſtum ex proſtituto corpore quærerent, vbi nos animarum ingens lucrum faciebamus. Vidimus ſtatim tribus famoſis libellis miſerorum exulum innocentiam crudelius, quàm pro ſicarijs,pro prædonibus, pro gladiatoribus excarnificari,mille Satyricis,Sotericiſque carminibus dilaniari,reſpui, explodi,conſputari paſſim ab omnibus,vt amurcam, fæcemque mortalium,niſi à Catholicis,qui crudelius in intimo pectore, quàm nos in vexato corpore, dilapidatiſque fortunis lacerati, nos ſin minus ope,& auxilio, certè ſauciato medullitus animo, elatis ſuſpirijs, vberi fletu, veluti in publico proiectæ, conculcatæque Societatis funere proſequebantur. His ducentorum exulum ærumnis, hac funeſta fortuna, hoc tragico euentu, hac duriſsima calamitate non flectitur Catholicus orator ingenuus! Deus immortalis! his tot, tātis,tam ſæuis,atrocibuſq; ſupplicijs placari 191
vnius togati hominis ira non potuit? Nobis erit vena incidenda, & exhaurienda præterea, vt ſanguine,&carne crudeliſsimi hominis mentem, atque oculos, & immortalem ſitim reſtinguamus

mus huius ingenui Christiani? huius defensoris Christianissimi imperij? huius ingentis amatoris humaniorum literarum? Nam quid aliud agit extremis istis moribus; qui ne immanium quidem barbarorum odium solent vsque ad sanguinem concitare? vt in Gallia ne simus? vt domo careamus? ne cum optimis popularibus, ne Franci cum Francis, ne cum dulcissimis parentibus liberi, ne cum Rege nostro subiecti, ne cum optimis, desideratissimisque Catholicis Religiosi Iesuitæ viuamus? vt ne simus in patria? num sumus iam in patria? num magis carere his omnibus possumus, quàm caremus? Gallia prohibemur? exulamus. num aliud sibi ipse vult? An ille, si vniuersæ Societatis homines cruci suffixos videret, maiori afficeretur lætitia ex corporis nostri laceratione, quàm afficitur ex infamia? quò spectat aliò, nisi vt ea pœna, in qua adhuc sumus non videatur esse contentus? Quæ est igitur alia crudelior præter mortem? Si enim in exilio sumus, sicuti sumus, quid amplius iste postulat? nos ille ergo non patria priuare, qua caremus; sed vita vult; tumque fortasse sæua illa tempestas exagitati æterno furore animi conquiesceret.

Quid autem noui coqera Ioannem Guignardum opponit? quibus prolatis nominibus eius manibus, atque ossibus litem intendit? emergit cum chartula ad manū in eius Theologi musæo, vt inquit, inuenta; pro qua ille damnatus, pro qua miserè cruciatus, atque ambustus fuit; proinde quasi ibi Iacobi Clementis facinus approbaret, & tuam maiestatem insectare-

Summum caput accusationis in Guignardum.

tur;teque hortatur archetypum exemplar aſpicere :qua ſua conditione,quoque ſuo iudicio ſi ſtare illum iubeamus , ſanè Cyclopum bipennibus ſinciput illi diffindendum erit;vnde iſtius perſcriptionis archetypam ſchedam extrahamus. Hîc ego , Henrice , neminem volo accuſare ; omnia mea tela ſic in illum conijciam,vt nemo per eius latus ſaucietur;in eius pulmonibus,ac viſceribus hærebunt : multo minus ea mihi mens eſt,vt pro hoc extincto,pro hoc tam ſæuè mactato , aut patronus inutilis cauſam dicam;niſi forte nunc non eſt extra litem,extra forum, & curiam in tuto locatus; aut vindictam expoſcam, haud equidẽ magis,quàm ille,qui modò,credo,numẽ placare ſuis hoſtibus non ceſſat in cœlo. Hoc dico duntaxat, clementiſsimam tuam maieſtatem , quæ neminem ſuorum hoſtium occidere vellet , niſi armatum,& quicquid belli fortuna reliquum Reipublicæ feciſſet ſaluum eſſe cuperet , omnia , quæ eiuſdem generis iſte accuſat cũdonaſſe. Atque,vt dicam planè,Henrice , quæ ſentio , id ſumma tu prudentia , diuino conſilio , regia magnificentia præſtitiſti , Octauiani imperatoris exemplo , qui omniũ nominum codicillos calumniarũ,&litium ſegetem futuros,nouis propoſitis tabulis,tradidit igni cremandos, & Conſtantini magni Chriſtianiſsimi principis, qui diſſenſionum ſacculos , codicesq; in flammas conijci imperauit , vt illo vno, eodem incendio omnis ſeditionum, & diſcordiarum materies incenderetur. Atque ſi in hac qui- 192 dem certè tanta tua fortuna,tanta tua lenitas non fuiſſet,quantã tu per te,per te,inquam,innata vir-

Octauianus Cæſar omnes libellos incendi iuſſit, qui calumniarũ, ac litium materiam daturi erant. Suet. in Octau.c.32. Conſtant. Sozom. lib. 1. cap.16.

tute

tute Borbonia (intelligo quid loquar) exhibuisti, acerbissimo luctu redundarent illæ tuæ gloriosæ victorię: quàm multi enim, si omnes fœderatæ factionis asseclæ quærerentur, inuenti essent, qui dixissent, qui scripsissent, qui fecissent, quæ digna illa seueritate Regia iudicarentur? quàm multi essent de victoribus, qui te crudelem esse vellent, cùm etiam de victis reperiantur? quàm multi, qui cùm à te nemini ignosci vellent, impedirent clementiam tuam, & in miserorum fletum irrumperent? cùm etiam ij, quibus ipse eadē in causa ignouisti, nolint te in alios esse misericordē? quis finis turbarum, simultatum, proscriptionū, cędiū, homicidiorū, seditionum futurus erat? si vel omnes Rei ad forum vocarētur, vel infiniti tuę maiestati, ac regno vniuerso notissimi homines capitis arcesserentur, qui multo peiora, & atrociora scripta penes se habebāt, quàm ista fictitia, & ascriptitia schedula, quam iste nefariè confictam adducit? quique non tuam famam calamo, sed vitam ferrò, & sclopo, & lancea, & collata manu impetiuerant? non viueret Catechista, qui peiora eo tempore fecit, quàm illi ipsi, quos immisericorditer insectatur, cogitare vnquam potuerunt: qui omnes tamen sine controuersia, ô clementiam admirabilem, atque omni prædicatione, literis, ac monumentis decorādam! tuæ maiestati hactenus fidelissimi, iucundissimi, omni obsequiorum, omnis testati amoris experta cōstantia viuunt in tuo Regno, in quo tuis nutibus, atque voluntatibus exequendis vitam impendere sibi gloriosum ducunt: qui eis non modo veniam, sed famam, nec

famam modò, sed & vitam, nec tantùm vitam, verùm & dignitatem, & gloriam reddidisti. Quapropter igitur hanc adulterinam chartulam sua falsitate retectam, tua clementia, communique misericordia, qualiscúmque ea est, obliteratam sceleratissimus amnistiæ, condonationísque Regiæ præuaricator, contra hominem non modò mortuum, suspensum, & incensum; sed etiam penitus innocentem exaggerat? liceat enim veritati testimonium aliquando exporrecta, & liberali fronte restituere: in quo si adhuc culpæ aliquid residebat, quod pœnam omnino mereretur, annō ea fuit satis summo cruciatu, vltimo capitis, ignisque supplicio expiata? Num post octo exactos annos oportuit redintegrare litem emortuam, extinctúmque damnare de integro, qui tanto ante tempore constituta capitis pœna mactatus, ac trucidatus nihil sui penitus, nisi vel mœroris æternum vulnus in mentibus saucijs, vel exiguos cineres busto infelici reliquit?

Scripti Guignardo falsò ac veteratoriè impositum. Dico ampliùs, nefarium, periurum, flagitiosum esse scribere hoc suppositum scriptum Guignardi Theologi opus fuisse; ementitum est licentia temporis; conflatum in phrenetici hostis tartareo spiritu fatuata phantasiá: nemo testetur; ego nihil dicam; scheda loquatur; audiantur à sano homine scripta Theologi: qui Theologi sunt teneant risum; qui habiti ex eo Rei, fletum; sola tua maiestas, postquam execrabile ipsa tabulæ scelus deprehenderit, nec iram teneat, nec iustæ vltionis modum remoretur; saltemque omnia

pag. 26. discat in vno. *Heroicum facinus*, inquit, *à Iacobo*

mematĭ *Clemente*

Clemente patratum, *quasi* SANCTI SPIRITVS DONVM *eo nomine à nostris Theologis appellatũ merito fuit à defuncto Iacobinorũ priore Bourgoino* CONFESSORE, ET MARTYRE *laudatũ*. Theologi illa vox est?ac non vox sceleris, & crudelitatis? & teterrimi post hominũ memoriã falsarij? & periuri hominis ad innocentũ exitium conficti mẽdacij? Quidopponet miser, cùm negauero ne ab insano quidẽ Theologo illa sic scribi potuisse? quo teste conuincet?an chirographo, in quo, vt apparebit, habet scientiã quæstuosam?Quis verò tã excors, & tã amens, quin statim videat adsutũ esse, & ag-

193 glutinatũ ad huius probi patroni saccũ Epigrãma ex cerebri ingenui delirantis exemplo descriptũ? qui cùm nec tyro Theologus esset, nec optimus Christianus, neq; verò bonus falsarius, nec Theologicè loqui potuit, nec Christianè sentire, nec callidè etiã, sapienterq; confingere. In quo ignoscebã Catechistæ vel magistro peierandi, vel socio, qui eũ tã longo vsu nihil sapere docuit. ... enim est minus nõ dico Theologi, sed Christiani Catechumeni, quàm ita loqui, sicuti hæc schedula loquatur? Nemo Theologus, nisi insanit, ac ne Christianus quidẽ probè edoctus vnquã cuiusquã hominis factum SPIRITVS SANCTI DONVM appellarit: hominis factũ hominis actio est, quæ fieri quidẽ potest munere, atq; ope Spiritus sãcti; eam tamẽ nemo, nisi ebrius, donũ sancti Spiritus nominauit. Ego te Theologiã, homo ingenue, docebo, quanquã non verbis opus iam esset (doceri enim nec vis, nec potes) sed fustibus, vt à sacris saltem rebus abstinere prophanus addisceres. In

Donum Spiritus sancti.

Confessor, & Martyr.

[Do]num spi[rit]us sancti.

Catholica Ecclesia: si hoc tu nesciebas, si Chri-
stianū nihil, ac ne litanias quidē vnquā audiueras,
Confessor, & martyr. CONFESSORES, ET MARTYRES, sicut viduarū,
& virginū, genera duo sunt omnino distincta san-
ctorū: mirū te nouū ex hara Theologū non Abra-
hamum, & Patriarchas Apostolis, Noëmi arcam
cū nauicula Petri, Balaami asinā cū asella Domi-
nica admiscuisse in tua Theologia, vt tecū seriò,
ac de te semel rideremus. Atqui nullus ita iam
Confessoris, & Martyris verba cōfundit: fecerint
hoc olim aliqui, nūc CONFESSOREM, aut MAR-
TYREM dicere omnes solent in fastis, menolo-
giisq; Catholicis: Cōfessorē, & Martyrē coniun-
ctim nusquam inuenias: qui Confessor scribitur
haudquaquā martyr nuncupatur, neque vicissim
martyrē inscriptū inscribi reperias Confessorem;
nihilo magis, quàm viduā virginē appellari. Quò-
tusquisque igitur Ioānē Guignardū illa scripsisse
suspicabitur professorē Theologū egregiū, gna-
ri[illegible], ac scietissimū suis, quāq; rē propriæ artis 194
[illegible]nibus designādi? Quis credet etiā scripsisse
Altera Calūnia aduersarii. [illegible], Franciæ Regnū posse, ac debere transferri ad
familiā alterā à Borbonia, qui probè nosset cū tua
Maiestate ex gente Regia alios extare quamplu-
rimos Catholicos Principes, sine controuersia, ad
cāpessendū Regnū idoneos: tā Catholicis expeti-
tos, & caros, tā huius etiā nostrę Societatis aman-
tes, ac studiosos, quàm quosuis alios ex quocunq;
genere principū exterorū? Nā fuitne ea res tanti?
vt tantula scheda, vnius religiosi Theologi arbi-
trio, intra musæi vnius angustias transigi, decidiq;
deberet? O prȩclarū inuentū calliditatis ingenuę!

Omitto

Omitto quæ reliqua ſunt huius nefarij ſuppoſiti ſcripti:quæ tametſi veri aliquã ſimilitudinem habeterẽt,aduerſarius,niſi maieſtatẽ odiſſet, in lucem proferre nõ debuit; multò verò minus mẽdaciter excogitata depromere, vt ne faſtidioſè toties pro uocatas tuæ Maieſtatis aures obtunderet:quę nimis multa eius generis iam inuitæ hauſerunt. Nã noſti eadem illa iam à ſexcentis alijs tota Gallia eſſe priuatim, & publicè decantata: feciſti quod Chriſtianiſsimũ Regẽ decebat,vt ea,ęterna obliuione ſepulta obliterarẽtur, malléſq; te memorẽ collatorum à diuina munificentiſsima largitate beneficiorum, quàm de inanibus maledicentiſsimorum hominum vocibus eſſe ſolicitum.

195 A IOANNE GVIGNARDO extincto ad Ambroſium Varadam ſoſpitem, ac viuum Societatis eiuſdem alumnum excurrit, quem de coniuratione Barreriana poſtulat. Hoc Arnaldus Cauſidicus antè tentauerat. Catechiſta ſe in turbam inferre non prætermiſerat: *Omnes*, vt Comicus inquit,*ex compactò rem agunt, quaſi in velabro olearij:* omnes vaniſsimis ſe excruciant, futiliſsimisque ſermunculis,verba,& nugas vendunt, aliud penſi habent nihil: cauent ſedulò non ſolùm vt ne penitus quicquam ad reſponſa toties à nobis inculcata, & à tota Europa ſpectata,probatáque reſpondeant; ſed ne etiam illa vel inaudijſſe vnquam videantur, quæ illorum eſt tam ſceleſata ingenuitas,quàm perfida fides.Sæpe diximus, demonſtrauimus, iterauimus Barrerium ſui cogitati parricidij ipſummet authorem, ipſummet conſuaſorem extitiſſe. tacent. in eius

CAPVT XXXVII. Calumnia de obiecta Barrerij coniuratione refutata.

Pag. 27. Catechiſta. Pag. 218.

Barrerius ipſemet author ſui ſceleris.

S 5 ſolen

solenni præscripto, constitutóque capitali iudicio
Homo leuissimus. contineri ex Aluernia Lugdunum versus se con-
tulisse, eo consilio, vt scelus, quod mente conce-
perat reipsa conficeret, antequam verbum cum
vllo nostrum contulisset. nihil respondent. Pas-
sim cum omnibus, vt quisque illi obuius foret,
animum suum aperire solitum, nec id obscurè
præ se vnquam tulisse. hoc non audiunt. cùm
Petrus Maiorius è Societate illū à se expulit. Lugdunum tenuisset à Rectore nostri Collegij
Petro Maiorio, cui rem ille, quam neminem cela-
rer, prodiderat, seuerè fuisse, & expeditè amanda-
tum, tuæque profectò maiestati Maiorium indi-
caturū fuisse, nisi rem tota amplissima vrbe vul-
gatam, ac tritam pro certo habuisset non defutu-
ros innumeros, qui breui, atque etiam ex offi-
cio, quod continuò accidit, tuæ maiestati defer-
rent. non audent hic mutire vel voculam; obmu-
tescunt: non aduerterunt, non legerunt, cùm scri-
beretur, cùm tota Gallia decantaretur. Atque no-
ster ille Maiorius, is ille ipse fuit, Henrice, quar-
A Reo innocēs pro quæstione declaratur. tus ille Religiosus, Barrerij confessione, de huius
sceleris culpa purgatus, quemadmodum ipse
Catechista fatetur; cùm tamen eum neque suo
nomine, neque sua vlla conditione designet: ne-
que enim ea illius mens est, aut ingenium, vt vel
vnam veritati vocem accommodet, quæ inte-
gritati nostræ deseruiat; sed vt nobis semper of-
ficiat, nec peius conuicio suo noceat, quàm silen-
tio. Dixeramus infelicem illum sicarium, mente 196
captum, omnis consilij, atque rationis expertem
fuisse, quod ipsemet liquidò Lugduni patefecis-
set, cùm conuocato trans Ararim Theologorum
con-

conciliabulo, quorum ſuper ea re ſententiam rogaret (cui interim Rector noſter noſtrorum paſſus eſt intereſſe, aut aſtipulari neminem) ipſe funeſtus, furioſus, & amens, viuus, ac præſens exequias fieri curauit funeris ſui, ad quartum Nonas Auguſti, ad Diui Pauli, indidem ex tholo militarem mitellam illam, nō tam atram, quàm diram, ferream maniculam, & quæ alia ſunt bellicæ armaturæ tela appenſa erexit, quaſi anticipatæ futuræ victoriæ, quam ſibi ſua amentia finxerat, collocata trophęa, vt arbitrabatur; indicia autem, vti res erat, & documēta præſentis inſaniæ, & funeſtiſſimi imminentis exitus, exitiabiliſque ruinę prognoſtica. Quas ob res cùm Pariſios poſtmodum adueniſſet, ſuáſque familiares rogatiunculas homo ſua ſponte infortunatus identidem iteraret; agnitus, & deprehenſus, imò, quod iſti intelligere nolunt, ab Ambroſio Varada, quem adiuerat, denuo repulſus, rejectus, refutatus vltro in interitum ruit voluntarium. Aude nunc ô furia! ô ingenue quadruplator! aliquid ad illa dicere. quid habes quod reprehendas? quid quod opponas? quid quod aliquando reſpondeas? nihil. vidéſne me radicitus tua figmenta conuellere? me objcere quod apertum, quod confeſſum eſt? te ne ſyllabam quidem veri hactenus de induſtria protuliſſe? non ingenuum eſſe, ſed maleficum? non verum, ſed veteratorem? non oratorem, ſed alienæ exiſtimationis, innocentiæque furunculum obtrectatorem? Hoc dico; de ſcelere Barrerij neminem hominem minus, quàm Varadam oportere eſſe ſuſpectum, Dico apud Regem, adſunt Sena-

Barrerius mēte captus.

Ab Ambroſio Varada Ieſuita repulſus.

tus

tus actiones autenticæ: versor in medio iure publico: Quid tu iam hic mihi, conuiciator importunissime, meritò exprobrabis? Profecto nihil, Henrice; omnia pro veris ponit, quæ pridem à nobis perspicuè confutata, ab illo nouis argumentis firmari oportebat: quod cum facere nec 197
vellet, nec posset, id modò fecit, quod solet, quodque minimè debuit, dum falsò alienum crimen obiectum, quàm lectissimis omnis barbaræ immanitatis verbis potuit, amplificauit; nouisque mẽdacijs alijs supra alia cõglobatis locupletauit. Mentitur à Varada perditum illum, ac nefarium latronem, vt in Regiam Maiestatem cruentam illam sicam distringeret, esse suasum: mentitur sacræ exhomologesis, sacrique altaris Sacramento deuotum, obstrictúmque fuisse: mẽtitur fuisse per Deum viuum, asseuerata Regni cælestis spõsione, ad facinus corroboratum: nam quomodo hæc ille omnia comprobat? an illi credere modò dicenti, vt quercui cuipiam Dodonææ tenentur? mentitur Varadam simulato habitu tectum aufugisse: nã Parisijs tuæ maiestatis arbitrio, etiámque gratioso libello armatus excessit: neque verò de profectione cogitabat, tantum repositum habebat in conscientiæ integritate præsidij. Mentitur Romam petijsse; mentitur ibi iam esse. Romam ille plusquam à quindecim totis annis ne pictam quidem vllam aspexit. Quot verba, tot atrocissima, illustrissimáque mẽdacia; vt vni supposito, vacillantique mendacio adminicularetur. Enimuerò apud quem has suas fallaces, fucosasque merces chartis, & linteis, & vitro delatas exponit?

Noua & horrenda oratoria ingenui mendacia.

Varada Parisijs bona regis venia discedit.

ponit?quid nõ audebit?quid ſibi nõ licere mẽtiri exiſtimabit in circo?in curia?in foro?qui tam immoderata audacia in ipſo ore,atque oculis Regię Maieſtatis imponit? Quid porro eſt minus, non dico aduocati,ſed hominis?non oratoris ingenui, ſed viri non amentis? quàm id obijcere aduerſario,quod ille,ſi verbo negarit,obmuteſcere, atq;
198 erubeſcere debeat,qui obiecerit? Ecce tibi iteratam hominis impreſſionem; at Catechiſta eius commentarius ingens quid ait,refecta, & retractata huius criminis quæſtione? ſeipſum refellit ſua vanitate, ſuis ſe refertis, & pugnantibus inter ſe mendacijs coarguit: atque egregius ſcilicet aduocatus,excæcatus odio, cauſæ ſuæ deſertor,ac proditor mihi recentia ſubſidia, & adminicula pro roboranda,hac parte,noſtra innocentia,ſtabiliendóque noſtro iure ſuppeditat. Recitat e ſcripto cõſtitutæ,deſcriptæque litis autẽtico quam pro vera, & ſancta tuetur, Barrerium Aureliano oriundum(certò prodijſſet è ſchola Ieſuitarum,ſi ea tum in vrbe aliquod Ieſuitarum Collegium,aut nomen,forte fortuna,affulſiſſet) cùm degeret apud Aluernos,nobilis matronæ, quam ille non nominat,addictus obſequio, ei in mentem Regis occidendi veniſſe: Lugdunum verò peragranti, omnes paſſim pueriliter interroganti, ſingillatim ſuam ſententiam à Religioſo quopiam viro ſciſcitanti,illi ab eo fuiſſe reſponſum, id Rege Catholico, ſalua conſcientia, fieri nullo modo poſſe. O vetule!obliuioſe ſenex, expergiſcere;quid ais?Ergo ipſemet ſui coniurati facinoris princeps, atque author extitit, non Ieſuitæ.

Catechiſta ſeipſum, & ingenuum iugulat.

Pag.118.ra

Is erat Petrus Maiorius Ieſuita.

Non

Barretius sui criminis author.

Non ergo Lugduni de parricidio patrando con-
sultauit cū quatuor monachis, Carmelita, Domi-
nicano, Capuccino & Iesuita, quod tu, incōsidera-
tissime hominū Catechista, dixisti: nā, te authore,
negotium cum teterrimo suo genio scelerū con-
sultore transegerat. Quatuor illi, si consilium sus-
cipiendi sceleris præbuerunt, consiliarij tantum
esse potuere, non principes facti. Ille verò Reli-
giosus, homo religiosissime, qui primus illum à

Petrus Maiorius Iesuita Barrerio crimen dissuasit.

concepto latrocinio dissuasit, & authoritate sua de-
terruerat, Petrus Maiorius Iesuita Theologus, Re-
ctórque Collegij Lugdunensis is fuit, vt ego di-
xi, crepes, & dirumparis licet. Qui si quisquam
alius extitisset, eius tu non modò nomen nō adeo
de industria suppressisses, sed cum Epinicio po- 199
tius decantasses, vt ex professo à Iesuitis illius
præclari, excellentisque facinoris gloriam, atque
fortunam auerteres. Dicit Catechista præterea,
Henrice, Barrerium diro flatu, afflatúque Lute-
tiam Parisiorum aduectum adijsse Varadam; nec
tamen apud eum esse confessum; sed apud Iesui-
tam alterum, nefandis interim confessori occul-
tatis, tectísque consilijs. Hæc iste dicit, qui ex-
templo tamen exclamat, perinde, atque Barrerio
confitenti, & sacræ synaxi communicanti ope-
ram Varada dedisset. Calcitrat, super hæc, & sæ-
uit, odij, obliuionisque suæ vmbris, ac laruis, qua-
si admotis voluntario furore calcaribus, intracta-
te agitatus ferociter exultat in Iesuitas; tandem
volaticus, & suspicax equus in hæc sua ipse præ-
cipitans verba succumbit. *Itáne eos communionis
sacramento abuti oportebat? O Deus immortalis! fuítne*
vnquam

vnquam tetrior vllus atheismus ab orbe condita? Sic fatur lacrymans, furijsque immittit habenas. O superi! cælicolæ! maximi! immortales! (vos enim hæc audire cupio) Catechista Pasquinus vestra sacra curat. Quisnam obsecro est sacramento abusus? Varada? non fuit, qui parricidam, quod ipse fatetur, neque communicantem, neque confitentem excepit: nō ille alter Iesuita Barrerij cōfessarius, quomodo enim esse potuit, qui Catechista astipulante, fatente, scribente, earum omnium rerum ignarus extiterit? Vbinam igitur illa illa est fulminastri Catechistæ aruspicina? vbi fulguraris, & grandiloqua teterrimi post omnium hominum memoriam atheismi complosio? Atque si illi alij, qui confitenti aures, communicanti diuina mysteria, ad sancti Dionysij, & Bricomte-Roberti dederunt (Bricontarobertum doctus nominat Catechista) omnes sine controuersia iudicantur incolumes, innocentésque, quòd eis sua consilia

Catechistæ fanatica insultatio. fol. 226. a.

Barrerius Bricontoroberti communicat.

200 Barrerius non commisisset; quo iure ille è nostris, qui pari innocentia illum ad sacrosanctam Synaxim admisit, reus de capitali crimine citatus aduocabitur? quo iure cum illo cæteri è nostra Societate omnes, qui multo etiam minus, quàm ignotus ille Iesuita de illo negotio cognoscere potuerunt? quod in nostra defensione fuerat obiectum amentem, ac vecordem Barrerium fuisse, pernegat ipse multo amentior Catechista, idemque ne mediocriter insanire, aut vno in loco videatur, affirmat è contrario eum prudētem, summo consilio virum fuisse, qui suæ accusationis petitiones per omnem artē effugisset: ipse secum

Barrerius mente imbecilla vesanus.

Catechistæ clarissima cótradictio.

idem pugnat, cùm postea dicat in cótrarium, miserum illum sese per summam stoliditatem in custodia prodidisse, vsque eò tandem, vt sceleri adornatam sicam ostenderet, venenumque deposceret summæ; atque desperatæ insaniæ argumentum. Imò cóceptis verbis aperta repugnantia asseuerat, vesana illum, & vacillanti mente

Catechista fol. 225.

fuisse. *Quæ vlla vnquam*, inquit; *extitit execrabilior impietas, quàm ista, vt nostri Iesuitæ imbecille, & mancum ingenium per summam fascinationem sacrosanctis Ecclesiæ mysterijs infatuarint, ac subornarint, vt Regi violentas manus iniiceret?* Haud procul ante opposuerat solertem, perspicacem, prouidũ fuisse: hìc porro afflicti, infirmique iudicij, hoc est fatuum, & stultum appellat: prudentem, ac sagacẽ esse, delirum, & stolidum videri; quomodo illa inter se consentiunt? quid, quæso ex te, aliud est de-

Magna vis veritatis.

lirare, si istud non est? O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiã, impudentiam facile se per seipsa defendit! quæ in tempestate sæua quieta est! quæ lucet in tenebris, ac tetra caligine sua ipsius vanitate ruentis mendacij! quæ ad extremum pulsa loco, manet tamen, atque hæret in tuto, splendetque per se semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit! At illa interrogatiuncula, cum illa sua omni assecla stipatione inconsulta verborum, nónne videtur eruptio esse, hebetataque acies tam imbecilli, quàm inermis ingenij? quãdo exilire, exultare, triumphare non solùm sine victoria constituit; verùm nullo etiam valido ictu hosti infixo, postquam ipse se sua dissentienti, atque contraria falsitate

falsitate contradicentis mendacij, quasi suo sibi gladio iugulauit. Denique tandem quod de Iacobo Comoleto idem Catechista adiungit, dic præcedenti Dominico, cùm apud populum è loco superiori verba faceret, hortatum esse, vt tãtisper omnia æquo animo sufferentes sese seruarent rebus secundis, illisque significationem interim, & quasi denunciationem fecisse futuri vulneris expectati; merum, & mirum probrum, atque conuicium censendum est: nam vt ea de re nihil penitus ab eo fuerat auditum, ita ad populum omnino nihil est actum. Quod si nondum satis, Henrice, aspicis, recordare obsecro Comoletum pura mente, atque integra, nullo scelere imbutum, nullo metu perterritum, nulla cõscientia exanimatum, tua maiestate Parisios ad vndecimum Calendas Maias obtinente, nihil se mouisse; perpetuo quodam potius, ac suo tenore quadragintadiales solennis ieiunij conciones continuasse, non ante mensem Iulium cõsequentem vrbe cessisse; neque verò se solum toto eo tempore populo, sed Senatui permisisse; neque Senatui modò; sed etiam tuæ præsentissimæ Maiestati, vt in otio, si quid eo genere offendisset, de illo, per quos oporteret, more, atque legibus quæreretur: cui se tanto periculo nunquam profectò tradidisset, si se eius criminis Reum intelligeret: cuius præsertim tot testes, quot auditores illa publica designatione collegisset: nisique causæ suę sibi confidendum putaret, præsertim omnia audienti, hostium Societatis iam pridem insidias metuenti, multa suspicanti, nonnulla tangenti.

Calũnia contra Iacobum Comoletum super crimine Barrerano.

Conſcientiæ vis.

Magna vis eſt conſcientiæ, Rex optime, & magna, in vtramque partem, vt neque timeant, qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper, atque terrorem ſibi ipſi ante oculos verſari putent, qui peccarint. Ergo illa de Comoleto iactata falſa, & excogitata commenta fuerunt, quæ ſi rationis ſolidæ aliquid habuiſſent, quis non videt

Barreriana quæſtio per Lugoli. facta Catechiſta fol. 218.

quæſtionem de Barrerio habitam, quam Catechiſta opus eſſe cenſet omnibus ſuis numeris abſolutum, Comoletum Reum fuiſſe facturam eius criminis, cuius ei ne leuiſſimam quidem ſuſpicionem aſperſit? Neque verò credibile videri debet Catechiſtam, aut reliquos veteratores meliora iudicia, vel vlla certiora teſtimonia nactos fuiſſe, quàm ſanctioris Senatus Regios viros, qui 202
quæſtionem ipſi omnem ab ſe tractatam, & iudicatam conſtituerunt. Habes iam vetus, & inauditum crimen, Henrice, tam ſæpe nobis ab aduerſario, & ab alijs obiectum, & tanta acerbitate toties ventilatum, & quod ille generale nominat parricidium, hoc eſt, ab vniuerſo noſtro ordine, ſumma conſpiratione omniũ coniuratum, quod ne in vnum quidem ex omnibus potuit vlla ratione conferre. Quod quanquam feciſſet, eaque culpa cuipiam vni inuſta adhæſiſſet; cur vniuerſa Societas pro vno aliquo, aut pro ſingulis hominibus ſuis Rea citaretur? cur pro vnius conuicto ſingulari flagitio innocentes innumeri perderentur? Æquum, aut ferendum eſſet in vlla barbaria, toti reliquo ſano corpori, pro vno imbecillo, aut morboſo membro, exitium afferre? Atque etiam quando tot, tamque multi mortales omniũ promiſcuè

miſcuè ordinum in toto Regno ea de tanta re, quàm Ieſuitæ multò certè plura cognouerant, viderant, tractarant; quamobrem nos ſoli accuſamur? ſoli ad perniciem, atque ad extremam ruinā petimur? ſoli criminum omnium inſimulamur ab hoſtibus, qui Barrerio diſſuaſimus? alij ſilentur, qui ſuaſerunt? niſi quòd iſti nihil atrox, nihil dirum, nihil capitale eſſe ſentiunt, aut dicunt eſſe, præter ea ſolùm, quæ Ieſuitæ faciunt, cogitant, aggrediuntur?

DE NEFARIO, & truculento ſcelere Caſtelli, quod ille iuxta cum ſuo conſceleſtato Catechiſta tanta, & tam intolerabili importunitate iactatum obiectat; quid ego dicam, niſi vel eos exſaturari, vel contentos potius eſſe debuiſſe tot malis, quæ paſſi ſumus, quæque patimur pro illo à noſtra conſcientia alieniſsimo, ſed infortunatiſsimo euentu? vel deriuatis in noſtrum nomen ex eo fœtidiſsimo fonte calumnijs mitigari? vel exhibitis plenè pro noſtra defenſione reſponſionibus ad ſaniorem mentem reuocari, ad quæ illi non reſpondere, ſed ne hiſcere qui-

203 dem leuiter vnquam potuerunt? nimirum eo ſunt loco, ac numero, quo illi iam olim, de quibus Regius Pſaltes vaticinabatur, cùm probè explorata ingenia, ac longo vſu perſpecta inſectatorum huiuſmodi haberet. *Non eſt in* ORE EORVM VERITAS, COR EORVM VANVM EST: SEPVLCRVM PATENS EST GVTTVR EORVM, *linguis ſuis doloſè agebant, iudica illos Deus.* Nihil eſt mirandum igitur, ſi immiſericordes, & obdurati communem humanitatem omnem exuerunt, ſi

CAPVT XXXVIII Calumniæ de Caſtelli crimine cōfutatæ.

Pſalm. 5.

maledicendo rabiem explere non poſſunt, ſi
veritati ſemper inſultant. Quid verò aliud lupi
more ſuo agerent, quàm innocentes ouiculas
inſectarentur? quem alium cantum corui ede-
rent, præter funeſtos, ferealéſque crepitus? qua
alia re parentis, ac principis obtrectatorum dia-
boli malefica ſoboles dignoſceretur, niſi, aſsi-
mulatis conuicijs ſimplicem, ac deſertam inno-
centiam criminando? Ego verò quid ex aduer-
ſo aliud agere poſſum, Henrice, niſi noſtrum
vt illis ius opponam? atque quod à diuiniore
Prouerb. 26. ſapientia didicimus, STVLTO RESPON-
DEAM *iuxta ſtultitiam ſuam,ne ſibi ſapiens eſſe
videatur?* Pro ſumma re noſtrę defenſionis,ipſius
Caſtelli perduellis cõfeſsionem authenticam aſ-
ſerebamus: nam vt nemo omnium culpam in
nos, atque inuidiam conferre certius, cauſámque
que noſtram aggrauare magis poterat, quàm
Reus; ſi nos, habita omni exquiſito ſtudio quæ-
ſtione, accuſaret; ita neque, ſecundùm Deum, 204
alius vel expeti, vel inueniri, qui melius ius no-
ſtrum, innocentiamque tueretur, ſi nos poſtre-
Caſtelli parricidę pro Ieuitis celebre teſtimonium. ma illa ſua confeſsione defenderet. Iam verò ne
tuam Maieſtatem diutius teneam; ipſius Rei re-
ligionem,authoritatémque percipe: omnia dili-
genter exquiſiti teſtimonij argumenta cognoſ-
ce;cognoſcat tecum orbis terrarum;obſtupeſcat,
admireturque poſteritas emergere ex orco hò-
mines noſtro ſeculo potuiſſe, quos illa hominis
torti, tracti, diſtracti voce audita, innocentiſsi-
mæ Societati tanti latrocinij, non dico crimen
inurere, ſed ſuſpiciunculam imponere non pu-
deret.

deret. Age verò quæ fuit, aut qualis illa quæstio? Deprehensa illa furia, ictu, Deo propellente, frustrato, ad tormenta raptatur: vulgares, atque extraordinarij cruciatus adhibentur; forcipe candente perucitur, trahitur, rapitur, premitur, tenditur, laceratur: num te aliquis ad scelus impulit? Tacet. Num Iesuitæ? Nihil mouetur. Reclamatur, qui Iesuitæ? Pernegat. Gueretus appellatur. Purgatur. Guignardus renũciatur; liberatur. Deinde, vt assolet, minæ, tum pollicitationes, persistit. Heus vbi flammæ? vbi Crux? Iesuitæ te ad parricidium armarunt? non fecerunt? certa crux, fecerunt? sperata libertas. Gueretus impulit? Nõ. rotæ. impulit. salus. Nihil non tentatum. omnia, vt in tanta, tam atroci, tam inaudita causa decebat, adhibita, quæ veritatem ex infimo pectore auellere posse iudicarentur: quæ vt sustinuit, Deus immortalis! sustinuit? imo verò, vt contempsit, ac pro nihilo putauit! numine pro innocentia confessionem Rei procurante, non modò nihil contra nos dixit, sed nostram integritatem, factique totius ignorantiam sua perpetua, & continuata constantia roborauit: semper in proposito, exhibitóque veritati testimonio permansit; præ se constanter à principio tulit, vsque ad extremum, dolorem, & luctum ingentem, quòd sua causa Societatem innoxiam videret illa funesta destitutione, atque derelictione perculsam. Quid expectamus amplius? an aliquam vocem putamus ipsam pro se causam, & veritatem posse mittere veriorem? Hæc est innocentiæ defensio; hæc ipsius causæ oratio; hæc vna vox veritatis.

in crimine ipso nulla suspicio est; in re nihil est argumenti; in negotio quod à nobis suasum dicitur, nullum, vel arbitris hostibus, vestigium sermonis, personæ, peccati, nemo testis, nemo conscius nominatur. totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa hostium conscientia. Cæterum, tantum virium, ac roboris habet pro iusto patrocinio æquitatis illa Castelli inter cruciatus agitata defensio, vt illa incolumi, & sancta, & erecta, Societatis labefactari non posit integritas. Etiam id aduersarius, post cæteram nostrorum hostium vigilantiam, non indiligenter aduertit: quam ob rem, in hac declamationis incensæ accusatione, hanc partem, quanta maxima, & acerrima potest, acie instructa, & comparata subtilitate perstringit: cùm contra opponit huius infelicissimi corporis tantum inter hæc tanta tormenta silentium ex eo manasse, quòd Iesuitæ os illi, & fauces intercluserãt; quem docuissent ex illa suorum dogmatum appendice, æquo, & constanti animo 205 perferendum esse martyrium; neque discrimen capitis illis esse omnino accersendum, qui vitæ, beatæ, & cælorum iter commonstrauerint. Vnde si Barrerius, inquit, noster auditor extitisset, nihil aduersus nos confessus fuisset. Hæc accusatoris maliciosa, & callida interpretatio, omnium machinationum acerrima, & fortissima habetur, quas aduersarius cum suo Castore Catechista comminisci, toto triennio, potuerunt, quo viribus in commune collatis, suos libellos enixi duo præ pluribus parturire potuerunt, vt Castelli

Aduersarii fraudulenta calliditas cõtra Castelli testimonium.

Pag.29.

Castelli testimonium extenuatum, ac in nihilum redactum omni colorata inficiatione corrumperent. Ego verò defensionem maiorem aliam nullam arripiam, nisi quam ille mihi paulo post subministrauit ad illa sententiosa, & verò argutiora, quàm ipse nunc cuperet, pronunciata. *Deus*, inquit, *Regum moderator, & custos vi veritatem ex ore eorum extorquet, qui sibi eam diligentius occultandam statuerunt.* Pag. 30. Hæc si vera est, sicuti profectò est, ratiocinatio, quomodo illi in mentem venit affirmare, Castello à nobis oblisum guttur, & interceptas fauces fuisse, ne in sui nos sceleris communionem, & societatem adiungeret? fortiores nos esse poteramus Deo, vt quod ille aperuerat, clauderemus? Hic homo igitur num repugnantia dicere se ipse sentit, cùm Castello guttur oppressum fuisse nō est verecundatus opponere? & solenne mendacium contra certam vnam, atque compertam veritatem effundere? Ne tamen eum sua repugnantia premere, ac constringere videar solùm, cornu ego eum suæ disparatissimę argumentationis apprehensum tenebo. Hoc contendit, opinor, etsi Iesuitæ Castello tenerent suis artibus gulam obsessam, ne eos proderet, ab eo tamen vel inuito vindex numen aliquando veræ confessionis vocem expressit; quæ vna mihi satis superque

206 que est ab ingenuo saltem semel aduersario diuinitus extorta periodus ad ridiculam illius tergiuersationem reuellendam, demonstrandumque, hac luce præclariùs, ipsum vnico veritati

concesso pronunciato, suum figmentum euertere. Quandonam enim Deus loqui Castellum, ac fateri coëgit, si concluso, obstipatóque ore, eo toto tempore tenebatur, quo claré, & explicaté Iesuitas ab illo accusatos oportuit? ac si ad celandam veritatem erat edoctus, & comparatus, vt ne accusaret, quod obijcit aduersarius; tum si Deus in Regum gratiam veritatem auellit è latebris, quod etiam ait, ac profecto est ita, amon illam extrahere toties poterat ex eius miseri faucibus, visceribúsque, quoties, vt id ageret exstimulabatur, quamquàm non solum à Iesuitis tacere edoctum, sed Pytagoreo silentio inauguratum? Promissa, & disciplinæ hominum an plus virium essent habituræ ad occludendum, quàm diuina potentia ad referandum? Tum si Deus Optimus, Maximus, in tuæ gratiam Maiestatis, huius plusquam sicarij, plusquam homicidæ, plus etiam, quàm parricidæ impurissimam manum detestatus, à tua ceruice, regnique lateribus auertit, ne hanc tam tetram, tam horribilem, tam infestam Regno vniuerso pestem afferret, quam moliebatur: si extorta illi est eodem numine sica illa de manibus, quæ non te solum ad perniciem, sed salutem, & securitatem omnium nostrum, sed Galliam totam ad exitium, & vastitatem trahebat: si ipse perduellis sua ipsius confessione patefactus, deprehensus, & conuictus est, atque ad supplicium reseruatus; non fuerat in eiusdem tutelaris numinis potestate eius hostis patriæ ora quantum

Dei potentia supra omnes conatus, & machinas.

Ipse Castellus reus seipsum nulla habita quæstione prodidit.

quantumcumque præclusa patefacere, indicium vt deferret? omnesque inauditi facinoris, cuius causa torqueretur, fœdere secum, & nefaria cõiuratione coniunctos indicaret; atque ad eius parricidij pœnam adsciſceret, cuius illa vindex, conſeruatrixque Regum, in Regio capite, læſa maieſtas, capitale iudicium interim, ac ſupplicium in
207 ſuo ſanctiore cæleſti conſilio decernebat? Tum ſi à Ieſuitis fuerat circunuentus, illa doctrina, qua ſubeundum æquo animo eſſe Martyrium docuiſſent; illa magna vis cęleſtis conſilij, numénve diuinum non ſatis per ſeſe opis, non ſatis machinarum, ac luminis habebat, vt à fraude illum abduceret? vt perdoceret fraudulentam circumuentionem illam, non martyrium eſſe? vt ad loquendum impelleret, accuſandumúe, nulla ambiguitate, aut circuitione perplexa verborum, verè, & conſtanter affines, ſocioſque tanti, tamque deteſtandi criminis deprehenſi? contra adiutores, hortatores, authores, magiſtros parricidij, poſt hominum memoriam crudeliſſimi, & maximi? contra homines bonorum inimicos, hoſtes patriæ, ſpoliatores, depeculatoreſque regnorum, proditores, ac perditores Regum, peſtes, & ſordes, & furias Reip. vexatores otij, tranquillitatiſq; communis? Eos enim nos iſti vocant, cùm modeſtiſſimè agere volunt, qui iidem ſcribunt Deum vindicem Regię Maieſtatis, & ſcelerum ſolere, inter cruciatus, veritatem contra improbos vel à repugnantibus extorquere. Præter hæc, ſi miſer, ac funeſtus adoleſcés ita fuerat cõdocefactus, vt neminem proderet, quæro ab ipſo cur patrem

Numinis ſapientia ſupra hominis calliditatem, & fraudem.

ſuum illum ipſum ille prodidit,cui præter mortales omnes parcere,omni iure humano, atque diuino,debuiſſet?Cur ex noſtra inuidia deonerāuit quod in parentem,traiiceret?vel ſi iure optimo,&ſalua cōſcientia ſui parētis caput in diſcrimen obtulit,à quo vitam acceperat,annō eadem conſcientia præclara ſuſtentatus Ieſuitas poterat facere culpæ Reos?O mira aſſertoris Innocētum numinis,mira ſupra quàm concipi animo poteſt, prouidentia!quę huius deſperati rabiem,& mentē, & fauces obſtruxit,ne,quod in promptu fuit, inter horrenda ſupplicia,leūi aliquó verbo ſocietatis innoxiæ innocentiam inceſtaret.In ſumma, ſi ille audaciſſimus parricida mille catenatis ſeris armatum,mille ferreis vinclis obſtrictum, mille æreis clauſtris obſtructum, multo plurimis clatris, & clauibus obſeratum, infinitis aggeribus circumuallatum,omni genere machinarum,&ſigillorum,& artis obſignatum pectus, atque munitum habuiſſet,prępotens tamen ille hominum machinator Deus,qui,ſecundum veridicum aduerſarij pronunciatum,ab ijs maximè expreſſam veritatem expromit,qui maximè occultant, annon eam vim,aut dexteritatē habebat, vt ex leuiſſimi adoleſcentis viſceribus illam oppreſſam 208
erueret?atque eo quidem apertiùs, ac certiùs in lucem efferret, quo eā Ieſuitæ altiùs obruere, & callidiùs occultare, & omni ſacrilegō dolo præfocare,mentito,& falſo,plenóque erroris colore Martyrij deliberauerant?Quorſum igitur non ſiuit,vt contra eos præſertim,tot,tantis,tam varijs tormentis circumſeſſus loqueretur? Quorſum

Nullus conatus, nullus dolus, quem Deus opprimere nō poſſit.

pag. 30.

eum

eum voluit in ſua inficiatione perſiſtere? linguã adeo prodigioſa conſtantia continere aduerſus omnes humani ingenij vires in eius maleficum, & omni, naturæ odio auerſandum ſcelus inſtructas? imò nos omni ſuſpicione liberare, iuſta depulſione impoſiti criminis, & clara aſſeueratione fundatiſſimæ noſtræ integritatis? ex eo certe quidem id fuit, quòd non ſolum Deus ille ſtator ora reſerat, vt Regum cauſa proferri peccata compellat, verumetiam ſiſtit, & obſerat, ne cum innocentum iniuria, falſa, & corrupta dicantur.

Deus reſerat atque obſerat ora hominum pro æquitate.

Quare arbitrij eius fuit, non modò, vt ne nos oneraret; ſed apertè potius deoneraret; vt nobis nihil quicquam maculę, vel verbo tenus inureret; verumetiam vt celebri, & æquabili, & ſeuera teſtificatione, ſi quid inuidia hominum contractum eſſet, exureret. Ergo vis illa diuina exquiſitiori quodam conſilio hoc permiſit ſuæ ſingulari prouidentiæ; dedit ſecuritati Regis; ceſſit conſcientiæ Iudicum; tribuit innocentiæ Societatis, vt humani, Regijque tribunalis exacta ſeueritas in iſto Reo, illo omnium maximo, atque delectiſſimo apparatu, vim omnem expromeret omnis apparatiſsimæ induſtriæ, tũ tormentorum, quæ ſummæ cuicumque liliatæ curię principi ſuo, patriæque fidiſſimæ venire in mẽtem vnquam potuiſſet, tum omnium machinationum, atque artium, quæ hominum ingenio excogitari poſſe vi-
109 derentur, quibus luce, & oculis palam expoſita abditiſſima coniuratio erumpere è latebris ſoleret, vt illo tacente, omnibuſque conatibus fortiter obluctante, mortales arcanam numinis potentiam

tentiam

tentiam esse, quæ illa tanta, tam occultè transigeret, clare intelligerēt, perspicerēntq; eius fuisse prouidentiæ, vt tot illæ omnes exploratæ viæ, pertentatæq; machinæ, totidē firmamenta compertæ veritatis existerent, totidem peremptoriæ criminis depulsiones, tot argumenta certissima innocentiæ illibatæ, tot signa, tot notæ, tot pignora diuinæ tutelæ suæ fidei, & clientelę res innocentum, & vitam reseruātis. Igitur aduersarius cùm huius testimonij nos spoliare præsidio statuisset, contra effecit, vt luculentius appareret, atque illustrius, suis illis aduersis, contradicentibúsque sententijs, illàque potissimum vna certissima ratione, qua verè interim aliud agens pronunciauit DEVM *regum moderatorem, atque custo-*
Pag 30. *dem* VI VERITATEM EX ORE EORVM EXTORQVERE, *qui sibi eam diligentius occultandam statuerunt.* Ex quo liquido ipse consentit prouidentissimum Dei numen, quemadmodum huic perdito linguam ante tenuerat, ne nostram innocētiam proderet; haud aliter modò huic ipsi perfido declamatori, qui nos criminari voluisset, maledicta labra diduxisse, necnon sufflatas eas maxillas diuaricasse, vt suo illo obscœno ore se ipse damnaret; ius nostrum vltro roboratū assereret; conuicij, & calumniæ neruos illideret: totius, suæ furiatæ querelæ basim euerteret: neque verò vnquam mendacium vllū magis ex sententia, quàm istud fuit auctoris sui artibus suo marte conuulsum: neque vllus periurus, & mendax vnquam 210
magis bellè suis ipse laqueis irretitus, quàm iste suis illaqueatus. Frustra igitur, & sine causa ma-

nibus,

nibus, pedibuſque, quaſi in comitiali torpore contendit: fruſtra ſe agitat, ſe afflictat, ſe conficit in proferenda, premenda, detorquenda interrogatione Caſtelli, vt ſententiam ſuam in ſanciendo, ac roborando illo ſuo in nos illato pronunciato interponat: nimio plus, pluſque ſancitum, & ratum eſt, pluſculum etiam ſuo magno malo, quàm ipſe iam velit, noſtro verò commodo, eo ipſo ſatis firmatum, quia ipſe protulit. Veruntamen quoniam iſte fictitiam illam, ac ſuppoſitam Caſtelli interrogatiunculam, & ſecundum illum, Catechiſta prodere non erubuerunt, veluti opus nouum, & manupretiūm ad innocentiam, ſi fieri poteſt, ſepeliendam; quæſo, ac precor Maieſtatem tuam, vt mihi det hanc veniam, ne graue, vel importunum, aut inſolens iudicet, ſi ego illam omnem ſuis, meíſque ponderibus, iuſto, ac preſſo examine, ad ſummæ æquitatis libellam expendero. Si nos ille merito, ſi bonis nominibus, ſi opportunè argueret: tamen iniuriam prohibere, ius noſtrum tueri, iuſtam propugnationem, defenſionémque ſuſcipere nobis per leges liceret; quanto magis modò, cùm iniquè nos, cùm importunè, cùm falſis criminibus, cùm inſidioſè, cùm fraudulenter, cùm omni exquiſita perfidia inuadit?

CAPVT XXXIX. Examen interrogationis aduerſario

ECCE QVALEM NOBIS interrogationem inuehunt. ROGATVS *vbi nouam illam Treologiam didiciſſet*, quæ Catechiſta ait, illa erat. Reges occidere, DIXIT *in Philoſophia.* ROGATVS *an Philoſophiæ in Ieſuitarum Collegio operā dediſſet.* DIXIT *dediſſe, idque Guereto, quicū verſatus*

duos

per duos annos cum dimidio fuerat. Primo reſponſo,
à Caſtello purgamur. Negat à nobis nouam ſe 211
illam Theologiam hauſiſſe.Etiam dicere aliud
nihil poterat:nã hoc non docemus,cũ legi diuinę
diſſentiat. Alterũ nihil nec ad nos,nec cõtra nos:
haud enim ait eam ſe diſciplinã perdidiciſſe è no-
ſtra philoſophia:neque verò ea id amplius docet,
quàm noſtra Theologia : Tantum hoc reſpondet
generatim ſe à Philoſophia accepiſſe. qua ? hæc
videlicet eſt materia vlla Philoſophiæ, liceatne
Regem occidere ? quid ais ? aut tormenta te tur-
bant, aut qui hæc te dicere fingit, inſanit. Sed
nimirum vel acceperat ab illa Philoſophia,quam
ſibi errore confinxerat ; vel iſte confingit, qui illa
commemorat. Germana Philoſophia nequa-
quam diuinis legibus aduerſatur.Reges colẽdos,
& amãdos docet. Platonẽ teſtor,Ariſtotelẽ voco,
Socratem imploro,omnes Philoſophorum porti-
cus appello , quos in noſtris Gymnaſijs profite-
mur : quare nihil nobis illæ primæ reſponſiones
officiunt , neque vllus hominum eſt vſque adeo
mente maleuola vſquam inuentus , qui ſalua,
atque erecta conſcientia , dicere auderet noſtra
vel Theologia , vel Philoſophia contineri Re-
ges à quoquã impune interfici poſſe. Quid quod
aduerſarius haud multò antè mordicus tuebatur,
atque obſtinatè etiam affirmabat non modò nos
nequaquam ſuadere iugulare principes,ſed cole-
re illos,maximè Hiſpanum,etiam ſummo ſtudio,
& affectu incredibili ſæpenumero? Quidni enim
Hiſpanum quoque perimere hortetur noſtra do-
ctrina , ſi ea Reges generatim complectitur ? aut
quomo

Vera Philoſophia eſt diuino numini conſentanea.

Supra pag. 25. orationis ingenuæ.

quomodo Hiſpanum empta, vt ait, & ſubornata ſeruitia, ad nutum in omnibus, obſeruamus, ſi Regi Hiſpano, cæteríſque vitam eripere publicè, in ſchola, ex Philoſophiæ inſtituto docemus? Quòd ſi Caſtellus ex ea, quam à nobis arripuerat, diſciplina, illa ſua inaudita conſectaria conficiebat; tamen non magis de reliquo noſtra culpa eſt, aut noſtræ ſcholæ, quàm eſt diuina ſcriptura de obortis hæreticorum erroribus coarguenda,
212 quos indidem illi nefarij rerum ſacrarum expilatores, malitioſa interpretatione, traxerunt; aut veterrimum, & notæ veteris vinum de ebrioſitate culpandum, in quam qui vino abuntur, non vini errore, ſed naturæ ſuæ deprauatione incurrunt.

Sacra ſcriptura non eſt cauſa errorũ, quos ab illa hæretici hauriunt.

Igne quid vtilius? ſi quis tamen vrere tecta
Comparet, audaces inſtruit igne manus,

Ac mihi quidem longius contexere hoc carmen liceret. Sed illi alij eius infelicis philoſophi, eodem in ludo æquales, ac ſocij, cæteríque pluſquàm centum millia, qui triginta annorum ſpatio, hæc curricula mentis, háſque exercitationes ingenij apud nos excurrerãt, haud quaquam fallaces euiuſmodi concluſiones ex ſua repetitas philoſophia inferebant. Non ergo ſchola illum erudierat, ſed ingenij ſtupor euerterat, naturæ deſperata indoles deprauarãt, corruptelarũ illecebra irretiuerat; mentis ægritudo peſtifera ad tantum furorem imbuerat. Sed iam ſe colligit, Quæſitor noſter, vrnam mouet; & ad extremum ingenuus magis ex profeſſo incipit philoſophari.

De meditationum cubiculo qualis interrogatio?

ROGATVS *an meditationum cubiculo interfuiſſet, quo Ieſuitæ ſceleratiſſimos quoſque traducunt; qui in illo cubiculo viderent multorum Cacodæmonum variis, horrendiſque figuris imagines; eo prætextu, vt ad frugem meliorem illos adducant: ad illorum verò certè labefactanda ingenia, atque eiuſmodi conſiliis ad inſigne aliquod audendum facinus impellenda.* DIXIT *ſæpe ſe in illo meditationum cubiculo fuiſſe.* O iterum magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contráque fictas hominum inſidias facile ſe per ſe ipſa tuetur! quo in cubiculo? quarum meditationum? qua cauſa? Perbellè ſe hac interrogatione ipſum prodidit, perdiditque, vel deſpuenda ignoratione ridendum, vel caſtiganda peruerſitate vindicandum, quæ duæ peſſimæ artes, tota longè eius conqueſtione inſaniſſima dominantur. Triginta, atque eo amplius annos ego, hac in ſocietate, vel ſubiectus ipſe, vel præpoſitus alijs ætatem dego: non memini me vmquam audire eius nominis vllum è noſtris cubiculum, quod meditationum appellat, recepta iam, & per Reũ percepta denominatione deſignatum. vah miſer! Pudet me tui. Quid aís? meditationum cubiculum? quæſo, quid hoc eſt? cæmento, an tomento, ſaxo, an luto, lapide, an cæſpite conſtructum? Ego inaudiui aliquoties exercitationum ſpiritalium in ſocietate vocabulum; cubiculum nunquam audiui; niſi quòd eæ non in ſyluis, aut in triuijs; non in balneis, aut Baijs fieri conſueuerunt, ſed in cubiculis: hæc cubicula audiui, non certa, & deſignata, quæ Reus in quæſtione ſtatim nominata

Quis ſcopus interrogationis de meditationum cubiculo.

 digniſ

dignoſceret;ſed quæ ſors ferret,vel quę ſua quæque obtigiſſent; vel quæ externis commodiora, & ſemotiora à Religioſorum conſuetudine traderentur.Hæc cubicula iam exercitationum ſpiritualium appellemus,quando ille ita vult;vbi ad religionem, & pietatem homines informantur. Si deſignabat eiuſmodi, vt in ſua interrogatione videtur,certè hoc iam quæretur à Reo,an bonus vnquam fieri Chriſtianus, an ex profeſſo in ſtudium virtutis incumbere, an rerum humanarum deſpicientiã addiſcere voluiſſet:eum enim vſum, eumque ſcopum propoſitum habent illæ commentationes rerum diuinarum,quę notio quàm longiſſimè eſt ab interrogãtis mente, atque conſilio aliena: nihil enim quidquam contra nos afferre poteſt ſeu aiat, ſeu neget, illa reſponſio. Si fuiſſe reſpondet, fuit vt virtuti ſtuderet, in quo nihil noſtri criminis ineſſe apparet;non equidem magis,quàm ſi nunquam fuiſſe ſe diceret, quod verius,certiúſque eſſe contendo. Nam vt illis ſe exercitationibus dederet,plures hebdomadas reliquarum omnium rerum ſollicitudine abdicata, diuinis meditandis rebus inſiſtere eum oportebat;nec vlli alteri negotio, niſi religioni operam dare; quod apud nos certò nunquam præſtitit, (atque vtinam ex profeſſo id ille feciſſet, non ſibi exitium,non nobis negotium, nô Regno periculum, non Regi metum, non animæ damnum,non corpori interitum faceſſiuiſſet)nam inde vſque ab octo mẽſibus, philoſophiæ demenſo curriculo, domum noſtram nihil amplius frequentabat; & quo tempore Philoſophiæ acade-

mica ſpatia perluſtrabat, nunquam niſi ob antemeridianas, & poſtmeridianas ſcholas apud nos 214
hærebat, neque vllum è toto mortalium numero inuenias, qui aliquid in contrarium auſit aſſerere; neque ſi Caſtellus hoc dixit, aut finxit, ab eo, illa parte, vllam veritatem Deus expreſſit.

CAPVT XL.

De exercitationibus ſpiritalibus, quæ in hac ſocietate vſurpantur.

AGE VERO eſto; eſſet ita ſanè, quemadmodum iſte efficere vult: excoluiſſet animum ijs rebus, quæ meditationum iſto cubiculo ſignificantur: frequentaſſet ſæpius illa ſtudia virtutum: ſacro ſe otio totum aliquãdiu permiſiſſet; omiſiſſet ad tempus omnes voluptates; reliquiſſet ſtudia delectationis, ludum, iocum, conuiuia, ſermones etiam omnium familiarium deſeruiſſet, quod minimè fecit, qui vtinam feciſſet; Quid tum propterea? Quid ex ea interrogatiuncula argumenti repeteret ingenuus, vt nos Caſtellanæ coniurationis referret in Reos? Quæſo à te Rex, tuam Majeſtatem imploro, vt rem totam, vti eſt, ſicut reliqua feciſti hactenus patienter expendas: vt ex huius ſermone portentoſæ calumniæ monſtroſam imaginem aſpicias, interrogationem inquam, non minus iocularem, & ridiculam, quàm ſceleratam; & impiam de iſto cubiculo ſapienter, vt omnia ſoles, inſpicias. Principio videbis, quemàdmodum noſtrates Hugonoti Iconoclaſtæ, cùm per ſummum furorem, Viennæ Allobrogum omnes ſanctorum ſternerent, frangerent, deprædarentur imagines, ſolam Cacodæmonis intactam, & ſanctam effigiem reliquerunt; ita iſtum furunculum ingenuum, cùm meditationum cellas ſcrutaretur, vnicam Dæmonis

nis figuram, quaſi extuliſſe pro labaro ſacrilegi belli, reliquas Seruatoris, & magnę Deiparæ matris, ſanctorúmque tabellas comminuiſſe, & ſuppreſſiſſe ſilentio; quas nos cauſa pietatis penes nos habemus: Dæmonum verò nunquam affigimus, niſi fortè parerga cuiuſpiam hiſtoriæ, vel tabellæ, vbi conſequenter appingi conſueuerunt. Ita eius ingenium eſt, vt reprehendat, quæ non intelligat, generali quodam malo genio obtrectandi tantùm afflatus, & ſummi in nos odij immiſericordes aculeos excrendi, aut flagitioſe, ac perperam quæcumque tractamus interpretandi. ſi leuiter ſaperet, non ſellam horrificam vllam, non locum vllum meditationi in noſtris
215 ædibus deſignatum diceret: nam ea communi notione noſtra quæcumque cubicula haud ſecus, quàm cæterorum Religioſorum ordinum, & eſſe poſſunt meditationum, & appellari cubicula: EXERCITATIONES SPIRITALES, quod nos ſolemus, oportebat dicere. Poſtquam enim is, qui ad ſalutare hoc ſtudium mentem vltro appulit, ſe penitus de rerum humanarum non modò cura, ſed etiam cogitatione ſubduxerit, in liberiori ſolitudine, & otio, cum ſingulari apparatu maximæ, atque propenſiſſimæ pietatis aliquanto verſatus; ex præſcripto libelli ad eum finem comparati, mente procliui, animo exporrecto, deſiderio præparato, cupiditate incenſa, omnium immemor, præterquam Dei, præterquam ſui, dulciſſimum exercitationum opus aggreditur: ijs comprehenſam orandi cùm voce, tum mente non vnam viam pedetentim

Quænam ſint eæ exercitationes ſpirituales.

addiſcit:tum attentè, & cogitatè ſecum ipſe diuina, ſtatis aliquot hebdomadis, meditādi; cuiuſmodi ſunt Euangelicæ leges; profectā à numine beneficia, merita, auxilia, munera gratuitò collata diuinitus: deinceps in acerrimam, grauem, & altam cogitationem rerum futurarum adducitur: quatuor præſertim illorum terribilium, ſupremi exitus, extremi iudicij, æterni inferorum incendij, feliciſſimi beatarum mentium, & ſummi, & vltimi boni; quæ tabellæ eæ ſunt, eaque agalmata, quæ ob oculos mentis ſemper haberi ſapiens
Eccl. 7. 40. Eccleſiaſtes hortatur. MEMORARE *nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Super hæc inſtituitur omni numero abſoluta confeſſio de peccatis; magna, & ſancta, & rata deliberatio, & conſultatio habetur à ſcelere in poſterum abſtinendi; conſilia de cætero, de reliqua vita ad Chriſtianæ pietatis amuſſim componenda redintegrantur: Catholicæ fidei ardor; quod iſtis maximè dolet, mirabilem in modum, recaleſcit; deteſtabile omnis vel leuiſsimæ labis peccati, nedum parricidiorum, & perduellionum odium inſtillatur: vſuque accidere videmus communiter, vt qui illa tractatione exculti, exercitatique fuerunt, magis vnius mendaciunculi maculam, quàm vel Rabula, vel ipſimet antea, vel plerique mortalium parricidia, & craſsiſsima ſcelera execrentur. Ergo commentationes, & meditationes huiuſmodi, & Chriſtianæ tyrocinia pietatis nos, noſtro recepto more dicendi, EXERCITATIONES SPIRITALES vocare ſolemus: ſi malè, per me obtrectatori, vt ſit impunè, ſi be-
ne tum

ne, tum nos ſcelere ſoluamur: ille verò tandem Christianorum in toto cœtu, atque apud omnem poſteritatis catholicæ memoriam, infamis ſacrorum hoſtis, & ſacrilegus auitæ pietatis irriſor, ac violator habeatur. Hæc operæpretia virtutis tradimus ex deſcripta nobis ratione, à peƀeato Patre, ac parente noſtro Ignatio Loyola, ſanctæ
216 Apoſtolicæ ſedi probata, poſt moroſum, & ferreum illuſtrium Doctorum, ac purpuratorum conſiliariorum patrum examen. Tradimus, prout res tulerit, an in cubiculo, an in aula, ſeu in ſuprema contignatione, ſeu in infima, domi, vel ruri, in ciuitatibus, aut villis ſuburbanis: idque iterum omni generi mortalium, ſacris, & profanis, togatis, ac ſagatis, tenuiſsimis, ac maximis, non autem maximè tantum facinoroſis, ac ſceleſtis, quod calumniatur Acephalus, quorum ex numero ipſe fortè eſt (non enim huiuſmodi feræ agreſtes, vaſtæque belluæ ſe in ſuauiſsima hæc noſtra retia indui patiuntur) ſed maximè ad ſtudium honeſtatis incenſis, ingentique virtutis ardore calentibus, tum ſumma cupiditate inflammatis ſalutis animæ, omni diligenti ſtudio, peruestigandæ: qui ſi huiuſmodi ſunt, iam ſceleratiſſimi profecto eſſe non poſſunt. Atque hactenus tantus, & tam eximius extitit operæ & fructus, & vſus, vt inde innumerabiles proſperi vitæ admirandæ ſucceſſus effloruerint; non ex priuatis perſonis tantùm, ſed ex totis ipſis profanis, ſacriſque familijs; adeoque iucundi, ſuaues, & grati, vt neque nos, quantum Reipublicæ Christianæ hac parte contulerimus, certè pœniteat, &

Paulus tertius ſummus Pōtifex exercitationes haſce ſpirituales ſua authoritate approbauit.

qui ſunt ipſi tantiſper aliquando experti; ſummopere ipſi ſe, ſuæque fruges induſtriæ demirentur, ac ſecum perpetuò, quocunque ſe ferant, dulciſsimam præſentis voluptatis delectationem, & accepti beneficij memoriam circunferant. Dê quo ego illos toto orbe Catholico, teſtor, vt ipſi contra perditum hunc rerum Chriſtianarum Momum dicant, pro comperta veritate, ſententiam. Atque in hoc toto exercitationum genere nihil eſt, quod non à ſummis totius antiquitatis viris fuerit vſurpatum: ac multi, & noſtra, & Patrum, maiorúmque memoria ſummi homines, & clariſsimi principes extiterunt, qui præclarum illud ad Religionem, etſi cum labore aliquo directum iter probauerunt, tenuerúntque; nec ſummi tantùm illi, qui, omnibus rebus poſthabitis, totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocarunt; qui aſpernati oculis pulchritudinem rerum non odore vllo, non tactu, non ſapore capiebantur, qui omnem corporis ſuauitatem, & carnis illecebras reſpuebant: qui hac deſerta via, & inculta, atque interclusa iam frondibus, & virgultis, vnicè capti, hoc robore animi, atque hac indole virtutis, & continentiæ fuerunt, vt omnem vitæ ſuæ curſum in deſertis ſolitudinibus, aut in ſecretioribus cœnobijs, in labore corporis, atque animi conficerent; verùm etiam alij ſummi, qui maximo- 217
rum etiamnum Imperiorum gubernacula tenebant. Ex quo genere illos fuiſſe arbitror Dauides, Conſtantinos, Carolos Magnos, Caluos, Ludouicos, omneſque eos, qui ſuorum Regnorum,

Exercitationes ſpirituales à ſanctiſsimis & ſummis viris vſurpatæ.

ac bellicæ laudis fines ingentes, solidæ gloriæ, ac religionis immensos reliquerunt. Ille maximus Rex, & vates, in dies singulos septies ad meditationem intentus orabat, idemque in suo illo principe cantico pronunciat BEATVS VIR *qui in lege Domini meditabitur, die ac nocte*. At verò è primis Christianis principibus Constantinus statuta Religioni, præfinitáque tempora habebat, quo rebus, & curis imperij valere iussis, excolendæ, explendæque omni numero virtutum animæ impensè se dederet, à spiritali viro quopiam, qui ferme illi vel à sacra, ac pia stipe eroganda, vel à confessionibus erat, in illa salutis præstante scientia exercitatus. Quid dicam Carolum Magnum, in occidente, Francorum Imperatorem, haud paulo maiorem virtute, quàm nomine Regem? Annon eum cæterarum rerum in bello gestarum magnitudine Constantinum æquasse; tum ista præcipuè Christianissimi principis gloria æmulatum esse, testantur partim quę ipse fecit, partim quæ alij de illo scripserunt? At Carolus nepos cognomento Caluus Imperator, Fráciæ Rex numero XXV. tum alijs rebus extitit, tum hac officij Christiani parte, sacrarumq; rerũ tractatione, qua de agimus, singularis. Nã à teneris accepimus illi ad manum semper commentariolum fuisse literis aureis conscriptum, vbi precatiunculæ, & reculæ, & exercitatiunculæ, per quosuis hebdomadæ dies distributæ continebantur: tum antelucanæ preces, pro tempore matutino, cùm expergefactus euigilasset, tum suæ vespertinæ, cùm cubitum iret: præterea

Septies in die Psalmo 118.
Psalmo 1.

Constantinus Magnus.
Qui principibus à confessionibus & largitionibus erant, idem Patrum spiritalium munere fungebantur.

Carolus Magnus.

Carolus Caluus.

Caroli Calui exercitationes spiritales studiumque mirabile.
Orationes quotidianæ.

V 4 quas,

Orationes quotidianæ. quas, instante periculo, aut graui aliqua pertur- 2
batione premente, dicebat; quas pro beneficijs à numine acceptis habendæ, & cõmemorandæ gratiæ persoluebat; quas viuis gratas, quas mortuis iustas faciebat; quas sacrę peccatorũ exhomologesi, communioniq́ue sacrosanctissimę vel præmittebat, vel postmittebat; quas ad extremum superis omnibus fundere solebat. Constabant insuper aliæ propriæ, ac suæ ad singulas quasque diuinæ missæ particulas comparatæ.

In Missa.

Missæ collectio.

Tum, quod maximam habet admirationem, ad diurnas singulas horulas, sese imperator identidem colligebat; certáque, ac selecta precula, se Deo ex animo totum, quæúe facturus, dicturus, cogitaturus esset in posterum consecrabat. Ille commentarius circiter annum millesimum quadringentesimũ, septuagesimũ septimum ab orbe restituto; ab obitu verò Caroli, sexcentesimũ admodum, è tenebris emersit inuetus, cũ plerisque sanctorũ reliquijs piacularibus, in quodã Germanico Cœnobio, scribente Guillelmo Baldesano in eo libello, quem virtutis stimulum inscripsit.

Guillelmus Baldesanus in stimulo virtutum lib. 1. cap. 23.

Si aduersarius, qui abs rerum capitalium Reis sciscitatur, numquidnam vnquam fuerint meditati, in ea tempora incidisset, an non hunc regem, obsecro, accusasset, qui summus, & negotiosissimus Imperator sineret eiusmodi se commentationibus distineri? Aut nunquid potius ipse rei capitalis compertus fuisset, si ea de re, quam ab hoc Reo quærit, interrogaret? Cæteri Reges, vt erat quisque sanctissimus, ita se totos in hoc Christiano officio defigebant: mirum, & inauditum

219 ditum à Diuo Ludouico proauo tuo, Henrice, vitæ genus à puero institutum; res ab eo summa gentium omnium admirabilitate confectę; exitus ad summum, tanto laudis miraculo gloriosus; quæ qualisúe fuerit eius orandi, agendíque ratio; quæ, & qualis principum reliquorum, qui pietate, ac virtute multum ipsi aliis præstiterunt, satis opinor, apertè per se ipsa loquuntur. Illa quædam ipsorum erant quasi diuerticula, illi recessus, illa veluti subcisiua animorum oblectaméta, quò se in otium, & solitudinem à soliis, turbisque strepentibus conferebant; aut ruri, in regia suburbana domicilia, villásque campestres; aut domi, in abditiora conclauia; quasi, vt ita dicam, ad solis, imbrisque suffugia, ad animum refrigerandum, mentisque debilitatas, agitatione vires humana, reficiédas, vti & expeditius numini deseruirent, & partes diuinitus sibi impositas maiore animo fortiter, excellentérque tuerentur. Non dubito, Henrice, quin tua maiestas plusculas succisiuas horas grauioribus Regni, statusque negotijs suffuretur, ad illa, quæ dixi, solitariæ orationis frequentanda subsidia. Nam Christianissimum te Regem fecit superior diuina Maiestas, atque nulla re magis toto tuo imperio, tua interest, neque quæ pectus regium, atque inuictum decere magis videatur: nam reliqua fluxa sunt, atque volatica; animæ an iactura, an salus æterna habetur.

Diuus Ludouicus.

Diuerticula pietatis.

Mihi verò rem omnem, vti par est, suo pretio æstimanti, ideo Catholica Ecclesia, adeoq; lex diuina videtur suis hominibus certos in commune

Catholica Ecclesia ad subeundas exercitationes spirituales crebro inuitat.

dies aliquot in anno præſtituiſſe, vt pote feſtos, atque Dominicos,quibus, per alias poſthabitas curas, in id officij veluti ſolenne, ac ſanctum incumbere liceret,ſanctiorem in primis hebdomadam veluti receptum Chriſtiani populi generalem ad recogitanda, rememorandaque ſeruatoris patientis auguſta myſteria, ad piaculares ob admiſſa ſcelera ærumnas mulcta ſponte corpori irrogata, ſuſcipiendas; ad exercitationes ſpiritales denique obeundas, quarum ad ſpeciem, & ſimilitudinem nos eam familiarem noſtro ordini tradimus mentis exercitandæ, tractandæque rationem, ijs,qui noſtram, eo in genere, non auerſantur induſtriam. Hæc ſi non nouerat noſter acephalus (quid autem boni nouit?) hominis in- 220
ſcientiſſimi, & ſceleratiſſimi,ac etiam pluſquam infidelis quæſtionem Reo capitali propoſuit, id quod minimè nouerat improbando, quódque ex ſeſe honeſtum potius, & laudabile, & maximè expetendum iudicare debebat,adeò prauè, ac nequiter interpretando: ſin hæc ſciebat, & communẽ hanc clariſſimi ſolis lucẽ,vel per tranſennã aſpexerat, etiam maiorem, & tetriorẽ ignauiam fraudulenti animi patefecit, ijs de induſtria pulcherrimi muneris vituperãdis,&exprobrãdis functionibus,quę ad ſalutẽ animi ſunt inſtitutæ; proinde,atq; maxima potius hominibus, & perduellionũ incitamẽta eſſent,& coniurationũ, valerẽque potiſſimum ad ingenia ſenſim ad aliquid ingens audendum, vt ille ait, impellenda; videlicet,quod alibi exponit,ad principes trucidandos. Quare etiam diuinum meditationum ſacrarium,

infer

infernum,tartareúmque cubiculum appellat:auderetne ipse truculentus Cacodæmon caliginosi Erebi,Stygiorúmque larium inquilinus rem aliquam sacram maliciosius , aut scelestius interpretari , quàm iste Catholicus ingenuus ? atque tartarea prorsus est eius illa calumnia ; quemadmodum alioquin omnium irrisione , & sibilo ludenda oratio, quando in querimonia, Dæmonum simulacra terribilia , & truculenta exprobrat,quasi aliter vspiam pingerentur. Verùm enim templa Catholica nunquam , nec aliquando saltem , è vestibulo aspexerat ? nunquamne diuuum Regni tutelarem Archangelum viderat portentum horribile Cacodęmonis mőstrosa formā draconis,flammam anhelantis in speciem,de-
221 formati , pedibus calcantem ? nunquámne sacras tabellas aduerterat supremi horrendi iudicij, vbi Cacodæmonum formæ conspiciuntur semper horrificæ, vt insita illorum feritas,atque turpitudo prodatur ? vt salutarem mortalibus terrorem incutiant ? qui , cùm illos , vel ipso aspectu , formidabiles intuentur ; si eos aliquid esse credunt, quomodo non dicam ad parricidia concitentur, quod ait scelestus , qui eos laruas fortasse poëticas esse suspicatur ; sed non ab omni macula tenuissimi peccati deterreantur ? Qua verò alia forma , & figura , aut statura pingi eos , adumbraríque sibi postulat ? An existimat iste Cacodæmonas non tota effigie horriferos depingi oportere ? sed quasi amatores venustulos?cincinnatos ? calamistrata coma ? compta barbula?omni pigmentorum genere delibutos ? madentibus,

Tartarea aduersarii,furiisque calumnia.

Conquestio ridicula.

Pictura dæmonum.

fragran

fragrantibusque, veluti ex antiqua Seplasia, aut taberna aliqua vnguentaria, cincinnorum fimbrijs? fluentibus, cerussatisque buccis dignis Capuâ? crepidatos, an manicatos? corollis languidulis redimitos? an pinnula albicula pennigero capite petasatos? braccis districtis ad vnguem, affabrè teretes, atque tornatos? moscho, & rosa, aut myrto pensilium, ad instar hortorum farcitos? Deniq; nō cacodæmonas, sed Græculos voluptarios? quosnam, inquam, esse Erebi accolas alios malit Acephalus? hos quos modò diximus? an alios, quando illos tamen horridos aspernatur? An fortè etiam mallet in causidici alicuius effigiem, ac similitudinem coloribus suis, penicillo suo, descriptos videre? alicuius pręsertim in musæo depicti declamatoris frementis, frendentis, rudentis, spumantis, furringētis? INGENVAM ET VERAM DECLAMATIONEM aliquam calumniatrice, infesta, & inuisa superis sepia, falsario calamo describentis? Quæ tametsi pictura propius, quàm illa lasciua ad diaboli, hoc est calumniatoris formam accederet; tamen si conuenienter suis quæque sunt colorāda pigmentis, cur Dæmonas igitur, non Dæmonis truculenti specie delineatos, suis familiaribus lineamentis obscœnè, quando, & ipsi obscœnissimi sunt, exprimamus? Atque illi, illi sunt mali, & maledici, & malefici Genij, qui voluntaria piaculari afflictione miserorum hominum se se labore, & cruciatu corporis, animique ab admissis sceleribus vindicantium miserabiliter discruciantur, cùm eos æternis mactandos incendijs susceperint.

rint. Sicut è contrario beatiſſimæ illæ mentes,
numinis adminiſtræ, mirè illa meliori animorum
reſipiſcentium fruge, atque indole delectantur.
Illi, inquã, illi ſunt, qui ſubornatis ſycophantis ad
pectus exſufflãt; qui linguæ quaſi camino attem-
peratam, expolitamq; aciẽ latenter exacuunt ob-
trectatoribus, vt meditationum cubiculum ma-
ledictis inceſſant, vt oderint, excedant, mordeant,
proſcindant, lanient conuicijs, & ſceleratis ve-
222 xationibus eam animorum, atque virtutis tracta-
tionem, quam adiumentum importare conſpi-
ciunt incredibile, ad homines ſibi ipſis, ſaniori-
buſque conſilijs reſtituendos; ad omnem abhor-
rendum, & refugiendum peccatum; ad animum
cœleſti quodam ſatu editum, omni virtutum
pulchritudine, complendum. Enimuero, ecce
tibi aliquando quod ille dicebat meditationum
cubiculum arcanum; quæ me adegit, Henrice, ad-
uerſarij petulantia pluribus dicere, quo tuam
maieſtatem, omnéſque mortales, pro recta ani-
mi conſcientia, ac probitate, æquos periclitan-
ti virtuti futuros, non modò ab omni ſuſpicione
fraudis, ſi qua inerat, liberarem, ſed de tota,
atque germana ratione exercitationũ ſpiritalium
perdocerem: ſtatuerémque antè oculos quanto
impetu mentis, quanta commotione, & conci-
tatione furoris, illi noſtri nominis hoſtes in So-
cietatis quámuis diuinas functiones incurrant, vt
inde venenum hauriant, vnde ſuauem mellis li-
quorem carpere debuerunt: quanta ſuper hæc
audacia, ſacra, profanáque omnia derideant,
violent, peruertant, dum egregia tartaro opera

nauata

nauata, non solùm pulchrum, ac formosum Dæmonem esse volunt, sed dominum, sed oppressorem, sed vexatorem impune pereuntium animarum.

CAPVT XLI.

Societas nostra Castelli Rei testimonio crimine liberatur.

PERGE modò vrgere, torquere Reum, tortor ingenue; habe accuratam, quid tum? de perduelle mortuo quæstionem: preme digitos eius consepulti cadaueris manibus; distende distracta iam in ventos miseri membra: loquentur; perge tamen porro: aliquid tuo marte, quod vsui tibi sit futurum, exprimere poteris. Mentiri iam tibi nec turpe, nec nouum; aude aliquid amplius ex illa beata quæstione depromere. ROGATVS NVM *Regem occidere fuisset ab aliquo persuasus.* DIXIT *pluribus in locis audiuisse pro vero, ac certo effato habendum esse, Regem interficere licere, ab iisque Tyrannum vocari solere, qui hoc dicerent.* O Ingenue, quid facis? ipse tute te prodis. Iam incipis videri inuitò ingenuus: & magnas grates tibi agimus, summe sol Deus, qui veritatem è tenebris eruisti: qui huic infœlicissimo corpori manum tenuisti, ne conficeret, quod licere dicebat: grates, ac laudes tibi immensas, prouidentissime Deus, qui linguam eidem deuinxisti, ne aliquid contra conscientiam effaretur, sed verbis hisce potius perillustre redderet testimonium pro nostra salute, vt ab innocentia quæsitum crimen auerteret: quod nos tuis auspicijs, tuáque diuina prouidentia euenisse, & gratissimo animo memoramus, & tota deinceps agnoscet, prædicabitque posteritas. Negat suo illo, tormentis nunquam labefactato silentio, se à nobis fuisse

Non ergo Iesuitæ persuaserunt.

ad

ad tetrum, atque deteſtabile facinus vel conſilio, vel authoritate cõpulſum: dicit accepiſſe ſe pluribus in locis Regem interficere licere. Loca igitur illa longe alia à noſtris eſſe debebant: noſtra enim importunè rogatus expreſsiſſet; expreſsitque fortaſsis ex vſu noſtro, ſed eum vſum nobis
223 iſte Quæſitor illo ſuo falſario calamiſtro concluſum oppreſsit. Neque etiam illud à Ieſuitis audiuit effatum; vel ab illis Tyrannum Regem nominari. Id enim omne diſertè, & preſsè interrogatus haud dubiè deſignaſſet. Sed iam vide hominis ingenuitatem admirabilem ROGATVS, NVM *ſermo de Rege cædendo familiaris eſſet Ieſuitis:* DIXIT *audiuiſſe ſe Regem interficere licere; nondum eſſe è Catholica Eccleſia: non illi obtemperandum eſſe: non pro Rege habendum, quoadúſque fuiſſet à ſummo Pontifice approbatus.* Parúmne videtur apertè nos ab omni culpa hic infortunatus Reus vindicare? Nónne aſpicis ex vno ore eadem ſemper integritatis manare ſibi conſentanea teſtimonia? interrogatio multa petebat; & latum Reo campum aperiebat, ſi in eum ſe aut vellet, aut poſſet immittere: ſed ea, quæ iſti ſubdolè premunt, & vrgent, magis exerit, eluitque illius ſæpius iterata reſponſio. Negat à noſtris ea verba fuiſſe cõmuniter vſurpata. Hoc tãtum dicit ſe multis locis inaudiuiſſe. vbi? non ait. in noſtro collegio? non frequentabat; A quo? neminem nominauit. A ſuperioribus, vel à magiſtris? hoc verò pernegat, dum nõ affirmat. remouet, dum reticet; eluit, dum improbat. Deus immortalis! quid eſſe poteſt hac tota quæſtione, hac tota reſponſione preclarius? forſitan foris in cir

Hæc ab aduerſario de induſtria conficta ſunt, quæ à Ieſuitis tamen crimen auertunt.

circulis nonnihil ab aliquo lasciuiente iuuene commilitone iocułariter inaudiuerat, Rectore nihil neque sciente, neque audiente, neque probante; inscio magistro, custode remoto. Cũ enim Rector, hoc non diceret, non teneret, nihilo magis ab alijs dici volebat: ac si vsitata tum linguæ intemperãtia, hoc aliquis dixisset, nihil mirum foret, eo perditissimo, profligatissimo, licentiosissimo tempore, quando id multis locis impunè iactabatur; quando nihil iam omnibus non licebat; quando non freno, non iudicio, non ratione, non consilio abreptorum generali impetu hominum ora regebantur, nec iam audiebat currus habenas. Atq; hoc loco tua, si placet, Maiestas hoc notabit, obsecro, semper ab isto frugi ingenuo, tota argumentatione, pro responsis accipi interrogata, & summa desperatione conclamatę conscientiæ affirmari verba illa sanguinaria, de Rege cædendo, in familiari vsu Iesuitarum posita fuisse. Perge, perge autem sanè quęrere, macte animo, rẽ nostrã agis, te locauimus; persoluemus.

Summa interrogationis. ROGATVS *iterum in primario primariorum conscriptorum patrum auditorio, classe primaria quatuoruiris curiæ, & alijs classium, consilijque principibus, tum* La Tournelle. *quæsitorij quæstionum capitalium Tholi iudicibus coactis,* HÆC IPSA RESPONSA *iterauit, ac disertè proposuit, tuendóque nominatim præ se tulit illud axioma de Regibus necandis, sigillatim etiam de Rege superstite, qui, vt aiebat, in Ecclesia non censebatur, eo quod minimè probatus esset summo Pontifici.* Imo equidem habemus tibi gratiam, hærebamus enim in crimine, nisi tu nos expediuisses. Atque ista responsione

sione hoc tamen intelligi, scelerate, vis, id à nobis pronunciatū esse profectum. Nō fuit. neque hoc à nobis vnquam hoc miserum cadauer discere potuit, quod mori nostro, quod rationi, quod ipsi Deo, Deique legibus aduersatur. Neque ego vnquam fuisse, præter te, gregalesque tuos, tale hominis monstrum in terris vllum puto, tam ex inflammatis, contrarijsque in Religiosum vllum ordinem feralis naturæ studijs, cupiditatibusque conflatum, qui hoc se à nobis audiuisse, tantæ que impietatis assertionem nostris in libris legisse se dicere auderet. Imo verò, Henrice, obcæcatus amentia aduersarius Regum Majestati vna ex parte insignem facit iniuriam, promulgando in ea nos esse sententia, eámque Castellum à nobis hausisse disciplinam: nam si, vt ipse sæpius fatetur, aliquem numerum in summis Theologis habemus, profectò illi sceleratæ sententiæ vim, & authoritatem conciliat, dum maximorū Theologorum scholæ, quos ille nos numerat, eam ascribit. Aliunde, contrà se ipse apertè repugnat, dum alibi affirmat, quod ego monui, eos veritati contradicere, qui dicant nos iugulandorum Regum authores esse, aut consultores. Ita illa responsio, vti & vniuersa interrogatio ad nostram defensionem redundauit; ac tam luculēter equidem, vt Catechista, in illo suo inexpiabili aduersum nos odio, eam veritati vocem inuitus emittere sit coactus. *Nam equidem*, inquit, *video, ab hoc misero inconsultissimo Reo speciatim vestrum neminem designari, à quo damnatam hanc, dirámque doctrinam hausisset: non tamen parcere vestro vniuerso ordini.*

Pag. 25.

Auctor Catechismi fol. 194.

Aduersariis fatētibus, Castellus omnes societatis singulares homines, ab omni suspicione criminis liberauit.

Rectè equidem, prior illa sumptio vera est, & germana veritati commodata confessio, quæ nobiscum facit. Illata verò contra nos illa correctio frustra, & praua, & nequam est, eiusque in locum ea sufficienda. Ille inconsideratissimus, & temerarius singulis parcit societatis hominibus; ergo ordini quoque parcit vniuerso, qui è singulis conflatus, & compositus habetur: nam & facilius est peccare singularem vnum quemque hominem, quàm totum cœtum; ac certè quidem si particulatim nemo culpatur, multò etiam minus culpari vniuersè, aut promiscuè omnis ordo debebit. Si integra, & sana membra sunt 226
singula, ægrum corpus esse totum quomodo potest? Quis vates, aut quis somnians peius coniecit, aut insaniit vnquam, quàm, vt ita concluderet? Iterum quandoquidem in illis singulis Ioannes Gueretus huius damnati Rei præceptor, omnium nostrûm nocentissimus existimatus, in quem vnum tota facti suspicio commouebatur, discipuli dicto, & silentio à culpa luculenter eximitur; quemadmodùm quæso te, in culpa esse potuit tota societatis communitas, quæ non nisi præceptoris causa, quadam suspicione præiudicata, nocens, ac Rea esse putabatur? Tum denique quoniam is ipse magister sontis discipuli in quæstionem abreptus, & toto corpore cruciatus, post illam alteram de auditore Reo habitam legibus quæstionem, tamen est omnibus curiæ vniuersæ sententijs absolutus: annon, etiã est ordo vniuersus impositi criminis eodem consentientissimæ Curiæ iudicio, ac diuinæ in-

Ergo etiam vniuersam societatē absoluit.

Totius curiæ sententiis, & ipsius Castelli testimonio prorsus absoluitur Ioānes Gueretus Castelli præceptor.

ſtinctu prouidentiæ liberatus? Quid hoc homi-
ne facias, qui claro Solis ſydere illuſceſcente cõ-
munem hunc diem inficiari non veretur? Atqui
eadem illa tutelaris prouidentia ad patrocinium
innocentiæ per alias quaſdam publicas, nota-
túque digniſſimas actiones, eo legibus compa-
ratas, vt de cauſæ ſumma clarius liqueret, propi-
tiam ſe nobis, atque præſentem exhibuit. vna
ipſa hora, poſtquam ille nefarius cruentam, ac
funeſtam manum extulerat, nobis rerum om-
nium, tota iam Pariſienſi ciuitate, peruagatarum Collegiũ Pariſiẽſe excuſſum, atq; obſeſſum.
penitus ignaris, ventum in noſtrum collegium
eſt, nocte concubia, fere ſub nonam: omnium
oſtiorum claues præoccupantur; noſtrorum, qui
tum aderant, catalogus poſcitur. Datur; citantur,
conueniunt: vocantur, reſpondent. omnes reco-
gnoſcuntur; ſinguli nominatim ex catalogo, tri-
bus exceptis, qui ægro corpore detinebantur in
227 lectulo. Aderant Præpoſitus prouincialis Cle-
mens Puteanus; Collegij Rector Alexãder Geor-
gius; conuictorum præfectus Matthæus Doiſia-
tius. Cubicula exin obſerantur, obſignantur: do-
mus tota cuſtodiis obſidetur; varijs cohortes in
locis collocantur. Ipſa cubicula poſtmodum à
quibuſdam, è primanorum decuria principis au-
ditorij, excutiuntur. Patris prouincialis muſæum
Seruinus generalis tuæ Majeſtatis aduocatus ex-
plorandum, perſcrutandumque depopoſcerat.
Secundum hæc noſtri diſtribuuntur in varia di-
ſtracti; ſtatuitur vbi quemque ſiſtere, quoquum-
que migrare placeret. Delecti ſunt quos domi
retinuerent. In his intactus, & incolumis pro-

uincialis Puteanus. Selecti quos in custodiam, & in vincula cōpingerēt. Ex quibus Collegij Rector vinciendus adstrictissimo carceri reseruatur. Alij aliquot in custodias haud multò mitiores dati: misera, ac fœda imprimis rerum facies, an noctis, an vinculorum horroribus cuncta horrescunt: præcipuè, ac super omnia Ioannis Guereti susdéque euertitur, exploratúrque cubiculum: sunt inter hæc, qui fleant, tot, tantos, tam inexpectatos nostros casus; sunt vicissim, qui illis, nostraque trepidatione pascātur, saginentúrque. Tandem soluuntur omnes ad vnum; & patrum cōscriptorum vrna copiosè iudicio absoluuntur, & crimine, excepto Guignardo professore Theologo, ob scripta nescio quæ in eius pluteo inuenta, quibus illa de Tyranno disputatio versabatur Diuo Aquinati, cæterisque Catholicæ scholæ Theologis vulgaris, & trita; quam etiam ille nunquam ediderat. De facto Castelli in eius causa

Præpositi societatis, qui Parisiis erāt, omnes absoluuntur.

tacetur penitus. mētio nulla: ne γρῦ quidem; quæ omnia citius fere sunt confecta, quàm dixi. Ecce tibi igitur nostros omnes Curię iudicio Castellani parricidij absolutos: atq; in ijs tres Præpositos familiæ principes. Etiam accepimus Seruinum Aduocatum Prouinciali Puteano egregium testimonium impartiuisse, cùm diceret, si omnes nostri se perinde, ac ille in officio continuissent, futurum fuisse, vt haud paulo nobiscum melius 228

Locupletissimi testes nostrorū innocentiæ.

ageretur. Rursus cùm in Curia sermo de Alexandro Georgio, qui habebatur in vinculis, incidisset, è primarijs patribus conscriptis, in publico conuentu, vnus ingenuè est contestatus illum summa

ſumma ſe ſemper moderatione,ſpectatáque prudentia geſſiſſe:quod nec fruſtra dictum, nec temere exceptum fuit:nulla nec mulcta, nec nota, iudicio eſt,& carcere emiſſus incolumis.

Si cùm tota ciuitas repentino tumultu,ſocietas incredibili inuidia,Reus ipſevindicibus flammis arderet; qui præſentes è noſtris aderant Pariſijs,ſi illius etiam infelicis Rei magiſter, ſi ipſi Prępoſiti,patresque primarij,re integra, iudiciorum pœna ſunt, & ſuſpicione criminis liberati: quanto magis eos, qui aberant,ſua integritas,innocentiáque purgauit? Quid peccauerant noſtri Rotomagenſes, Bituricenſes, Niuernenſes, Billomenſes,Lugdunenſes, Diuionenſes, & reliqui tota Gallia latè diffuſi, qui ne leuem quidem eius rei auram,vel ſuſpiciunculam ſubodorari potuerant? nec quicquam eiuſmodi, quod vel eò tantillum accederet,cogitare?Ac ſi membra omnia, ſi capita,ſi qui aderant, ſi qui aberant, ad vnum omnes integri,ſanctique à ſcelere,iudicio Curiæ ſunt iudicati: quamobrem huius ſocietatis corpus vniuerſum culpa hac ipſa, inuidiaque tenebitur, quod inſatiabili contentione flagitant aduerſarij?Imò verò, ſi ingens ille Reus immaniſſimi ſceleris Architectus deprehenſus, compertus,conuictus, condemnatus, ne tantillum quidem ſe mouere contra nos poteſt: ijſdemque potius corporis cruciamentis, quæ in nos illum exſtimulant, à nobis ſtare, inſontes intermortua voce defendere, nos omni crimine abſoluere admonetur; quam cauſam, quod ius, quod exemplum habebit inuiſa calumnia, vt dicat, vt ite-

Totam ſocietatē a Caſtelli crimine eſſe omni pationum ponderc immunē

ret,quod dicit, quod ſexcenties iterat deteſtabi- 229
lis conuiciator, nos ad cuncta flexibiles animos
tenerioris ætatulæ,quaſi veneficijs,atque cantio-
nibus circunuentos furioſæ doctrinæ quibuſ-
dam præſtigijs rapere ad ſuos principes confi-
ciendos?vbi vbi eſt,quænã ea eſt,cuius argumen-
ti eſt illa doctrina? aut vbi potius eſt mens huius
hominis? qui ſi aliquando eſt compos ſui, fateri
ſolet nos nec ſuaſores eſſe, nec authores princi-
Pag.25. pum mactandorum?Quam rationem cæteri ho-
ſtes ipſum ſentiendi, aut ſuſpicandi, non dico
affirmandi,nacti erunt?

CAPVT XLII.
Interrogatio, ac reſponſio Catechiſtæ.

HIC PORRO ſi mentis eſſet ſuæ Cate-
chiſta, ac niſi pœnas ſuperis eas, quæ gra-
uiſſimæ ſunt,furore, atque inſania penderet; aut
niſi eius ingenium peregrinaretur, auſus eſſet
quærere, *cur ex tot cæteris collegijs nullus Caſtellus
tam tetrum facinus eſſet aggreſſus?* & ſibi ipſe reſpō-
dere, *quòd in vno noſtro Collegio Pariſienſi nulla alia
diſciplina, niſi de confodiendis Regibus traderetur?* O
acutum hominem! ſi aliud apud nos nihil doce-
batur,cur plures Caſtelli non reperti?ſi nihil mi-
nus, cur vel vnus inuentus? Rem inauditam,
Henrice! vnum duntaxat, qui hanc diſciplinam
addiſceret, extitiſſe: imo quòd vnus inſanus
emerſit, cùm cæteri ſaperent,id manifeſto argu-
mento eſt aliud noſtros vnquam nihil præter
ſapientiam, atque virtutem eſſe profeſſos. Quæ
verò huius deſperati ſenis ratiocinatio eſt? faci-
noroſus vnus auditor ex pluribus centurijs exti-
tit.Igitur ſchola vniuerſa corrupta, & ſcelerata.
Si,quo tempore Chriſtus,poſtquam communem
omnium

omnium nostrûm humanitatem induisset, à proditore transfuga Iuda hostibus prodebatur, iste Rabula liberalis in aliquo numero in maxima Curia Prætoria aduocatus Pilato fuisset; nunquid hac eadem logica confecisset reliqua Iudæorum gymnasia optimè de cætero docuisse? IESV verò seruatoris salutarem scholam nulla alia, nisi
230 prodendi præcepta dedisse? Cur? quia caro illa putidissima Dominū prodidisset. O fatuū senem! ex vno discipulo nequam damnare vniuersam exedram oportebit? Ex vno Luthero omnem Religiosum Augustinianum ordinem improbare? Ex vno Caluino cuncta sodalitia, Collegiaque canonica æstimare? Proh Deum immortalem! quid dicerent, fremerent, facerent aduersarij? Si ille infelix, atque infortunatus adolescens in eam tandem optatissimā vocem erupisset, se à Iesuitis persuasum fuisse? Si tum re ipsa noster auditor extitisset? si recens è nostris gymnasijs prodijsset? Si porro è Iesuitarū numero fuisset, quod innocentibus nobis omnibus fieri facilè potuisset, quò deuenissemus? quam ad fortunam prolapsi essemus? Quò reseruaremur? Quid in nobis consilij? quid spei? quíd rei reliquum haberemus? Quæ pestes? quæ cruces? quæ supplicia ad nos perdendos, exinaniendosque suppeterent? Qui libelli? qui indices? quæ Menippææ? quæ Nymphæ? qui Panisci ad nostram famam concerpendam, ac dilacerandam satis essent? Qui Mioparones? quæ Celoces? quæ triremes? quæ onerariæ? quæ flumina? qui fluctus? quæ maria? qui venti? quæ procellæ? qui turbines, qui scopuli? quæ saxa

ſufficerent? ad nos deportandos? exterminandos? obruendos? ſuffocandos? dilaniandos? ſepeliendos? Cùm ille furioſus, & amens, buſtum patriæ, fax, furia, flamma Franciæ, octo ante menſibus à noſtra diſciplina egreſſus; à noſtro conuictu, congreſſúque iam alienus, nihil quod nos læderet omnino confeſſus, ſemper, & conſtanter in illa, quam ſuis factis meruerat, carnificina, ſolenni noſtræ integritatis, & fidei alleuamento, tot modis, tot circunſtantijs, tot iterationibus inficiatus, tamen loqui, mentiri, atque viuere poſt fata compellitur? & quaſi iſti Deo viribus, & authoritate præſtarent, illi extorquetur ex faucibus, quod Deus ipſe eruere non potuit? mugitu nemora, fremitu oppida, clamore, & horrore ſolum, ac cœlum, accuſationum, conuiciorumque ſuorum vociferatione percellunt? Quid tum tentaſſet? quid auſus eſſet, Rabula deteſtandus? qui modo ad ſingulos apices ſubinde prorumpens, eruptiones facit furoris, & fellis, & flammæ immanitate teterrimas? Quid ille non ſolùm nobilis, ſed etiam notus, & famoſus Atellanus hiſtrio? formoſus alter, belluſque Roſcius? nec minus lippis, quàm ille, & prauis oculis? Ille, dico, Ieſuitarum Catechiſta ſcripſiſſet, qui res fictas, qui laruas, qui ſomnia, qui ſtupendas imagines, qui mimos, qui feſcenninos, bipedes, quadrupedes, pappoſilenos in ſcenam immittit, vt facere, ac reficere, interpolare factam, infectam hanc forenſem actionem queat omnium iam tyronum ſubſelliariorum manibus ventilatam? qui nunc antiquo 231

Dignæ Catechiſtæ fictiones.

Hercule admirabiliter beatior, Orpheoque plantarum, & lapidum concitatore mirifico formosior gradientes, ac loquentes inducit silices, statuas, columnas, nemora, & marmora respondentia, Petrocunerios Parisienses, Paschinos, & marforiones Romanos declamitantes, aliasque id genus è sui occipitis opificina conflatas, procreatásq; res ad nouam, atque inusitatam accusationem, insolenti, & inaudito hactenus apparatu, exaggerandam? ô Præclarum inuentum! hoc homine, hoc sene, hoc capite, hac ætate, hac scientia, hac conscientia, hoc Regni, Regumque defensore dignissimum.

CAPVT XLIII. Calumnia de facto Parrij refutata.

ACCVSATORES, qui satis intelligerent suis in Gallia intentis, & inuentis machinis, atque fallacijs, nihil omnino amplius homines permoueri; vel quòd in bonam lucem datæ modò sint; vel quòd tanquam leuia quædam vina nihil valeant in aquâ: deliberarunt alia noua sicunde possent figmenta conquirere, quibus illa priora obsoleta iam, & pannosa firmarent. Comportarunt ex finitimis regionibus terra, marique, quò mentiri liceret impunius, fallaciora, vtique, atque leuiora domesticis: de quo genere sunt illa, quæ iam millies à duobus hisce Castoribus in Orchestram allata apparuere per pulpita, de Parrio Anglo, quem nostrorum consilio persuasum affirmant, vt Angliæ Reginam occideret. *Pag. 32. Catechista fol. 211.*

232 Huic aduentitio, longinquo, ac transmarino mendacio iam fuerat antè responsum: verùm contempto potius, quàm disquisito crimine obiecto; vt ad alia pleraque non pauca, quòd ne-

quidem vllo probabilitatis colore niteretur. Illi, quibus insitum iam est, atque inueteratum omnia in deteriorem partem trahere, nostrum arripuere silentium; exultant nostra taciturnitate: eam pro confessione legitima criminis efferunt. Aiunt hæsisse, subterfugisse, respondere nos minimè potuisse. Ego, vt illis, si fieri aliquando potest, fauces obstruam; iam quando volunt, disertè respondeo. Nego quicquam commercij nostris cum facto Parriano fuisse. Quomodo rationem dicti sui probabunt? Namque suarum partium probatio est, nobis prorsus affatim sufficit inficiatio. Aiunt à nobis Parrium persuasum. Negamus. Quomodo efficiunt persuasisse? Aiunt: præterea nihil; & quidem tanta ipsi etiam inter se varietate dissentiūt, vt liquidò appareat mētiri illos, imo ne rectè mentiri quidē potuisse: nā vna est, & simplex, conueniens, æquabilisq; ratio veritatis: scribunt alij id fuisse Venetiis à Benedicto Palmio Iesuita tentatum. Quidam Lugduni à Iesuitis: nonnulli ab Annibale Codreto Iesuita, nulla loci adhibita mentione: pleriq; totā Societatem complectuntur; nam si superis placet, etiam Iapones nostri, qui in extrema mundi plaga degunt, & qui in Brasilia ad Margaiates, aut qui ad Taprobanam in infimo Erythræo de virgine Anglicana mactanda consultarunt. Hoc ampliuagus Catechista, hoc etiam Rabula acephalus imponere populo, atque illis artibus non oratores modò, sed Regni tutores videri voluerunt. Pontificatui fœmineo Anglicano, aut illi virgini, aut Hugonotæ Puritanæ nationi hoc Catholicorum

Mendacium semper variū, & mutabile: veritatis vna est æquabilisque ratio.

par,

par amicum admodum, ac fidum eſſe oportet. Catechiſtam in primis, qui duodecim paginis, pro illa diſceptanda quæſtione, deſudat: qui ſi
233 certi, atque veri aliquid ex Anglia afferebant ſi fidem ſibi habitum iri fore ſperabant, aut cupiebant; debebant, quòd minimè fecerunt,aſſertionis ſuæ bonos, & probos authores adducere:neque enim adeo ſunt beati, aut formoſi, neque oportet eos, vel tantùm cauſæ fidere, aut tantùm ſibi ipſis arrogare, vt homunculorum dictis, perinde,atque oraculorum effatis credere debeamus: præſertim poſtquam toties publicæ,& confeſſæ falſitatis conuicti, compertique fuerunt: iamque non aduocati, ſed mendaciorum venalitij quiſquiliarij vulgò habeantur: ſunt enim iſta maledicta peruulgata in omnes:iamque ea tanta fallendi, tanta criminādi licentia,iſtis,etiam cùm vera loqui volunt, fides derogatur. *Sed aliud eſt maledicere*, inquit ille, *aliud accuſare: accuſatio crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento prebet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſitum, præter contumeliam*: Quæ ſi petulantius iactatu conuicium eſt,vt in Rabula ingenuo: ſi inſulſius, ſtultitia appellatur, vt in Catechiſta. Quos igitur authores afferunt? nominare non audent; tanti ſunt; tanta fama, tanta fide homines vel ipſorum iudicio habentur. Caluiniſtæ ij ſunt, qui illis è ſacculo accaſationum capita ſubminiſtrarunt.ô authores eximios! ô egregios cauſarum extiſpices, controuerſiarumque ſequeſtros! quis riſum teneat,cùm Aruſpicem viderit? quis Caluiniſtæ homini fidem tribuat;præ-

ſertim

ſertim aduerſus Ieſuitas dicenti?ſcribenti? teſtan-
ti? verumtamen, ſit illis, per me, fides; credatur
tamen illis de hoc capite; cupio videri hodie li-
beralis, & credulus: admitto infeſtiſſimorum
Societatis hoſtium teſtimonium: non recuſo, non
abnuo inimicos; obſecróq; te, Rex magne Hen-
rice, vt illos audias, imò, vt ne contra nos illis
credulitatem, hac vice recuſes; videbis acerbiſſi-
mos, certiſſimóſque Ieſuitarum, & veritatis, &
religionis Catholicæ hoſtes magis ingenuos, ac
veridicos, in hac Anglicana hiſtoria extitiſſe,
quàm ingenuum, & veracem hunc ſcilicet orato-
rem, aut Catechiſtam: illi debitam virtuti lau-
dem, confeſſionémque veritati dederūt, abſquè
mendacio; cùm iſti, è contrario, non ſatis ma-
gnificè mentiri ſibi videantur, ſi terra tantùm,
non autem mari etiam mentiantur, totiuſ-
que facti, ac mali inuidiam, contra perſpicuam
omnibus veritatem, in nos perfricta fronte con-
ferant. Ecce tibi Hugonotorum firmiſſima ſine
fuco, & vehementiſſima teſtimonia. Iterum cùm
de Parrio Reo, & capto quæſtio haberetur, ille-
que ex vinculis cauſam in turri Londinienſi di-
ceret, haud dubio numinis conſilio, & proui- 234
dentia Guillelmus Crittonus Scotus Ieſuita, qui-
Guilielmi Crittoni Ieſuitę factum notatu digniſſimum.
cum hic Parrius, antè, conſilia Lugduni cōtulerat,
eodē in Londiniano vinctus, cōſtrictúsq; aſſerua-
batur, non multò antea, dum in Scotiam iter ha-
beret, ex itinere captus ab Oſtendenſibus, tranſ-
miſſusq; iuſſu, Duumuiri Claſſiarij Thalaſſiarchi
ſtatuum ad Reginam fuerát; cui tā gratum, acce-
ptumq; id muneris accidit, vt præter alia, prędam

cate

catena aurea remunerauit. Porro mihi hoc ſingillatim factum ipſimet, qui aderant, quando Crittonus comprehenſus eſt, expoſuerunt. Inter hos Iacobus Gordonus è noſtra Societate Theologus pariter, Marchionis Hunclienſis auunculus, qui in Scotiam vna cum Crittono proficiſcebatur. Tum aliquando Regina memor vincli Crittoni, ab Reo Parrio, an Guillelmum Crittonum Scotum nouiſſet, quæri imperat, vt ille annuit, etiamque adiunxit hunc ipſum fuiſſe, qui meditatum ſcelus antea ſibi diſſuadere, cùm cum ea de re Lugduni conſuleret, conatus eſſet: obſtupefacta mulier, Crittoni purgatione, primùm hæſit, tum quo melius res tota conſtaret, Franciſco Vualſingano Amanuenſi ſuo mandat, Crittonum adeat; illum de Parrio ſciſcitetur; nihil ne ſecum in Gallia, aut alicubi, hac de re to- Iacobus Gordonus.
235 ta contuliſſet: fecit quod fuerat iuſſus Vualſinganus; Crittonum conuenit, ex eo percontatur de Parriana coniuratione aliquidne ſenſiſſet, inaudiſſetque aliquando; enimuero id maximè Reginam habere in votis intelligere. Crittonus, qui in promptu memoriam hominis haud ſatis haberet, quippe nec ſibi noti anteà, nec pridem viſi, negat ſe ea de re admodum recordari; nec plura cunctatus Vualſinganus abſceſſit. Crittonus interea, pertractato ſecum accuratiùs, expenſóque negotio, cùm in memoriam totius rei geſtæ rediiſſet, ad eum vltro hic adſcriptam epiſtolam dedit, quam à Caluiniſtis authoribus ſcriptam, editámque deſcripſimus.

VIR CLARISSIME, *ab te rogatus nuper, an Guillelmus*

Guillelmi Crittoni literæ ad Franciſcum Vualſinganum datæ 20. Febr. 1584.

lelmus Parrius conſilium ex me petiiſſet, Liceretne Reginam occidere, nihil tum occurebat equidem, quod reſponderem. Poſtea in otio, re perpenſa magis, redij in memoriam quid, & quo pacto mecum ille egiſſet. venerunt etiam in mentem mihi argumenta quædam de multis, quæ ille, quantum memoria aſſequi potui, vſurpabat: nam cum ſe callidè ad me inſinuaſſet, ne malitioſè dicam, à nulla magis cogitatione tũ aberam, quàm ab ea nõ modo, quàm ille verſabat animo, ſed quacumq; eius generis excogitari poteſt. ergo demõſtraui ea homini optima fide, quæ cõſcientia iuberet, pro ea quæ mihi ſuppetebat cognitionis copia, & ingenij: ſed ille, poſtquam 236
ſemel, atq; iterum ante reſponderam. OMNINO NON LICERE, *reuertit pridie eius diei, quo die benè manè Cãberium Allobrogum mihi iter inſtabat & certum, & perneceſſarium: nam eò tum ego in collegio domicilium collocaueram: ſubduximus nos, vt fit, parumper ex area in vicinã ſcholam; ille quæſtionẽ eandẽ iterato propoſuit, ſimul rationes aliquot, & argumenta, in eam ſententiam attulit: vtilitatem primùm ſuſcepti negotij, quod videretur, præter Catholicorum miſerè oppreſſorum ſalutem, & libertatem, etiam è re Chriſtiana maximè futurum. Ad hæc ego, diuinã nos dixi ſcriptura doceri* NON FACIENDA ESSE MALA, VT VENIANT BONA. *quare ne minimum quidem de malis maximi boni cauſa eligendum videri: inſtabat haud eſſe in malis numerandũ, quod tanti boni initium tam ingẽtis mali exitum allaturum eſſet: tum illi ego ſimul oſtendi non omnia eſſe promiſcuè bona faciẽda, ſed quod* BENE, ET LEGITIME *tantum fieri poſſet: Deum enim aduerbia, quæ vocant, magis amare, quàm nomina, quòd in rebus agendis potiùs eum illa delectant* BENE ET LEGITI-

ME

ME,*quàm legitimum, ac bonum:vſque adeo, vt bonum*
efficere ſit nefas vllum, id niſi BENE ET LEGITIME
fiat;id autem hoc loco fieri non poſſe. Atqui quampluri-
mi, inquit,*præcellentes viri in ea ſunt ſententia* LICE-
RE:*illi, inquam ego,ſi qui ſunt,fortè hoc putāt,pro ſalu-*
te multorum corpori, atque animo paranda, ferri poſſe,
vt priuatus quiſquam ſe ſe in diſcrimen offerat,re omni
occultiori diuinæ prouidētiæ integra relicta:aut fortaſſe,
inquā,magis ex ſuorum miſerè pereuntiū Catholicorum
cōmiſeratione adducuntur, quàm vlla ſolida doctrina,
quàm ex libris ſuis nanciſcantur: priuato enim id mi-
nimè licere, in confeſſo eſt, niſi aliquo ſingulari numi-
238 *nis inſtinctu permoueatur; id quod noſtrum ingenium,*
noſtrámque cognitionem admodum tranſcendit. Ad
eum modum haud quaquam voti compotem hominem
à me diuelli. Vale ex meo miſero Londiniano,10. Cal.
Martias ab orbe reſtituto, ann.1584.

Tibi addictiſſimus ſeruus in
Chriſto
Guillelmus Crittonus captiuus.

Elizabeta eius epiſtolæ percepta ſententia, itâne, inquit?ergône iactatur in vulgus me à Ieſuitis in Anglia ad necem peti, cū me hic Ieſuita tueatur in Francia?nec fruſtra, dictū, acceptumue. iuſſit extemplo educi è cuſtodia, vinculiſque leuari Crittonum,quodque ſedulo accipiendum eſt, eius literas promulgari oppidò Regina imperauit; non tam eius cauſa, cuius vitam ſupplicio eripuiſſet, quā ſua, vt populo exploratum redderet,hoc non profiteri Ieſuitas; Reginę

impune

impunè interfici litere. Ecce quomodo Crittonus turrim, & furcam Londinienſem euaſit: qui, niſi hoc ita commode accidiſſet, non viueret modò Dominicæ vineæ cultor egregius, qui ſoſpes, ac viuus, hæc ſcribente me, degit Auenione in noſtro collegio: nos totã rei geſtæ ſeriem hac cõſignatam defenſione illi recognoſcendam oſtendimus: cuius ille narrationis veritatem, ac fidem ſuo iterum præſentiſſimo teſtimonio comprobauit: quod etiam ſtudioſius præſtitimus, quo aduerſariorum tranſmarina emporia, quaſi digito deſignata proderemus, vnde ſuas merces in Galliam deportare conſueuerint: ſimul vt non Gallia ſolùm, ſed omnes nationes exaudiant; adeoque vniuerſa poſteritas percipiat, iam minime ex Africa expectanda portenta: tantúmque abeſſe, vt eius facinoris authores noſtri fuerint, vt auerterint potius, quantũ in ipſis fuit, vel ipſis acerrimis hoſtibus Societatis noſtræ teſtantibus, ſcribentibusq;. Nã tota narratio eſt, ipſaq; epiſtola in Commẽtarium rerum illuſtrium, tempore vnionis fœderatę geſtarũ copioſè relata ab Hugonotis, anno 1588. peruulgatum; nullo nec indice, nec nomine, neque authoris, neque librarij: neque etiam loci, quemadmodum eiuſdem officinæ liberalis, & veridica, ſi placet ſuperis, declamatio. 239

Ex collectione rerum memorabilium geſtarum tempore fœderatę vnionis volum. 1. pag. 66.

Hoſtium teſtimonia quo ad valcant.

Quamquã verò nihil eorum, quæ iſti loquuntur, aut ſcribunt, authoritatẽ vllam habet, aut fidem, niſi optima cautione, & aſſiduis prædibus acceptis; tamen nuda illorum hac parte confeſsio fidem obtinet: cùm enim ijdem ſe Ieſuitarum capitales, atque implacabiles hoſtes, & profiteantur

tur

tur,& præſtent, hoc illi nequaquam feciſſent,vt dicerent, ſcriberéntve,niſi patentiſsima veritate cogerentur.Atque ex hac ita tranſactæ rei expoſitione minimè fucata, Henrice, maieſtas tua aduerſarij, & Catechiſtæ conſcientiam deprehendere ſatis per ſe ipſa poterit, qui trophæi loco numerat Parrij factum; tum liquidò videbit eos conuicium nobis,atq; calumniam ,pręſente, te,& audiente inferre, obſoletam iam,& nimis vietā inueteratæ calumniæ cantilenā: eademque opera profectò hanc poteſtatem modò habebit, vt iudicet,num ideo nos ſilentio eludere rem, quā peculiari defenſione reprehēdere mallemus quòd vel cauſæ, ac iuri noſtro diffidere, vel eam veram putare videremur, veluti miles glorioſus Catechiſta iactabat,potius quàm quòd aſpernandam(vt dixi) habendámque pro nihilo, cum pleriſque farinæ eiuſdem mendaciſsimis criminationibus, exiſtimaremus.

NAM QVOD INCVLCAT, quod verſat ſæpenumero cum Catechiſta aduerſarius, Iacobum Comoletum ad D.Bartholomæj Pariſijs, ad diē ſeruatoris Dei corporati natalēm,anno 1593.pro concione dixiſſe, *Nobis Aod altero eſt opus, an Monacho, an milite, an vpilione,nihil inte-* *CAPVT XLIV.* *Calumnia ex concione quadam accepta diluitur.*
240 *reſt; nobis Aod altero eſt opus: eúmque ſibi fuga conſuluiſſe,cùm ea de re quæſtionem decretam fuiſſe, inquiſitoréſque conſtitutos intelligeret.* Aod.iud.3. Conuicium eſt, & maledici hominis excogitatum probrum, pari nequitia cum illa altera Barreriana calumnia deprauatū veritati prorſus aduerſum.Hoc nemo homo eſt omnium,niſi ſceleſtiſsimus, qui ſalua con-

ſcientia aſſerere audeat, vel ea à Comoleto verba prolata; vel inſtitutam inquiſitionem, vel quæſitores appoſitos, vel eum metu fuga delapſum. Nam vt ego tuæ Maieſtati proximè expoſui: cùm ad annum 1593. ad D. Bartholomæi, vt monet aduerſarius, habuiſſet antea concione Comoletus, poſtea anno proximè conſequenti, nonageſimo-quarto, quadragintadiale cōcionandi munus abſoluit; cùm ad D. Pauli Pariſijs eas de more partes ſuſtineret, neque ab vrbe, niſi Iulio, eóq; quarto poſt menſe diſceſſit, quàm Maieſtas tua eſſet ingreſſa, eáque de cauſa diſceſsit, eorum coactu, & efflagitatu principum, quos memoriaui vt Romā verſus iter aggreſſus, inibi tuæ Maieſtati deſeruire, déque amicitia, ac fide regia cum ſummo Pontifice reconcilianda agere poſſet. Quæro igitur; quādo fuit illa de Comoleto habita quæſtio? ad natalitia ſuperioris anni nonageſimi tertij? an ad illa alia nonageſimi quarti? quando? menſe Ianuario? an Februario? an Martio? quando? ad natalitia Decembris? an ad alia quępiam Aprilis veteris Calendarij Anglicani? quando igitur? nunquam. Nam iſti nec principium ſuæ accuſationis cernere, nec exitum poſſunt. Non igitur vlla maior inquiſitio, quàm vlla inquirendi materies, aut vlla ratio extitit. Id omne quod dixerat Comoletus ad eum diem, quo die ad D. Bartholomæi ſacrum pulpitum mentio illius Aod incidiſſet (vnde hoſtes falſæ accuſationis anſam arripuerunt, neque enim falſitas conſtaret, niſi aliquo vero, ſed 241
malitioſè corrupto fundamento niteretur) id inquam omne, quod dixerat Comoletus eo die, fuit

hoc

hoc ipſum in ſumma, quod non longè antè Rotomagi, frequentiſſima pluſquam decies mille hominum frequentia dixerat, cùm certi nuncij de morte veniſſent Regis extincti Rotomagum, *Credibile mihi eſt, Rotomagenſes, præpotentem Deum (qui dat Reges in furore ſuo, & aufert in indignatione* Oſee 13.
ſua) inuſitata quadam indignatione, atque iracundia concitatum in Regem, ac populum exarſiſſe. Quę ſummatim, & breuiter dicta cauſæ fuerunt; cur deinde homines dicerent illum rebus ſeruientem, ac tempori, mutaſſe ſententiam: verſare modò ſuam naturam, & regere ad tempus; non ea iam loqui, quæ ante ſentiret, denique Politicum, vti eo tempore appellabāt, haberi velle; maximè verò poſtquam tua Maieſtas Germanæ Catholicæ fidei reſtituta, anteactæ vitæ diſciplinam abijcere, ſacra adire, ſentire nobiſcum inceperat; cùm dicendi genus, & orationis ſonū, & agendi etiam, vt ita dicā, ſtylum mutaſſet. Iā ſi aduerſarij Religioni ſibi minimè duxerunt veritatem tam celebri, ac nobili luce prolatam, tanta deprauatione, tantáque diſtortione corrumpere. Conſtitue, Henrice, quid ſchedis illis præſtituri ſint, illis ſyngraphis, illis alijs ſcriptis, quę in cubiculis, in ciſtellis, & capſulis, in emiſſitijs Collegij ſordibus, fortuitò ſurripuerint; vel ijs ſermonibus, qui priuatim, qui aliud agentibus, qui in communi effrenati ſeculi intemperantia, qui aliquot paucis exciderint.

CAPVT XLV.
Calumnia ex literis quibuſdam

AFFERVNT ETIAM in medium, pro nouo, atque ante hunc diem numquam audito crimine, ſcriptum à noſtris, in neſcio qua epiſtola, è Gallia Romam poſt Regis necem in-

accersita. scripta in hanc sententiam. *Quo ipso die Regis im-*
pag. 35. & Catechista alibi. *perio Burdegalu pellebamur,ipse e vita deiectus interiit.* 242
Atque fama est, illius iussu, nos ad Diui Macharii eo fuisse deportatos; vt nos ad vnum omnes inibi traderet iugulandos, nisi prior ipse iugulatus fuisset. Eo perlato nucio, mirum quàm nostri obstupuerint aduersarij. Hæc ille Gallicè, quę ipse deinceps, & secundum eum Catechista omni atrocitate verborum exaggerant.
Pag. 35. *verba, ô Deus immortalis!* inquiunt, *quæ omnes crudelitates, immanitatésque superant, quæ fingi ab vllo possunt, vel animo excogitari.* Verùm ipsa epistolæ latina dictio, quam imprudentes peropportunè, ex vsu nostro, huc, in marginem infercierunt, maximo nostræ causæ, innocentiæque solatio, illorum nimis incensam iracundiam, & malam in mentiendo, fluxámque fidem, cum claro veritatis testimonio, reprehendit. Nam ita hæc fuerant Latinè scripta, si scripta tamen ea fuerunt, quæ cùm à nobis fuerint pernegata, coarguere isti mendiculi nullo modo possint. *Eò compingebamur ad sancti Machary,* inquit, *vt simul opprimeremur omnes, siue hoc suspicio, seu fama tulit, nisi antea oppressus ille vnus fuisset.* Partim è latino truncarunt, partim quod vel reliquum erat, perfidiosè Gallicè reddiderunt: quæ duo habentur falsarij interpretis summa peccata. Permultum omnino interest vtrum dicas IVGVLARE, an OPPRIMERE. nam isti me modò ad ista verborum aucupia transtulerunt: neque vllus vnquam adeo imperitus ita 243
accepit, vt cùm OPPRIMERE legeret, redderet IVGVLARE. hæc lanistarum, aut gladiatorum fortè fuerit, non Latinorum, ingenuorumque

Grammatica,quę sua germana ratione,sensúque natiuo conuersa non habent eam vim equidem, neque eam adeo cruentam sententiam, quam illi imponit illa peruersio.Quare si post ætatum omnium memoriam nullæ fuere vnquam tantæ, vt ipsi aiunt,immanitatis audita vocabula; vtri crudeliores? immaniores? efferatiores? an nos, qui nunquam protulimus? an ipsi,qui ea ad crimen, ad facinus,ad calumniam produxerunt,peruerterunt,confinxerunt?Quòd si frugi isti epistolarum interpretes,in extremo illo discrimine, ac dimicatione fortunę tum ipsi versarétur, quam miseri Religiosi ab amicis, à commeatu,ab auxilio inopes,vagi,palantes, dispersi,in spem incertam, simulato habitu,seminudo corpore, per loca inuisa, infestaque hostibus,per syluas, per agros,terra,& amne,tum temporis subierunt; vt reformatam Caluinistarum rabiem,effugerent, qui perpetuo viarum,atque camporum latrocinio, apertis dissidiis,omnes aditus, exitúsque seruabant; qui noctes, & dies prædæ optatissimæ imminebant; qui inhiabant nostrorum sanguini humi fundendo; quem, aliquot antè annis, plusquam quinquaginta de nostris miserè excarnificatis profuderant in propinquo oceano,ad Christi deportandum Euangelium in Indiam nauigantibus; hęc,si hisce delicatulis hominibus omnia,eotempore,cum perpetua plagarum,& mortis imagine semper obuersarentur ob oculos, longè aliter in Regem linguam,& vnguem, & dentem armassent. Regem haudquaquam Regis nomine designassent, quod isti faciunt, Burdegala expulsi;

morem loquendi potius Hugonotorum suorum
retinuissent, quo in notandis nostris Regibus
vtebantur, cùm Henricum II. Franciscum II.
Carolum IX. hunc ipsum Henricum, ac cæteros
principes compellabant, qui illorum errores, ac
scelera insectabantur, cùm eos belluas, buffo-
nes, sues, grues, canes, Diocletianos, Tyrannos,
& id genus alijs contumelijs, per summum faci-
nus, nuncuparēt. An non, Henrice, te obtestor ea
magna est, & solida, & apta materia tam amplæ,
tam apparatæ, tam criminosæ accusationis? An-
non inopem, & ieiunam, & insaturabilem isto-
rum rabiem esse oportet, qui friuolis, ac nugato-
rijs quibusque rebus, tenuissimis, inanissimisque
quisquilijs pascantur? qui frustum ignotæ episto-
lę, pro summo parricidio efferant, quam si à nobis
scriptam esse negemus, ipsi elingues, ac muti
hęreant necessariò, neq; vocem reliquam vllam
habeant, quam respondere queāt in contrarium?

CAPVT XLVI. Variæ de Claudio matthæo, & alijs explosæ calumniæ.

QVOD AIT CLAVDIVM Matthæum, in
Italia ad annum octogesimum octauum,
animum efflasse ex laboribus in Hispania conti-
nuò exantlatis: maledictum est, totum ex fraude, 244
mendacioque compositum, familiare rabulæ
mercium genus, apud eum vili, facilique mercatu
venale. Res eiusmodi est, vt pater ille non magis
Hispaniam, quàm Platonis Atlantidem viderit
vnquam, neque Heluetios adiuerit, nisi ex itinere,
cùm in Italiam illa parte transmitteret. Obijcit
Odonem Pigenatum fœderatis sedecimuiris, pre-
fuisse Parisijs. Falsum est, & pridem alijs id antea
iactantibus responsum, summisque rationibus
sæpius

ſæpius refutatum ; præſertim Arnaldo cauſidico, qui hoc conuicium , vt & cætera pene omnia, quæ iſte oſtentat , multo antea ventilauerat. Sed ille totus iacet percullus, & abiectus , non modò ad hæc tempora ad ſummam iniquiſſimi calumniatoris infamiam, ſed ad poſteritatis conſequentis exemplum , atque memoriam reſeruatus. Conſtat tamen ab Arnaldo inter principes illorum ſedecimuirûm numerari præterea Iacobum Comoletum , atq Bernardum Roulletium; iſte contracto periurio , alterius redundans,atque ſuperfluens amputat , emendátque mendacium; & nouam de cætero probationem , ſuo firmando conuicio nullam importat : quare non maior illi vel gratia , vel fides , quàm Arnaldo debetur. Nobis criminis loco ponit eſſe Hiſpanos. ô plumbeum , vt aiunt , pugionem ! apud quos , & in quo orbe , hoc iam diſputat vir diſertus ? millies dictum , millies riſum : ſæpius theatra iam, atque pulpita illo ioco , atque illa fabula concrepuerunt :iã etiam ipſi ſuo pudore,& crimine cœperant fatigari : ſed maledicendi libido diu compreſſa quieſcere non poteſt:ſemper ad eundem axẽ ſuaipſius vertigine agitata deuoluitur: eadem ſemper argumẽtãdi ratio,eadẽ oratio,eadẽ effata, eadem oracula , eædem cantiones iterantur ad nauſeam. Ignatium Loyolam Hiſpanum authorem,parentemque nacti ſunt Ieſuitæ ; Regem Hiſpanum principem ſuum laudat ad ſummum Hiſpanus Ieſuita Ribadeneyra. Ergo omnes Ieſuitæ Hiſpani ſunto , Hiſpanicè loquuntor , hiſpanum colunto, trans pyrenuæm toto ab orbe

An Ieſuitę ſint Hiſpani.

euolanto.ô pudentem hominem!Quid ais?Quæ-
nam autem eſt,Henrice, ratio ? quæ argumenta-
tio ? efficiendúmne igitur eſſet imposterũ omnes
Ciſterciẽnſes à Diuo Bernardo Franco fundatos,
qui tota Polonia, qui Germania, qui Hiſpania, 245
qui Luſitania, alijſque remotiſſimis locis ver-
ſantur,Frãcos eſſe oportere,quia,ex Frãcia oriun-
dus illorum fundator, authorque Bernardus ex-
titiſſet?quis ita loquatur, niſi ebrius? quid quæſo
alioquin honeſtius?quid æquius?quid conuenien-
tius?quid verò pulchrius?quid autem laudabilius?
quid glorioſius ? quid magis porro innatum? quid
magis rationi ? magis officio ? magis legibus ?
magis naturæ conſentaneum ? quàm à ſubiecto
homine laudari, efferri, amari, defendi prin-
cipem ? quid autem inſulſius ? quid turpius?
quid amentius ? quid intolerabilius ? quàm eam
officij partem in alio reprehendere ? quid rur-
ſus alienius ? quid diſſolutius ? quid petitum lon-
gius ? quid diſſentaneum, ac diſparatum magis
eſſe poteſt ? quàm nos omnes Compoſtellanos
eſſe concludere, quòd vnus Hiſpanus Ieſuita Re-
gem Hiſpaniæ laudibus in cælum extulerit ? Eſt-
ne hoc loqui ?an iocari? accuſare?an ridere?agere
apud Regem ? an Regis authoritatem, atque
præſentiam contemnere ? Poloni, Moſcoui-
tæ, Germani, Romani, Galli, ſuos quique
certatim principes gloria, & prædicatione,
efferunt; quis intercedit ? quis ſe opponit ? quis
factum reprehendit ? quis accuſat ? quis ſtoma-
chatur ? quis non probat potius ? quis non præ-
dicat?quis non ipſe etiam æmulatur?Ribadeneyra
ſuum

ſuum extollit, illi bene precatur, alios illi optat bene precari, colit, obſeruat, vt clientem decet; quis poteſt eius hoc factum vitio vertere? quis potius illum ea de cauſa celebrare, ac laudare nõ deberet, ſi illi reliquum tantillũ humani ſenſus non nihil inuidia feciſſet? ac ſi de noſtris, in Hiſpania nonnulli, ſi in Italia, ſi alibi reperirentur, qui non ita Principibus morem gererent; nõ eos colerent, non vti par eſt obſeruarent, quas iſte tragœdias plauſtro non veheret? quæ fulmina non vibraret? quos Salmoneos non locaret? quæ argumenta non fingeret? vt nos omnes legibus inuiſos, & intractatos, & aduerſos eſſe tueretur? vide, vide illos in Hiſpania Regi Catholico refractariolos; vide in Germania in Imperatorẽ inofficioſos; vide Venetijs in Rempublicam iniurioſos; vide paſsim Principibus perduelles: hęc iſti, cùm maximè ſaperent, ſufflatis tum, diſtentiſque pulmonibus fulminarent. Iam verò ecquid hominis iſtud eſt, qui indignè ferat? qui nolit? qui vitio det laudari Regem Hiſpanum, ab Hiſpanis? idémque nos, qui Galli ſumus, aſſentatorum in numero, locóque reponat, quòd aliquando tuæ Maieſtatis laudes non æquè, vt par eſt, ſed prout natura, vt conditio, vt officium poſtulat, celebramus?

CAPVT XLVII.

Aduerſarij peroratio, exterminandos eſſe Ieſuitas.

FRACTIS ARTERIIS, gutture rauco, faucibus illiſis, voce prærupta, læſis, conquaſſatíſque lateribus, fibris, ac pulmonibus fatigatis, poſtquam aduerſarius omnes clamores, concionaleſque eiulatus extulerat, omnem maledictorum, & criminum nobilem apparatum inſtruxe

instruxerat; ſpiſsiſſima, quæ vndecumque comportare potuit, congeſta mendacia ventilauerat; forum terruerat, curiam turbarat, Galliam miſcuerat, nihil non inſidiarum, conuiciorum, immanitatum reliquum deflagranti ſuo furori omni effrenatione fecerat, vt nos, ſi poſſet, obrueret, ſepeliret, euerteret: tandem aliquando ad eum, quem propoſuerat animo, ſcopum, cõtento curſu, remis, vt aiunt, veliſque contendit: omnem neruorum induſtriam, omnémque, vt in ſumma re, machinam, poſtremo admouet. Concludit ad 246 extremum, eodem, quo cætera fuderat ſpiritu, ac ſtylo, orationem non magis ingenuam, quam humanam; nec magis veram, quàm Chriſtianam ſententiam: illam denique continet illa eius ardens, & inflammata peroratio; hoc petit, hoc vociferatur, hoc in ſumma efflagitat vehementer.

„ PSEPHISMA. non ſolum ne ad ea loca „ vnde deiecti Ieſuitæ ſunt, poſthac vllo modo re„ ſtituuntor, verùm ab alijs, vbi adhuc degunt, de„ turbantor, procul à Gallia amandantor, proſcri„ buntor; ac ne Gallica iuuentus extra Regni fines „ axiomatibus illis de poteſtate adeo formidoloſa „ Pontificis imbuatur; neu in MEDITATIONVM „ ILLVD CVBICVLVM adeo funebre, ac dete„ ſtandum inferatur, Senatusconſulto cautum „ eſto, vt ne vllus parens auſit pueros tranſmittere „ ad illorum Collegia, extra Galliam, ſi ſecus faxit, „ mille nummûm aureorum prima vice mulcta „ eſto, indici ſemiſſem adſcribi oporteto; deinceps „ quoties contra hoc Senatusconſultum itum „ erit, pœnæ irrogatio dupla conſtituitor. Hæc illa eſt

Conſilium Rabulæ ingenui.

eſt veræ, & ingenuæ orationis inſtar edicti, & pſephiſmatis illata concluſio. Ille frugi, & Catholicus ſenex ſatiſne obſecro multa poſtulat? Hugonoti Miniſtri tantúmne ſperare vnquam fuerunt auſi? Lutherus ipſe, atque Caluinus geminæ Reipublicæ Chriſtianæ voragines, ſi reuocarentur ex tartaro, omni furiarum ſtipati choro, aliquídne communibus, & coniuratis votis ſuis deeſſe amplius exiſtimarent? Quid cùm vterque miniſtris emiſſariis ſuis infinitum imperium, ingentem gloriam, altiſsimam pacem comparare cuperent? cùm illis omnia permittere, illos adiuuare, illis manum, copias, paratos centuriones, inſtructas cohortes dare, vellent, quid aliud facerent, quàm tu facis, Acephale, quàm vt illorum conatus tuis ingenuitatibus, & vociferationibus adiuuarent? Eccleſiæ authoritatem irriderent? Ieſuitis mortem, proſcriptionémque molirentur? illis cædem, & dimicationem denunciarent? illorum famam iucundam viris bonis, per ſuos ingenuos diriperent? illos ſi poſſent Regis beneuolentia, omnium bonorum præſidio ſpoliarent? illos pro ſe non modò propugnare, ſed etiam plorare, aut ſupplicare prohiberent? id vitio darent? adulationem vocarent? quid autem intereſt inter Caluini conſilia, & tua? eius conatus, & tuos? eius furias, & tuas? Quæ enim Caluinum conantem Ieſuitæ, ſine controuerſia, pro ſua virili prohibuerunt, ea miniſtros facientes Catechiſta, atque Acephalus, adiuuerunt. voluit ille Pontificem perdere? vos laceraſtis: legum poteſtatem euertere? vos conculcaſtis; Catholicorum otium in-

te rrum

terrumpere? vos perturbastis: Iesuitarum nomen extinguere? vos hostilem in modum dilaniastis: orbem terrarum sus déque peruertere? vos adiuuistis. Quid est à vobis gestum, nisi ex illorum, vel verbo? vel spiritu? vel gratia? vel imperio? atque eo vos quidem crudeliores, quòd nec Iesuitarum interitu, aut exilio contenti estis; aliud suprà vestro alendo furori expetiistis: mortuorum, combustorum, omni pœna excruciatorum manes lacessiuistis: omne odium inclusum nefarijs sensibus impiorum in nos, quoad facultas, & ingenium fuit, profudistis. Quid porro, Anglicana tota strage grassante, vllis Busiridijs legibus constitutum est grauius in Catholicos? aut Iulianus Apostata quid in Christianorũ liberos consuluit acerbius, quos literarum, virtutisque commercio spoliare volebat? quã isthæc alba vulpe- 247
cula, hac sua insana peroratione decernit? quæ Tyrãnũ agit in Christianissimo Regno? te Rege, Henrice? Rege Christianissimo? Rege clementissimo? Rege non modò Pontificis maximi Clementis octaui, mira gemanitate, huic Regno addicti, sed religionis Catholicæ studiosissimo? illa conclusio, Rex, periniqua est, & iniuriosa, & crudelis, & pectori humano, non dico Christiano, aliena: ea non dico contra sanctæ sedis Apostolicæ sensus grassatur (quanquam eam ille nihil curat) quæ tuam Maiestatem, pro societate restituenda, magna voluntate, & summo studio, interpellat; sed contra tuam Maiestatem, quam tueri videtur, quæ fauore Regio, nec vulgari beneuolentia id sæpe spopondit: imò contra Delphinum

phinum Dominum noſtrum, in quo totus ſtatus Regni,& ſpes omnium,& expectatio pacis æternæ,& propagatio Regiæ prolis eſt poſita, atque defixa;qui antequam loqui didiciſſet, vt regnum in cunis inciperet infans ſuis magnis meritis demereri, tibi etiam, pro noſtro reditu, ſummiſsè ſupplicauit, alieno quidem ex ore, & adſcititia ope,ſed certo tamen auſpicio ſummæ cuiuſdam, atque inexpectatæ fœlicitatis, quam à Deo optimo,maximo, quámque à tua Maieſtate ſit impetraturus, pro ſalute Galliæ vniuerſæ, quæ quod Delphinus à patre implorat, ipſa à ſuo Rege depoſcit. Quapropter cùm videat aduerſarius hanc ſuam extremam complexionem odioſam eſſe, & plenam inuidiæ, nec poſſe à viris bonis, æquis auribus,tolerari;ac neque ex præmiſſa argumentatione illius aſſumi, lenit, & roborat, & colorat,omni ope,omniq́ue pigmento, ac fuco, tum noua neſcio quæ arguméta veluti fracto, ac proſtrato agmine, auxiliaria ſupplementa comportat;tum vetera antè iactata, nunc iterum repetita nouis artibus reconcinnat.

248 Eius rationes in ſumma potiſsimæ numerantur in vniuerſum duæ:vna ab æquitate, ab vtilitate altera:æquitatem iuſtitia tuetur,ſenatuſconſulto,videlicet,quo damnati vniuersè, eiectiq́ue ſumus:eò agglutinat vaticinationes, & reſponſa Aruſpicum, & plurimas de nobis habitas querimonias,ab anno ſupra ſeſquimilleſimũ, ſexageſimo quarto, quando decem famelici cauſidici contra nos perorarunt,*è quibus vnus,*inquit,*noſtra retrò ſtudia futura proſpiciens, ea certò, tanto antè eſt vatici-* Aduerſarũ argumenta.

vaticinatus. Ac cogitanti mihi, parantique de hac tota extrema machina dicere, hoc primum statuendum videtur, te, vt, Henrice, tester imprimis, & superos vindices, iudicesque scelerum futuros, nihil accusandæ curiæ causa, ac ne verbum quidem, pro illius fama, vel authoritate leuiter imminuenda, dicturum esse me: coluimus vnicè semper, ex animo, atque vt nostra studia, nostrique mores ferunt, colere peroptamus imposterum non Parisiensem senatum, sed quotquot etiã toto amplissimo Galliarum imperio celebrantur: ea enim sunt regni firmamenta præcipua à maioribus tuis, Henrice, sapientissimè instituta, qui vt cõsilium sempiternum, amplissimum Regno, quasi in specula præponerent, eam quasi Regiæ Maiestatis ad viuum expressam imaginem, perpetua, immortalique grauitate perennaturam imperio collocauerunt; varium, & multiplicem, & fœcundum tota ditione Regia latè diffusum senatum, oraculum regni humanum, dextrum ocellum, & dextram Regũ manum, firmamentum, basemque politici status, immo parẽtis Ecclesiæ columen excelsum aduersus huius comploratissimæ tempestatis perduelles sectarios: quod ingentibus officijs, quod grauissimis iudicijs, sententijsque, quod summa in Deum, ac Regem præstita fide comprobatum, suauissimo gratissimæ mentis applausu aspexit, accepitque subleuatus illius senatorij ordinis præsenti ope, toto orbe Gallico, afflictissimus populus Christianus. Atque nos etiam sigillatim huic sanctissimo ordini multis strictissimis nexibus obligati, ac

Cuiusmodi sunt Francorum Senatus.

deuincti

deuincti sumus; quod semper nobis illa sua paterna caritate, atque solicitudine testificati sunt,
249 in rebus omnibus, aduersus omnes, sibi societatem nostram probari; Regno vtilem videri, nec religioni magis, quàm statui opportunã; propter educationem maximè iuuentutis, hominumque perditorum, ac vagantium ad fidei auitæ germanitatem, vnde desciuerant, reducendorum, non infructuosè hactenus diuina ope allatam industriam. Quòd si qui sint inter eos aduersi, infestique nobis, nulla nostra culpa, sed vel perturbatione temporum, vel nimio quodam regni studio, vel alijs de causis, quibus homines existimarent nos iratos illis esse debere; eos nihil attingemus omnino; nam & membra illi tantummodo sunt pulcherrimi, nobilissimique corporis, & non facient vlla vnquam maleuolentia, vt quã debemus vniuerso corpori obseruantiam, immo quam illis ipsis abijciamus. Quare ad neminem lædendum comparata est nostra defensio; sed vel ad conuellendam, opprimendámque calumniã, vel ad iniquissimorũ hominum audaciam retundendam, qui nimis importunè toties nostram famam allatrant: quæ me coëgit loqui, huiúsq; vexatissimæ societatis æquitatem, & dignitatem afflictam tueri: quàm aspernari sine macula summæ ignauiæ non possumus; nec deserere sine culpa offensi, læsíque numinis, cuius voce ad retinendam famam adducimur; nec dissimulare, sine maximo damno Reipublicæ, cui studet, cui deseruit, cui desudat, cui prodesse amisso famæ, existimationisque præsidio vtiliter non potest.

ERGO

CAPVT XLIIX.

Argumẽtatio aduerſarij generalis ab æquitate.

ERGO SVAS omnes argumẽtationes ita concludit: æquum, & iuſtum eſſe, vt ne redeant Ieſuitæ; potius vt penitus exigantur à Regno; quia Senatus ita cenſuit, in eamque ſententiam factum eſt ſeuerum, & graue Senatuſconſultum: immo eo exequendo; iam vbique propemodum lege actum, præter Toloſæ, atque Bur- 250
degalæ. Iam ſi more maiorum eſt integrum caueri Reis prouocatione, ſi poſtulatione legitima, Principis, aut curiæ fidẽ, quaſi iuris deſerti aram implorare; ſi codicillorũ Principaliũ patrocinio, veluti æquitatis adminiculo, in gradum reponi, & alleuari, ſi iuri experiundo, diplomate reſtitui in integrum iura, ac leges voluerunt, idque ſine vlla iudicum iniuria, quorum ſententia quiſpiam cauſa ceciderit; cùm fieri queat, vt & iudices fuerint ſuo munere egregiè functi, & Reus tamẽ ſine culpa aliqua ſua damnetur; peto à tua Maieſtate, tuámque ego, Henrice, Rex optime, fidem imploro, mihi, vt per te, per regiam opem tuam, pace huius ampliſsimæ curiæ, hac in re, quæ tanti nobis eſt, liceat huic declamatori maleuolo dicere, atque eius æqualibus contra innocentiam coniuratis, maxima innocentiæ, conſcientiæque fiducia, nos eius criminis culpa vacare, cuius cauſa indemnati, inauditíque; relegati, proſcriptíque ſumus. Quare Toloſam, & Burdegalam non ſolum iuſtè, ac legitimè feciſſe, quando condemnare nos eo crimine, tum cauſa incognita, deinde innocentes noluerunt; nec regno exturbare quos eius ſceleris Reos nõ iudicarunt; ſed etiam fidem ſuam Maieſtati Gallicæ eximiã præſtitiſſe,

cùm Maieſtati tuæ demonſtrarunt nos ei inſeruire, eique vſui, totique Regno eſſe poſſe: quod vident in dies ipſi, vidérúntque tantiſper ſuis ipſi oculis, quoad conceſſu, & munere tuo nobis integrum fuit ſubiectis tibi populis officio, opera,
50 vigilijs noſtris, quantuliſcumque tandem, deſeruire, ac præſto eſſe omnibus, pro ea, qua præditi ſumus, ſanè perexigua, ſed plena excelſi cuiuſdã animi facultate. Audiuiſti, Rex, quanta atrociſsima, vel à maledicentiſsimo homine excogitari, vel à patientiſsimo principe audiri potuerunt; quæque hîc iterum nec iuſtè debebant, nec honeſtè poterant commemorari ad noſtrum nomen inſolentiſsimè inopportunis conqueſtionibus, in tuæ Maieſtatis ore, atque oculis criminandum. Aduerſarius haud quaquam magis tuæ Maieſtatis auribus, & Regali amplitudini, quã noſtræ Societatis famæ, atque æquitati pepercit, in proferendis, & inculcandis mi- Aduerſarii immenſi conatus ad calumniandum.
251 nutatim cauſæ totius vacillantibus actis, an ratis, an irritis; tum compilata, retractata, vexata, verſatáque, ex nouis copijs, interpretatiunculis, acceſsiunculis, amplificationibus, mendacijs, calumnijs, probris, clamoribus, querimonijs; illa intermortuà, & teſſellata, vt ita dicã, ex diſparatis rerum contrariarum puerilibus commiſſuris, & perturbatè coagmentata actione. In ſumma, Rex clementiſſime, audiuiſti Prouincialem noſtrum Puteanum, Rectorem collegij, Præfectum conuictorum œconomum, qui Pariſijs tum aderant, ſocietatis præpoſitos; denique ipſum quondam Rei capitalis Caſtelli magiſtrum, cuius

Z gratia

gratia nos omnes in crimen, atque in inuidiam postulabamur, Curiæ iudicio absolutos ab omni suspicione culpæ fuisse, ac dimisso Magistro, pro quo vno periclitabamur, vniuersæ cum illo nostræ societatis homines non so um à suspicionum impetu, à formidinum terrore, à iudiciorum seueritate, ab accusationum iniquitate esse vindicatos; verùm & à communium temporum nequitia, & perturbatione à summis magistratibus de spectata moderatione laudatos. Liceat mihi igitur, & detur mihi hæc venia, vt dicam aliquãdo, Rege annuente, præsente Senatu, Regno spectante, exaudiente, adstipulantéque orbe terrarum, NOS INNOCENTES ESSE, TAMETSI DAMNATOS; eóque ex nomine tuæ Maiestatis humanitate, Curiæ æquitate, Regni fauore, ac luce dignissimos: aduersarium verò partim iniquissimum esse æstimatorem rerum, & sua inuidia excæcatum, atque amẽtem, qui adeo barbarè, ne vel leui saltem ratione, concludat; partim inhumanum, agrestem, & efferatum extra modum, qui vna ex parte tot innocentissimorum hominum ex inanissima coniectura, patria, laribus, ac focis exulantium, diuturno fœdo supplicio satiari, multo minus deleniri queat, præsertim ex ea suspicione exulantium, quam veritas ipsa aperuit, quam euentorum experientia protulit, quam clara damnati Rei confessio patefecit, quam præsenti hominum, supetúmque iudicio, ipsa Reorũ conscientia perpurgauit: rursus vel ab ipsa communi humanitate esse pridem exutum, quæ ipsos etiam barbaros imbue

Societatis innocẽtia superum, hominumque iudicio cõprobata, atque inuiolata.

Aduersarii barbara crudelitas.

imbuere consueuit, qui octo pòst annis, ab immeritissima proscriptione, nos vsque ad Regni
252 fines extremos hostiliter persequatur, vt reliquā naufragorum fluitantem, & decertantem peregrinam manum procul exturbet, ac prorsus exterminet. Rex, ego quàm longissimè absum, per Dei gratiam, ab eo crimine; etiam ab omni criminis suspicione, pro quo ille sui illius iniquissimi iuris iniuriam omnibus vestigijs insectatur: nulla abs re alieniori fui vnquam animo, quàm ab inferenda iniuria tuæ Maiestati. Pro ea semper supplices numini fudi preces: non cesso eam officij mei partem magis, ac magis præstare in dies: imposui mihi ipse quotidianam eam curam, non pro te modò, sed pro vniuerso genere Regio quotidie superos in summis, ac potissimis meis precibus exorandi: ac si infimi, summissique deprecatoris voces Deus exaudit, ex summo Monarcha, quem te singulari numinis munere habemus, te multo maiorem habebimus, tum in hoc mortali, fragili, & caduco Regno, tum in illa immortali, ac beata vita impendio maximum. Ac me vna imprimis consolatio illa sustentat, quòd tibi, ô magne! nullum à me amoris, nullum studij, nullum, quoad in me fuit, officij, nullum pietatis officium defuit. Ego voces nationum, ac gentium pro te contempsi. Ego nominis tui gloria, si potui feci, si non potui, volui, vt toto orbe Christiano, per me etiam clareret, quæ per tua iam facta splenduerat. Ego tua causa meum sæpe corpus, & vitam obiicere armis inimicorum tuorum appetiui. Ego me plurimis

pro te, vel hostibus defensorem, vel amicis socium,& prædicatorem adiunxi. Ego studia, ego maximas voluntates, ego incensa desideria mea, ac fratrum meorum sincero affectu, in obsequium imperiorum tuorum obtuli: hoc denique ipso tempore, si qua vis pro tua salute est subeunda, si qua dimicatio ipsius huius mei capitis est futura, deposco, si perexigua tamen vnius mendiculi Religiosi vita aliquid potest pro salute, & incolumitate principis maximi valere. Non adulatoria hæc,Henrice clementissime,non assimulata vox est, sed grauis, & rata, & sancta pro officio, ac desiderio fidelissimi,addictissimique clientis ad suum Regem instituta professio: ad patrem patriæ,ad clementem, ad Henricum, ad tantum sic agi solet.Quid iam restat?quid habeo quod dicam? quod faciam? quod primum apud dulcissimum meum Regem expostulem? nisi amare te,obsequi tibi,esse Francum, & subiectum per hos mihi non licere?non audeo, non queo vexati animi mea omnia hîc tibi, Rex, sensa depromere:ipse per te ex pauculis, mentis angores,ac mœrores meæ, & illa alia interiora cognosces.Ille ego magis animo millies tuus,quàm isti, qui se tibi fideles falsò prædicant; ille ego tam voluntate, ac patria Gallus, quàm ipsi, ne plus aliquid dicam,tot nominibus, tot causis,tot studiis tuæ Maiestati deuinctus, video me tamen ab hoc execrando capite, quasi Maiestatis Reum postulari,peti ad crucem,peti, quod cruce multo mihi grauius est, ad inimicitias, ad suspiciones, offensionésque tuæ Maiestatis. Hem! Rex, ego ab

Innocentes intolerátissimè cum Reis capitalibus inuoluti.

ab hoc homine, intra huius ſanguinariæ concluſionis limites, cum alijs trecentis, aut quadringentis pari mecum innocentia inſontibus Religioſis, meis germaniſsimis fratribus circumſcri-
253 bor; quos ego meliores me centies, ac probiores duco;& per hunc non ſtabit, quin omnes mecum, nullo, non dicam noſtro crimine, ſed multis potius, nec obſcuris, nec exilibus officijs, exturbemur ex Gallia, deijciamur ex patria, ex dignitate pellamur, ex ipſa vita exterminemur. Magno Deo laus, ęternitas, ac decus ſempiternũ; ſi nos, illius cauſa, exiliũ, necem, & quæque extrema perferre contigerit. Sed non ea res modò agitur. Ipſe ille immenſus, beatus, æternus, & immortalis Deus, quem nihil fugit, etiam illam ardentem cupiditatem introſpicit, quam nobis ipſe, eius nomine, omnia perferendi iniecit. Hoc igitur modò tantum agitur, vt aduerſarij orationé, ſpiritus, ac ſtudia intelligamus; qui nulla noſtra innocentiæ, nulla ſuæ conſcientiæ habita ratione, quaſi æquum, ac iuſtũ concludit, exclamat, efflagitat, vt relegemur omnes, non ad aliquas humanæ naturæ ciuitates, non ad ignotos populos, qui populi Chriſtiani nomé audiuerint; non denique ad homines, verùm ad beſtias, aut etiam vt longius, progrediar, in aliquam horridam, atque deſertiſſimam ſolitudinem ad ſaxa, ad ſcopulos, vbi angoribus confecti, aut malorum omnium tempeſtatibus, ac procellis obruti, inſtar deſperatiſſimorum, atque perditiſſimorum ſontium intereamus in nihilum: vbi tamen, opinor, omnia muta, atque inanima, tanta, & tam indigna re-

rum atrocitate commouerentur; ille autem, si eius vota audirentur, ne quidem esset Thyestæa illa execratione contentus.

Vt nos naufragio expulsi vspiam saxis fixi asperis
Euisceraii latere penderemus (vt ait ille) saxa
Spargentes tabo
Sanie, sanguine atro.

Non ferret omnino molestè, si ita accidisset: immo suo iudicio, summæ id humanitatis loco numeraret, quantum intelligimus ex illo bellissimo contextu, quē perinde, ac Cornelij Taciti, doctus; & ingenuus, & misericors aduocatus in hæc verba citauit. *Si, Patres conscripti, inauditas,* inquit, *istorum hominum improbitates spectatis, ne laqueus quidem in eos suffecerit: est locus sententiæ, per quem & vos clementiæ simul, & seueritatis non pœniteat; omnes ad vnum exterminate.* Nunquam vlla vox aptior, neque politior extitit, ad nefarium, & concitatū huius declamatoris contra nos sensum, atque desiderium prodendum, si huiusmodi aliqua inueniatur in Tacito: sin longè diuersa 254
eo in scriptore reperitur, iste causidicus mirè audacem se falsarium exhibet, atque inuerecūdum scriptorē Principi suo, quē, impune aliena scripta adulterando, præsentē alloquatur; quod ego interea mox magis dicam. Interim verbis ille nos hisce falsè Tacito adscriptis, summæ commiserationis, & humanitatis ergo, damnat exilij, quæ adulterati Taciti verba aliquanto ante Castelli cogitatū facinus Causidicus item Arnaldus pari fide, ingenuitate, humanitate accommodata vsurpauerat: minus ingenuit, imo magis

Textus Cornelii Tacit. lib. 3. annal. à Rabula depravatus 65.

immanes ambo, aut si vnus, idemque is fuit, duplo crudelior, duplo fallacior, quā is ipse Barbarus, qui prior olim illa protulit. Nā, illo toto Taciti loco, Marcus Lepidus eques Romanus Senatū adhortatur, vt aduersus Lutorium equitem multorum ingentium criminum postulatū, in quem adeo sententia Haterij Agrippæ Consulis designati vltimum indictum supplicium esset, mitius agerent; capitisque sententiam humanitate, atque clementia leuiori indicto supplicio temperarent. Iste ex illa oratione ad ferociam deformata, crudelitatis adhortationem instituit, ad suadendum multorum indemnatorum innocentum exitium. Porro vt huius aduocati fides, atque animus deprehendatur; ecce hic tibi ipsa Taciti verba descripta, germanámque Lepidi
255 summa Religione prolatam dictionem. *Si P. C. vnum id spectamus, quàm nefaria voce Lutorius Priscus mentem suam, & aures hominum polluerit: neque carcer, neque laqueus, ne seruiles quidem cruciatus in eum suffecerint; sin flagitia, & facinora sine modo sunt, supplicijs, ac remedijs, principis moderatio, maiorúmque, & vestra exempla temperant, & vana à scelestis dicta à maleficijs differunt: est locus sententiæ, per quem neque huic delictum impune sit, & nos clementiæ simul, ac seueritatis non pœniteat &c. cedat tamen vrbe, & bonis amissis, aqua, & igni arceatur. Quod perinde censeo, ac si lege Maiestatis teneretur.* Ecce, Henrice, Religionem recitatoris Acephali: quin considera, si lubet præterea non tam eius temeritatem, atque perfidiam, ad priscum authorem vsque eo misere deformatum, pro ve-

Patres cōscr. Tacit. l. b. 3. Annalium.

ro, ac legitimo proponendum; quàm immanitatem, ad efflagitandam plusquam trecentorum Religiosorum, & innocentissimorum hominum proscriptionem, quos non alios vsquam potuit, quàm insontes, atque integros comprobarē. quo pacto verò efflagitandam? quo nemo vnquam scelerati cuiusquam vllus in Sicilia Tyrannus. qua oratione? qua Barbarus, pro ingenti Reo conuicto, misericordiam à senatu supplex implorat. quem ad finem? vt pacatos videat, eoque suauissimo aspectu fruatur, vt beatos, vt florentes, vt regnantes Caluini ministros. qua nostra culpa læsus? qua lædi à Catholicæ Religionis defensoribus Hugonoti ministri potuerunt. quæ nostra vlla sunt, sicut Lutorij polluta colloquiā? nostræ actiones, flagitiáue, & facinora, sine modo sunt? aut desperati, vt ille, Rei sumus? iste, qui ita loquatur, qui sic agat, estne vel de facie Christianus? annō, illa si ea erant, quæ iste corrupit, facinora Lutorij in Lutherium suum conijci potius oportebat? Deū vllum esse aliquē putat calūniatorum, falsariorúmq; vltorem, ac vindicē futurū? hoccíne obsecro est Catholicum esse? an infideli 156
Massageta tetriorē? ęquitatis aduocatū? an impietatis patronū? Francū ad humanitatē natū? an misanthropū, aut Tabaiarrū cruēto tabo, ac sanguini, inhiantē? cliētē suo Regi studentē? an emptitiū hostē, Regis dignitatē, ac nomē dedecorantem? Quæ fera vnquā, vlla insana fame, aut rapina dehiscens, tā ardenti, tā cruēto, tā insatiabili gutture teneros agnos insequuta est, quā iste hostis Iesuitas? qui Morpiones? qui Patágones? qui Margaiates?

tes?qui Mammeluchij? visi sunt vspiã,tanto furore ferrea claua aduersos hostes mox discerpendos, igne torrendos, gula illa tabifica deuorandos vrgere, ac insectari, quanta iste Romanus Catholicus humaniorum disciplinarum auidus, probris, mendacijs, falsis æquitatis nominibus armatus, vnum Religiosum ordinem ad æternam infamiam,ad exilium,ad cædem, ad carnificinam,ad sempiternum exitium indignabundus insectatur? si eo tanto odio, vel vnam priuatam familiam sontem, & Ream, ac sibi iusto illato damno infensam prosequeretur, annon magistratus illum sui constringendum putarent? annon eum vecordem, non furiosum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem existimarent? Christianum verò, qui vel Euangeliorum indicem legisset, quis sanum esse arbitraretur? verùm nihil ad illum iustæ querimoniæ, frustra ad illas aures tædis furiarum ardentibus obseratas obstrepitur. ad rationes obduruit; ad humanitatis orationem Caucaso abruptior nihil mouetur; solo sanguine eius pascitur, atque titillatur animus.

CAPVT XLIX. An homines suo iudicio errare possint.

AVDIO DICENTEM, si culpa vacamus, ergône iudices, qui nos suo iudicio condemnarunt iniusti, atque iniurij iudicabuntur?aut si illorum est non iniqua sententia, câne suum nullum effectum consequetur? aut quod caput est antiquabitur? ô doctissimum sinciput! dignum cancellis! dignum curia Parisiensi! ac non potius Lanuuinula præfectura, aut puluere Priuernino subselliario! Ego principio sum côte-

ſtatus accuſandum fore à me neminem: hoc me animo, hoc me cõſilio propoſitum habere: mens duntaxat ea eſt ius noſtrum oſtendere; innocentiæ patrocinari: vnde nulla meritò erit accuſationis vllius conſecutio elicienda: neque enim recte conſequitur à nobis iniuſtitiæ iudices condemnari, ſi nos incolumes eſſe, & innocentes contendemus: inter ſe nihil illa diſſentiunt in iu- 257
dicijs, atque conſilijs humanæ Curię, vbi falli, ac fallere mortales poſſunt, vt inſons, integérque damnatur, Reus viciſſim abſoluatur, ſalua æquiſſimi iudicis integritate. Incidunt perſæpe tempora, cùm in plurimis ciuilium, capitaliumque rerum iudicijs, pugnantibus inter ſe ſententijs, immo diſſentaneis partibus, vbi de iure haud ſtatim ita liquet, contrarij iudices inueniantur: fieri tamen poſſit, fiatque non rarò, vt legis omnes ductum ſequantur. Eueniet etiam aliquando, vt æqui, ac iuſti ſint omnes, tum qui ipſi damnarunt, tum qui damnatum ab alijs abſoluerunt; ſalua illa tanta pugnantium opinionum varietate; cùm id quiſque ſtatuerit, quod re perpenſa rationi magis conſentaneum videretur. Illa enim ſunt curricula multiplicium, variarumque forenſium rerum, quæ ſæpe vel ſua obſcuritate, vel hominum incauta prouidentia, ſolertiſſimi etiam ingenij ſagacitatem, perſpicaciamque præteruolant. Cùm allatum eſſet Henrico ſecundo Francorum Regi Peliſſonem Senatus Camberienſis apud Allobrogas Principem (tum Gallicæ ditionis habebatur) exauthoratum Senatuſconſulto Diuionenſis Curiæ fuiſſe, Tabou-

Henrici ſecundi de duobus contrariis Senatuſconſultis elegans, Regiaque ſententia.

eto cognitore Regio referente ; deinceps verò, re integra, ad Senatum Parisiensem delata, causaque per Codicillorum Principalium subsidiariam veniam, relegata, Reum absolutum, & plaga, in forensi dimicatione accepta, impetrationis diplomaticæ codicillari remedio, persanata, præsidem in integrum restitutum, cognitorem Regium condemnatum : in qua tanta discrepantium sententiarum repugnantia, Rex in hunc modum iudices crimine liberauit, conci-
258 liauitque, cùm diceret, ALIOS SECVNDVM FIDEM, AC RELIGIONEM, ET SECVNDVM CONSCIENTIAM IVDICASSE, ALIOS SECVNDVM LEGES, ET IVRA CIVILIA STATVISSE. Neq; tantam diuersorum, támque dispatium iudiciorum, mirari dissimilitudinem debemus: mortales eius labis, ac mali radicem, & fontem in naturæ suæ imbecillitate circunferunt : fluxæ enim sunt, atque inanes cogitationes hominum, incerta studia, perplexi sensus, improuida consilia, incautæ prouidentiæ, ancipites curæ, implicatæ sollicitudines, vaga, & varia, & capta præcipitis mentis ingenia. COGITATIONES ENIM MORTALIVM (sapientissimus Salomon inquit) *timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ* Quamobrem iudices, quamquam æqui, ac probi circumueniri possunt, & occupari partim innatæ infirmitatis insito errore, partim fraude, & improbitate hominum, quibuscum agunt, nec non varijs, & magnis aliis de causis, quas effugere non est semper huiusce humani inconsulti ingenij. Tametsi etiam, in iure dicundo, numinis vi- Sap.9.

ces,

Psalm. 81. Ioan. 10. Dixi quia Dii estis.

Dei sapientia æquas leges sola facit.

ces, partesque tuentur, eoque ex capite, in diuina doctrina Dij appellantur: Deus tamen eos sibi ipsis aliquando permittit: labi, cadere, errare, eos nonnunquam sinit, vt intelligant, sentiantque se penitus non esse Deos; neque verò, quæ honestè, quæque rectè egerint, statuerint, sibi tanquam authoribus àrrogare debere, aut sibi, suisque viribus, ad iura sanctè reddenda confidere, verùm instinctui summæ diuinæ scienciæ, quæ sola ex se se iustissimas leges inscribere, sola absque errore ius dicere, sola sine fraude docere, sola suo iudicio sancta, incorrupta, inexpugnabilis, non fraudi, non inscitiæ, non peccato, non gratiæ, non formidini, non libidini obnoxia esse potest, suapte natura.

CAP. L. An aliquodSenatusconsultũ rescindi possit.

PRO ALTERA parte, vnde Aduersarius 256
summum, & inexpiabile accersere incommodum videtur, si illa de nostro capite promulgata rogatio abrogabitur, ac reuelletur, aut sine effectu antiquata iacebit; breuiter aio hunc nisi facibus furiarũ scintillãtibus torreretur, nisi eum sua fraus, suum facinus, sua peccata de sanitate, ac mente deturbarent, contentum esse debere, lege iam actum esse, non solùm omnibus in locis, intra fines summæ ditionis Curiæ Parisiensis, sed etiam compluribus aliis in Prouinciis Galliæ; nec inuidere eum debere prosperæ fortunæ paucarum aliquot ciuitatum Aquitaniæ, in quibus, ex tuæ Maiestatis sententia, gratiáque remansimus, non vt viueremus, sed vt vitam omnem nostram instituendæ iuuentuti, & populorum tuo subditorum imperio commodis

dis accurandis dederemus. Verùm quia iste iam pridem omnẽ humanitatis, & misericordiæ sensum abiecit, vt eius quæstioni de abrogando, aut procrastinãdo Senatuscõsulto respondeã, paucis, contendo in primis hunc fugere non posse, nostra, patrúmque memoria, Senatuscõsulta quamplurima fuisse vel omnino antiquata, vel ad tempus, quoad effectum, procrastinata; nulla neque nota iudicum neque, ipsius iuris iniuria. Ac si ipse Princeps supremum totius iuris caput veniales libellos, subsidiariaque diplomata impertit, quæ, eo tantum comparantur, vt Senatusconsulta abrogentur; ex animatæ causæ exsuscitentur; iudicum sententiæ corrigantur; Reî denique foro, ac iure circumuento læsi restituantur; sequitur ea reuocari, & abrogari posse, non modò nullo in-
260 commodo violatę iustitię, sed seruata etiam summa æquitate, si iusta causa inciderit. Quot videmus huiusmodi, in dies, diuersis in locis, immo vno, eodémq; Senatu rescindi, si ratio subsit? tantum abest, vllum vt periculum videri debeat; immo iustitiæ ratio sæpenumero est, eaque pernecessaria, sine qua facile iudicia cum tempore in latrocinia degenerare posse videantur; nisi supremæ authoritatis alicuius arbitrio, veluti freno cohiberentur: id quod tum passim aliàs, quod quotidiana testatur experientia; tum illo Pelissonis exemplo, & Taboueti manifesto conuictum habetur. Atqui ornamentum illud est, hoc decus, hęc gloria principis, ac magistratuum, non præteritarum, inquam, rerum, sed præterea præsentium habere rationem: nec tantùm eorum, quæ

Veniales libelli subsidiariaque diplomata.

Iustitii quod munus.

quæ iudicata, atque conſtituta fuerint, ſed eorum etiam, quæ deliberari, decernique deberent, tum noua ex nouis rebus, nouis circunſtantijs, nouis conſultationibus, nouis decretis, captare conſilia; pro indagandis recentibus nouorum iurium, atque cauſarum, quæ emergere in dies ſolent, argumentis. Anno poſt ſeſquimilleſimum vndequinquageſimo, haud multò poſt quàm Franciſcus primus Galliæ Rex mortem oppetiiſſet, Iacobus Coucyus veruini dominus, è nobilitate præcipua, Bononiæ Prorex, atque Odoardus Blezius è militia Gallica militum Tribunus eius ſocer, cùm illis grauis multa fuiſſet irrogata, genero, capitis, ſecuri percuſſo, quòd montem Regium aduerſus hoſtem Anglum amiſiſſet; Socero, Tribunatus iacturæ, exhautorato; quòd proditæ Henrico Regi Anglo, deditæque Bononæ in crimen veniſſet. Ambo tamen hi Rei criminis abſoluti, anno ſeſquimilleſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Rege Henrico tertio nuper extincto, fuerunt, appellante, ac flagitante Domino Iacobo Coucyo Iacobi mulctati filio, Odoardi nepote: atq; illorum innocẽtiæ promulgata, conſtitutáq; ſentẽtia eſt Bononiæ publicè in foro, decimo octauo Calendas Iulias. Ecce tibi innocẽtes dãnatos: ecce Senatuſcõſultũ irritum, & antiquatum; quantum Principis, in re iã iudicata, polleret authoritas; quæ profecto, æque dignitatem, & ſtatum, & vitam exſtinctis, ſi fieri poſſet, reſtituiſſet, atque illorum memoriæ famam, & decus; poſteritatique impunitatem, & gloriam reſtituendam curauit. Nõ igitur id incommodum, ſed

Iacobus Coucyus & Odoardus Biezius.

261

Ambo abſoluti anno 1577.

æquum

æquum,& iuſtũ eſt.Senatuſcõ ſulta edictis. Principum potiora , ſanctioráque eſſe non poſſunt. Quot tamen edicta reſciſſa? conuulſa ? irrita eſſe iuſſa nos videmus ? Quot ſuo euentu fruſtrata? vel quæ in inſontes eſſent , vel quæ in eos ipſos apertè ſancita , quos non ancipiti ſuſpicione, ſed certa experientia,& cõperto crimine conſtabat eſſe vtriuſque Maieſtatis humanæ,ac diuinæ Reos ? ſtatum ſus deque euertiſſe ? Amboſia , & aliunde ſæpe pupillos Reges ipſos fugaſſe? inſidijs appetiuiſſe ? contumelijs proſcidiſſe? Religionem hoc in regnõ fœdaſſe? leges calcaſſe ? iura violaſſe ? vrbes proſtraſſe ? regiones ad defectionem concitaſſe ? vectigalia in ore Regis decreuiſſe ? arma ſumpſiſſe ? miriades mortalium trucidaſſe ? Regni hoſtibus Regnum diribuiſ-

Contra Miniſtros Hugonotos & Rebelles.

262 ſe ? denique omnia ; vt verbo dicam , in antiquum chaos redegiſſe ? Aduerſarius adeóne ſe obſtinatè oppoſuiſſet , vt illa Senatus decreta defenderet ? ac illud tuetur , quod noſtrum in caput latum ? conſtitutúmque eſt ? non feciſſet ; non læſiſſet amaſios,ſuos & compotores:æquum , & bonum; humanitatem;& miſericordiam pro formoſis illis ſuis compranſoribus appellaſſet. Quod ſi omnino neceſſe eſt Principi obtemperari , eaque ſummi iuris obſeruãtia in eo conſiſtit, vt ſine exceptione, nulla re immutata, aut retractata , Senatuſconſulta ſeruentur : ergo decreta, pro noſtro iure , in Curia Pariſienſi , Toloſana, Burdegalenſi , & alibi ſancita valere , inuiolatéque ſeruari oportebit ; Regiq; hac parte, æquè illis ſciſcendis , confirmandíſque obtemperari:

non

non minus ea Regis nomen in fronte, authoritatémue circumuehunt; quàm illud aliud contra nos interpositum:imò ea probe cognita,perspectáque causá, magna, & graui deliberatione lata sunt,& rogata ab iisdem iudicibus, authoribúsq; publici consilij,æquè suo Principi addictis, ac fidis consiliarijs, ac illi alij aut esse potuerunt, aut poterunt vnquam.Si instat, omnia illa isto solenni decreto Parisiensi abrogata fuisse. Ergo abrogari possunt Senatusconsulta. quid hîc iste præterea dicet?iam salua res est,sudat, alget,titubat, erubescit: quidlibet, modò ne nauseet,per me licet.

CAP. LI. Senatusconsultum cõtra Societatem latũ nostra innocentiæ præiudicatum, ac solidum argumentum.

AIT IESVITAS, qui nihil habent, quod contra huius Senatusconsulti æquitatem opponant, ad extremum adduci vt hoc dicant; si nos Castellus onerasset, si Rei omnes habebamur, quamobrem igitur non capite omnes plectebamur? atque illud ipse respondet eo 263
fuisse, vt nobiscum mitius, atque clementius, quod ego dixi, ex illa Cornelij Taciti sententia ageretur: tum vt Iesuitarum Compostellana crudelitas hac humanitate iudicum vinceretur, qui octoginta nobiles Gallos, qui quingentos Franciscanos patres ad Asoras insulas, audite hoc superi!excarnificauimus. ô misericordē hominē!est fabula ea, quam antè tuæ Maiestati de Asorana carnificina commemoraui. Ad quæ ego respondeo aduersarium æque perperam æquitatem curiæ defendere,atque Principis Maiestatem.Porro ad eum modum quæstioni grauissimæ satisfacere, id verò ludificari est,&iocari illiberaliter fabulis,
verbis

verbisq; profanis coram Principe, in caußa seria, & Christiana, in qua veritas potius fuerat summa fide, cum pudore aliquo, illustranda. Nos nihil quidquam contra Senatus æquitatem attulimus; nihil de eius dignitate detraximus; nihil temere; nihil maledicendi studio in nostra defensione produximus: nostræ innocentiæ contra calumniam patrocinati sumus: haud ita dilemma, sicut iste componit, instruximus; hoc diximus tantùm, si generatim omnes, & vniuersi læsæ Maiestatis Rei cum Castello iudicamur, vbi argumenta? vbi signa? vbi testimonia? vbi suspicionis ex conditione ipsius damnati Rei quæsitæ comprobatio? ac si firmamēta sunt solida, & peremptoria, vbi supplicia tanto facinori, veluti Castellano crimini constituta? illa proscriptio iam ante Castelli ruinas, octo totis mensibus fuerat, nullo successu, sicut nullo nostro crimine expetita, postulata, præiudicata; noua fuerat pœna aliqua statuenda, & noua edenda Reorum exempla, non indulgentia, & humanitas adhibenda ijs peccatis, quæ omni legū seueritate, & acerbitate vindicari consueuerunt: saltem de coniuratis tā horribilis, tam generalis factionis authoribus nonne fuerat capitis pœna sumenda? vbi, vbi illi authores? vbi illa supplicia? vbi illa vniuersalis facta, iurata, sancita generali fœdere conspiratio? igitur exilium, atque proscriptio nostræ innocentiæ singulare præiudicatum argumentum est, quoad Castelli factum; quemadmodum ipsa Castelli, Ioannisque Gueretti concepta in publica quæstione confessio, eiusdem cōtestatio authentica, & certa habetur. Si qui

Nostram innocentiam, salua iudicū fama defendimus.

Iam octo menses erant cum ad exiliū nos postulabant.

preerāt alijs,Prouincialis,Rector,Oeconomus;si Castelli Rej magister,si reliqua turba promiscuè eius criminis insontes omnes,atque incolumes absoluuntur ad vnum,si de Guignardo sumptum supplicium nó magis hoc crimen,quàm Saturni, aut Martis Epicyclos attingit; cur omnes exilio sempiterno mactamur?hæccine misericordia est? Cur? vbi? quò?ád quid?qua in re misericordia?in crudele,ac funestum exiliū exportari?superi, vestram fidem! ita in Reis capitalibus,vt in illo Lutorio,aut in alijs generis,& criminis eiusdem hominibus:in insontibus verò,quis clementiæ loco numerabit, præter hunc barbarum,qui Iesuitarum visceribus, & laniena expleri non potest? 265

CAPVT LII.

De illa aduersarij accusatione Senatus Parisiensis Parisijs nō existit amplius.

pag.66.

QVID PRÆTEREA dicit?quæso diligenter attende;audi obsecro; quem dicam? Patronum apud Regem de ingenti crimine perorantem?an semidesperatum naufragum cum errorum suorum,&cupiditatum procellis,ac fluctibus, pedibus,manibusque certātem? *Iesuitæ, cùm aliud nihil reliquum habeant, quod contra Senatusconsultum adeo vniuersæ Franciæ vtile, ac necessarium strepere audeant, eo prolabuntur, vt dicant (& considerate,*inquit,*quorsum suo furore, suáque rabie rapiantur) Senatus Parisiensis Parisiis non extat amplius.*Per tuam te,ego,Henrice Rex,fidem obtestor,vt audias, quo ille ex capite cruētam hanc accusationem arcessat.Francus Montanus, qui pro nostra Societate,imò,pro ipsa veritate, perelegātem defensionem edidit,aliquo loco eius defensionis,adParisiensem Senatū conuersus ostendit Hugonotos ministros,eorumque sectarios,duplici

plici iterato edicto Regio,ad annum sesquimillesimum octogesimum sextum, ȧtq; octogesimum octauum,vniuersa Gallia facessere iussos, ac pro suis ingentibus conuictissimisque flagitijs expulsos,tamen semestre sex mensium spatium habuisse, vt rebus suis cōsulerent,hoc est, vel ad saniorem mentem se reciperent, ac manerent; vel sua bona, hasta posita, voci pręconis subiecta diuenderent,atque in malam rem abirent; Iesuitis verò nullo crimine conuictis,qui neque Ministri, neque Religioni Catholicæ,pietatique contrarij aut essent,aut haberentur, quindenos tātum dies dictos esse,vt Regno abirent,ternos, vt ex vrbibus, vbi degebant, excederent; de cætero, eos eiectos,proscriptos,calcatos, sæuiusque infinitis partibus tractatos,habitósque fuisse,quàm omnis Maiestatis Reos, omniumq; scelerū architectos
266 Hæreticos. Quę cū Montanus cōmotus aliquāto dixisset, exclamat;annon istud est grauis offensionis præbere materiam exteris nationibus, quæ amant, quæ colunt, quæ admirantur eum ordinem,quem vos damnatis?easque adducere, vt dicant SENATVM PARISIENSEM PARISIIS NON EXTARE AMPLIVS? nihil affirmat; demonstrat,implorat,exorat,plorat,expostulat, postulat, vt ille alter in Synephebis: suū dolorem, & luctum expromit; Senatum tamen impensè collaudat, apud quem suam illam cōquestionem, & conceptum alta mente mœrorē exponit.Nam ponit eū in magna existimatione sanctitatis esse apud exteros; Aduocati in multo grauiora,in illo forensi ardore,frequēter erumpūt:facile enim est

Ministri Hugonoti, eorumque sectatores,& coniurati edictis coerciti.

Breuissimum Iesuitis tempus concessum,vt regno excederent.

in oratore,præsertim mœrente,lacrymantéq; tale verbum aliquod ardens(vt ita dicam)excidere, idque restinctis iam communis humanitatis igniculis reprehēdere. Ac Regius ipse Choreuta visus eo genere loquendi Domino canebat. NOMINI *tuo da gloriam,nequando dicant gentes*, VBI EST DEVS EORVM? Scilicet hoc volebat:nisi nomen tuum gloriosum in gentibus exhibueris, annon inde ansam eam luculentam habebunt,vt prædicent non extare amplius Hebræorum Deum? Si sāctissimus ille & vates,&princeps ita Deū affari potuit,salua numinis reuerētia; quare furore, ac rabie percitus Frācisc⁹ Mōtan⁹ habebitur,qui ita fremocinetur? *nisi ista*,inquit,*tāta seueritas iudiciorū, quæ in homines innocentissimos facta est,Senatus humanitate,atq; clemētia mitigētur, an nō iusta aliqua suberit causa dicendi Senatū Parisiensē Parisiis non exstare amplius?* Qua de causa nos tandem furoris, atque amentiæ ab amentissimo homine arguemur? qui etiam hac parte ex musca Elephantem facit? mundum ex atomo fabricatur? exspatiatur in punctulis? tragicè apud tuam maiestatem rem penitus nullam exaggerat? illáque alia verba conglobat,quæ nulla Alecto,apud Maronem,cùm ex 267
Tragica aduersarii exageratio. pag 66.
Orco erumperet,ausa vnquam esset efferre? *Aspice,Rex, te quæso, illorum*, inquit, *impudentiam, illorum feritatem, illorum arrogantiam, qui in Gallia ita loqui audeant: Senatus Parisiensis Parisiis non existit amplius.* Atque etiam clausulam homo sobrius magis prauo, magisque Tragico mendacio claudit. *Verum quid expectamus*, ait, *vt summa iurisdictionis tribunali parcant, si sicarios mittunt, qui Reges*

bicipiti

bicipitibus gladiis cōfodiant? ô Spartace! quem enim te potius appellem? ſi quæ dixiſti, confinxiſti contra nos deprehenſa, manifeſta, & confeſſa eſſent omnia, quam aliam crudeliorem poteras clauſulam eiaculari? ac ſi adeo in promptu illius perrapidæ eloquentiæ torrentes haberes, atque ex ore tortuoſas, ac perplexas effrenatarum affectionum, & concitati ſtuporis vragines eructaſti, annō in diras eluuiones identidē, quibus demergeremur inundares? Ecquid ageret, Henrice, in illa copia, qui fremit modò, qui frendet, æſtuat, fulgurat, tonat, nóſque in cyatho nebulæ, vt cum Comico dicā, ingurgitare conatur precipites? atqui quò tandem iſtius fulminaſtri tonitru? quò eius criſpiſulcantis Salmonei ſtrepitus? fremitus? currus? quò iactus? quò ictus? quò fulmineus cuneus? quò fœtidum ſulphur erumpit? quò tot illa ſpicula? tot acumina diriguntur? ponamus Franciſco Mōtano excidiſſe illud, vt ſcriberet. SENATVS *Pariſienſis Pariſus non exiſtit amplius*, quod nuſquam fecit: adderet etiam nullam nos Rempublicam habere; iacere leges, perijſſe homines, humanitatem latere, ſolem in ſole, mundum in mundo, Pariſijs quæri Pariſios, non reliquam vllam eſſe imaginem iudiciorū, non ſimulacrum vllum priſcæ clementiæ; captum, atque oppreſſum eſſe forum, ſublatam eſſe è Republica fidem, conſtantiā, & ſpem: hæc ſi ille in illo æſtu amplificationis oratoriæ exaggeraret, quod nunquam illi in mentē venit; ſi teſtaretur præterea ſuperos, maria ipſa, & fontes, & flumina cita-

Vani, ac pueriles conatus aduerſarii.

 ret,

ret, Syluas, & colles, vt quondam ille Demostenes orator sese clamosè circumrotás appellaret; mortuos loquentes induceret; eiulantes pueros circunferret, vrnam in gremio, bustumque gestaret; denique saxa, & rupes Echo respondente lacesseret; quod fecit Acephalus; quod Montanus ne cogitauit quidem. Ergône propterea, cùm ea ille cuncta fecisset, tanto cum fragore, tonare, tam terrificam clamorum grandinem, tempestatemque profundere oporteret? Rex, obsecro te: quæ tum eius argumentationis futura vis esset? Francus Mon- 268
tanus subiratus dixit Senatum Parisiensem Parisijs non existere amplius. Ergo velitis, iubeatis P. C. vt Iesuitæ omnes proscripti, extra Galliam, procul deportentur: Ministri autem Hugonoti, qui in Deum, ac Deiparam; qui in Pontificem Regi percarum, ac iucundum; qui in ipsum Regem, immo qui in omnes Galliæ Reges, qui in omnia tribunalia, qui in omnia iura, qui publicè, qui scriptis libris qui perpetuò, qui impune omnis generis maledicta iactarunt, seruentur tamen, volitent tota Gallia, florentes, ac beati prosperent. Iam iste frugi cùm de Iesuitis adeo efferatè, ac sanguinariè nullo pudore, nulla modestia apud Regem, nullo, quod caput est, etiam argumento, concluserit, quam pœnam meretur, tãta audacia innocentissimos, ac Deo dicatos homines calumniatus, fœdámque illorum, ac feram proscriptionem in culice, atque in re nihili fabricatus?

Patres conscripti.

PERGIT

CAPVT LIII.

Ad argumentum ex querimoniis, & vaticinationibus petitum.

PERGIT IN NOSTRA maledicta; quasi verò ei pulcherrimè priora processerint; arguméta ad querimonias, & vaticinationes reuocat, ad nostrum exilium perorandum. *Anno 1564. extitere decem aduocati*, inquit, *vno, eodémque tempore, qui contra illos simul dicerent: inter hos qui pro Republica contendebat, vir bonus, seruus egregiè domino fidelis, si vsquam alius; vaticinando pronunciauit.* RES NOVA, ET MAGNA, ET MIRABILIS! *omnia facta, omnia studia, quæ in ipsis postea animaduertimus.* in cuius assertionis antecedentis anfractu, flexuque, illa eadem inuoluta complexio delitescit. Ergo iustitia est exilio plectere Iesuitas. Ad quæ ego: nihil mirum tam multos tum patronos contra innocentiam extitisse, vnum autem nobis esse inuentum, qui æquitatis patro-

Pag. 54.

Iudæorum Synagoga vniuersa Christum accusat.

69 ciniũ tueretur: fuit ab vniuersa Iudaici populi Synagoga Christus humani liberator generis accusatus: nemo pro illo patronus, apud iudicem, extitit. Permirum autem est, ac prodigij simile è contrario Iesuitarum innocentiam adeo inexpugnabilem, adeo valentem fuisse, vt contra tot Aduocatos illa vna deserta consisteret: ipsique tot copijs, tot armis, tot viribus appetiti contra vim tam multorum, tam animatorum hostium seruarentur illæsi. Rursus portenti etiam illud instar est, supremam Curiam adeo opportunè collustratam, edoctamque fuisse diuinitus ab eo numine, cuius instinctu, veluti claro iubare exorto, mentes, & consilia hominum, sensus, atque voluntates iudicum gubernantur; vt cerneret, vt audiret, vt perciperet ius despera-

 tum

tum deſertæ, atque vexatæ Societatis; in tanta, tam cœca, tam denſa caligine, ac nimbo; in tanto aduocatorum vociferantium ſtrepitu, & vlulatu, eius etiam defenſionem, & clientelam ſuſciperet haud multo ſecus, quàm liberorum ſuorum commoda, & procurationem parentes ſuſcipere ſolerent.

De illo Augure vaticinatore.

Quoad illum, qui noſtra ſtudia, opera, conſilia, multo ante prędixerat, quàm euenirent; non habeo quod dicam, niſi egregium Augurem, & Aruſpicem, imo Pullarium fuiſſe; ſi illa bene vidit, quæ nos funeſta poſtea accidiſſe, non tam vidimus ipſi, quàm ſenſimus. Atqui non video quem ad vſum aduerſarius congerat illa prognoſtica: ſi vt efficiat, quemadmodum inſtituerat, ideo iuris eſſe abigi Ieſuitas ex Gallia; ad illam conſequentiam inutilis eſt, & ineptè petita præſumptio; & tota ratiocinatio non minus diſiuncta, ac diſparata, quam ridicula, & puerilis: quomodo enim ſibi illa cohærent? *homo fatidicus omnia, quæ in Gallia Ieſuitæ molituri eſſent in poſterum, multo antè tempore deſignauit: ergo omnes à Regno exigi rationi conueniens, æquitati, ac iuri conſentaneum videtur.* Quis eum non rideat, qui hunc in modum argumentetur? aliquis eorum ex numero, qui Aſtrologi vocantur

Digna aduerſario ratiocinatio.

curſus aſtrorum, reuerſiones, conuerſionesque ſtellarum, ſolis, ac Lunæ circuitus, omnium aliorum ſiderum, tum quæ inerrantia ſunt certis infixa locis, tum quæ non tam re, quàm vocabulo errantia, viciſſitudines, ſpirationes occultas, arcana curricula omnia præmonſtrauit, 270

quæ

quæ inde à quadraginta solis anfractibus acciderunt. Ergo è cœlo reuellẽda sunt sidera: aut etiam iterum: Mantes aliquis præstigiarum, atque diuinationum artifex diuinauit, quæ apud Rhetios Teutonas in hypocaustis ante quadraginta annos gesta sunt: æquum illos igitur est ex suis pagis, atque ex suis hypocaustis auellere, illis potu, & mensa interdicere; offam eximere, aquam indicere, ieiunium imperare, diætam præscribere, abdomen macerare, saginam mactare, aqualiculum complanare: aut si mauis, equis Germanicis illos publicè donare, minusculo sclopo armare, tum in Galliam turmatim accersere. Itaque hic homo sensum perdidit; scopum videre, aut sui iam memor esse non potest, adiuuandus est: subleuabo inimicum, vt possit intelligi: dicere volebat, quod deinde contendit; coniectorem hunc aduocatum decus Collegij Augurum, ex familia Alaudarum, cùm de cœlo seruasset verbenatus, atque hunc lupũ cum vulpecula, aperto ad læuam ore vidisset, præcinuisse, prædixisseque extemplo, nos Parisiensi Academiæ exitio, & cladi futuros: Principibus vèrò, ac Dynastis mirandum in modum obfuturos; quare, æquum videri nos ad vltimas terras ad Patagones amandari. Quam ego plusquam Accianam ariolationẽ, hoc sensu expositam non cœlestẽ, sed scelestam esse, & nequã, & meram deniq; vaticinationẽ ex tripodibus Lutheranis veritati penitus repugnãtẽ affirmo; quapropter conclusionem exinde conflatam nullam, inanem, & irritam videri oportere. Pag. 55.

Principio, non modò non Academiam, quod

An Academiæ vel principibus damnum atque exitiũ attulerimus.

ille coruus vaticinatur, euertimus: ſed vti à me fuit, alio loco, diſputatum, illam pro tenui, quæ nobis inerat facultate, proueximus. Tum præterea nemo eſt Princeps toto orbe Chriſtiano vſquam inuentus, qui de vllo noſtrum conquereretur perinde vt damno aliquo ſibi, ſuisve bonis 271
à quoquam illato: quin etiam vulgò, ac paſſim ipſi, noſtris nos obſequijs ſibi fructuoſos, ſuis non inutiles cenſuerunt eſſe: pro quo teſtor ego iam omnes, toto habitabili orbe, qui in ſua ditione ſocietati luculenta fundarunt, inſtituerúntque collegia; in Polonia, in Boëmia, in Sueuia, in Trãſſyluania, in Bauaria, in Auſtria, in Heluetia, in Flandria, in Lotharingia, in Italia, in Sicilia, in noſtra Gallia, in Luſitania, in Hiſpania, atque alibi latè tota Europa Chriſtiana, vt nihil dicam de Philippinis, de vtraque India, de Iapone, de Molucis, de alijs recens compertis regionibus, apud

Fides Catechiſtæ ne quidem humana.

ipſos Antipodas, quibus in locis non credit Catechiſta nos degere, adeo non modo credulitatem diuinam, ſed fidem etiã omnem humanam amiſit: vt quod omnes vident, ſentiunt, tangunt, quod ipſi Hugonoti fremunt, ſtupent, horrent, vnus ipſe non credat: ibi igitur omnes ij Principes ſocietatem amplectuntur, ac fouent, ſua non modò ope, ſed ſingulari, & non dubia beneuolentia: ac tamen peræquè ſui imperij, ſuæ ditionis, & ſtatus eſſe ſolent tenaces, ac ſtudioſi, atque Reges Galliæ ſui Regni: neque verò credibile eſt eos deceptos, ac circumuentos fuiſſe, cùm tot in locis, tanto tempore, tam accuratè, tam familiariter, tam in rem præſentem noſtras functiones, noſtra

noſtra ſtudia,noſtra conſilia;tanta ſapientia, tanto iudicio, tanta experientia prædìti homines ſpectarent,obſeruarent, introſpicerent. Quod ſi illa prædicta, illáq; auguria aduerſarius de Franciæ Regibus, de Regibus Angliæ, de Comite Mauricio,ac de alijs eſſe voluit accepta, in quorũ caput nos tentaſſe aliquid exprobrauit; æquè fallacia comperientur, quàm illa ipſa argumenta,quæ in accuſandis nobis exhibuit manca, & fluxa,& vana fuerunt, demonſtrante, & ratiocinante me,iudicata. Quam ob rem illa diuinatio ex inauſpicata aliqua, infortunatáque Ephemeride eſt accerſita, quæ præter ſpacium lunæ concauum inane, aut Næuianam phantaſiam, ſolidum habere nullum fundamentum poteſt;quando iſti non id,quod res eſt,ſibi ipſi effingunt, ſed quod vel odêre,vel ſomniant, vel optant, veluti qui nebuloſo,& caliginoſo cœlo, nubila cõtemplantur,ſibi Hippocẽtauros,Leones, Chimæras, Hybridas,capráſque ſaltantes excogitant, & alia id genus ſimulacra, quæ ipſis ex ſua fictione,non ex veritatis conſcientia ſuppetunt; quæque ex vaſe,veluti Ariſtotelici ranunculi temere emergunt:aut verò,ſi mauis, ad inſtar ſordidorum hominum inexplebili auaritia contabeſcentium, qui Apenninos ſomniant aureos, & theſauros multifariam ex ſpeluncarum abruptis altitudinibus, ſubterraneiſque ſpecubus fatiſcentium terrarum effoſſos. Ex quibus, Henrice,cõſtituere facile potes, quam proiecta fronte aduerſarium habeamus, qui fabellas Regi ſuo, & præſenti Gallicæ Maieſtati impunè vendere, pro magnis com

Prognoſtica tã falſa quã huic loco aliena.

272

Amantes ſibi ſomnia fingunt.

comprobatiſque miraculis nó erubeſcat:ea enim argumenta ſunt eum ad finem ab æquitatis loco repetita,vt vel reditū noſtrū impediat;vel qui reliqui ſumus in Gallia reijciendos , atque perdendos,ſi qua machina poteſt,perſuadeat.

CAPVT LIV.

De auctore Catechiſmi Ieſuitarum; necnon de eius diuinatione.

SED QVONIAM emerſiſſe iam è vadis, & ſcopulòs præteruecta videtur,Regio fauore,prouecta defenſio , perfacilis mihi ad cætera reliquus curſus oſtenditur : antequam verò ad illa venio, quæ deſumpta ille ab vtili cóparauit; neceſſe eſt nonnihil carptim attingere de alio quopiam Augure , cui accepta debentur allata prognoſtica,nó illi alteri,quo de verba facere voluit aduerſarius:huius hominis noméclatio mirū in modum æquitatem, quæ hoc loco agitur,illuſtrabit.Non modò nobilis eſt,ſed famoſus,& ſua perquàm illuſtris infamia : ſimul hinc , Henrice, id ego conſequar,vt intelligant homines; intelligat Maieſtas tua,quàm acerbo odio, quàm inexpiabili inuidia ; tum à quibus hominibus ; quàm nulla de cauſa,qàum iniquo, cóclamatoq; conſilio ad internecionem vſque,ſi fieri poteſt, poſtulemur. At quo noſtro ſcelere poſtulamur ? ipſe equidem noſti hactenus apertè : quo æſtu ? qua flāma ? qua nullus ſicarius,vel perduellis,ac parricida : à quibus hominibus ? cui id obſcurū eſſe poteſt?ore,& mente,& fronte periuris; oratione, atque ratione deuijs;moribus, & ingenio barbaris;fide, & conſcientia deſperatis ; tam Regum, quàm Ieſuitarum hoſtibus, proditoribus Regni, 273
deſertoribus Religionis, irriſoribus,cótemptoribus, vexatoribus virtutis:quos notare, quos verſare

Quos homines aduerſarios ſocietas habet.

ſare

ſare tantiſper, quos pro meritis tractare operæpretium fore confido;tum obſequium fidele, vtileque tuæ Maieſtati futurum; neque à communi Reipublicæ vſu,aut vtilitate,vt ſpero alienũ erit, eos palam prodere,ſuiſque coloribus in bonam lucem collocatos ex latebris deſignare. Ille Aruſpex,Henrice,coniector rerum futurarum, is ipſe aduocatus extitit,qui ad annum M.DLIIII. Pariſienſis Academiæ cauſam egit in Ieſuitas: eius diuinatio fuit ipſa illius ſcriptis edita altercatio; quam vbi declamaſſet in Curia, curioſè eam vſque ad annum M.DXCIIII. penes ſe ſeruauit in pluteo;tum verò occaſionem nactus officiendi, quod pridem fruſtra animo deſtinauerat,Ieſuitis, quos ſe deteſtari, quos ſe abhorrere affirmat (nam etiam is ille inueteratus, ac primus ſycophãta, & accuſator eſt Ieſuitarum in Gallia)quas libido tulit ei libello famoſo;neque enim forenſi actioni, notulas inuſtas ſecundis curis appoſuit, tot mendacijs, totque maledictis infertas, quot illi ſua illa cupiditatum, & odiorum infinita Augia ſubminiſtrarat;pro ſumma, ac pene incredibili earum rerum varietate, quæ per tringinta annos in Regno patratæ, tranſactæque fuerunt. His commentariolis deformatam,his recentibus notis onuſtam, compunctam; imò verò his aruſpicinis plagis, ac maculis inuſtam, & ſtigmaticam Ephemeridem declamatoriã, aut verius extiſpicinam librario prælo mandauit, proinde, ac ſi eadem illa ipſa fuiſſet, quam ita anno ſeſquimilleſimo ſexageſimo quarto per multas horas omni contentione gladiatoriorum laterum declama

Catechiſta Ieſuitas deſtatur atque abhorret fol. 28.B.

clama

clamauerat, vt digestio potius Bassaridum, vel Phœbadum actio, quàm declamatio esse videretur: vt dicerent homines, quemadmodũ loquitur aduersarius; *At at nõ vanè id nobis anteà, claro augurio, de Iesuitis ab illo fuerat pronunciatum! sola mihi tales casus Cassandra canebat!* Rectè igitur Renatus à fonte illi non inscitè exprobrat, sursum versus, retrò, & ex transuerso, fuisse vaticinatum, cùm poëtarum gentilium more præterita perinde, atque futura portẽderet; & quod peius est, in Iesuitas nefariè, & falsò traijceret; quod ipsum mendacis est, & falsarij vatis, iuxta, ac malitiosè improbi sycophantæ. Is idem ille ipse, est, Henrice, vates (liceat maleficum Augurem, ac ridiculum Aruspicem tua cum venia vatem dicere) qui libellum conscripsit illo sacrilego indice inscriptũ CATECHISMVS IESVITARVM spissum alterius Blemmij commentarium, scilicet ille studiorum illius, consiliorum, & scelerum satrapa laternarius, tam eruditus Catechista, quàm salsus, ac lepidus Aruspex; tã probus senex, quàm frugi olim adolescens; tam religiosus aduocatus, quàm fidus, ac sanctus Regni patronus: cæterum autor vnius formosi operis in omnem partem idonei ad anteactæ vitæ exhibitorum actuum explendam, & continuandam Catastrophen; ad illam effœtam, ac moribundam dignè, aliquo corymbo, caniciem, tanquam illata coronide, cohonestandam; ad iucundissimam immortalitatem egregio nomini, in omnia retro futura secula, conciliandam; nec ad minorem gloriam consequendã sanè, quã ille reportauit Erostratus, qui

Pag. 54. 55. 56.

Modus vaticinandi præposterus.

274

Erostratus.

qui æternitatem nominis ſibi, excitato ad Dianæ templum incendio, comparauit.

Catechiſta pſeudopropheta.

Adulterinum, ac fraudulentum Augurem extitiſſe ipſum, ex ipſo demonſtro: nam ille cùm fatidicam eam, ſi placet ſuperis, declamationem pro Curia pronunciaret, de noſtra Societate prædixerat eam ex Columbino neſcio quo ortũ habuiſſe IESVITARVM authore; Ieſuatarum dicere voluit, ſemper hîc errat: non hodie de cœlo rite ſeruauerat; pullos non aptè ad caueam bonus Pullarius obſeruarat; ſimilitudo nominum optimum extiſpicem fefellerat: non potauerat rectè; non ſuccuſſum ventrem agitauerat: non collum, non oculos, non labra diſtorſerat. poſtea in Catechiſmo, meliore Deo, rem acu tetigit; falſus eſt Ieſuitas non à Columbino inuentore eſſe, ſed ab Ignatio Loyola parente, ac decem ſociis Pariſienſis vniuerſitatis alumnis huius Societatis authoribus: diuinauit; habet cor; vaticinatur quæ oculis videt; tripode dignum ſuperi! atque olla, imo etiam cacabo, & patella hominem! tum igitur mentiebatur tamen, ac ſuam puerilem prodebat rerum præteritarum ignorãtiam, ortusque Ieſuitarum inſcitiam, quos antequã noſſet, immortaliter oderat. Quomodo igitur illa in vociferatione, neque enim oratione, Caſſandra fuit? (niſi ex templo forſan, opinor, à furioſo Aiace Oïleo vitiata) cùm Ieſuitarũ futura ſtudia, nè facta

Columbinus fundator Ieſuatarum, nõ autem Ieſuitarum.

275 deſcriberet, multo cognitu, ſcitúque difficiliora, quàm præterita? quam multis ſcripta voluminibus? quàm decantata paſſim, ac publicè in agris, locisque deſertis? præterea cùm declamaret, illis

ſuis

ſuis reſponſis, atque prognoſticis, omnia in noſtram Societatem maledicta coniecit: idem, exiguo poſt tempore, ſecum ipſe diſſentiens, quod vani, & veteratoris vatis Argumentum eſt, ſcripſit Epiſtolã, cùm meliorem Deum accepiſſet, qua Societatem eandem miris laudibus tollit in cœlum. Ecce extremam epiſtolæ paginam, qua inſtitutum de Ieſuitis ſermonem colligebat. *Quantum ad me attinet, non exiſtimo Hugonotos in iſtis hominibus hoſtes exiguos eſſe nactos; cùm res ita ſit præſertim, vt inter omnia genera ſacrorum, ac religionum, Chriſtianam obtineri oporteat precationibus, exemplis, bonis moribus, ſanctis adhortationibus, non armis, aut mucronibus gladiorum.* Ita equidem facile tuam operam, & ſepiam mutuati Hugonoti præ ſe tulerunt, ſe nos non modò non exiguos, ſed capitales, & maximos hoſtes eſſe nactos. Iam ſi fatidicus afflatus, Henrice, huic Caſſandræ, non enim huic viro; dum contra nos diceret, inſuſurrabat hanc ſocietatem Academiarũ exitiũ, ac politici ſtatus cladem futuram; quis genius illum impellebat, vt ederet, hac epiſtola, tot, tamque luculenta præconia? poſtmodum verò ille ipſe prædiceret omnia, ijs, quæ paulo ante dixerat, omnino pugnantia? calidum, ac frigidum eodem pene tempore, eodemque ex ore ſecũdum Anianæum apologum efflaret? ſi ait non ſibi fuiſſe tum notos Ieſuitas, quomodo tam multa, tam certa, tam grauia de ignotis igitur portendebat? cur accuſabat? cur inſectabatur? cur oderat quos nondũ norat? hoccine viri prudentis eſt? hoccine diuini Auguris prænũciare quę neſcias? cur etiam 276
poſtea

Catechiſta Ieſuitas omnibus maledictis lacerat

Idem eos laudit.
Lib 4. epiſt.

postea de ignotis hominibus,tam multa, támque ampla encomia decantabat?plenum numine vatem adeóne vel earum rerum de quibus diuinaret ignarum esse oportebat, vt mera mendacia proderet? vt suarum cogitationum ipse immemor titubanter passim, ac variè loqueretur?vt sibi ipsi dissentanea diceret?vt se iugularet ipsum, & versiculis contradicentibus interciperet, qui neque veritatis vmbram possent habere, neque consensionem, aut conciliationem admittere? ipsum igitur est,quod ego dixi, absque augurio, sed funesto tamen auspicio declamauerat: triginta post annis suos clamores nouis mendacijs exaratos,lege lesbiana protractos, ad amussim, modulúmque temporis iussit excudi, dictatu cæcorum vel sua cupiditate, vel nostra inuidia hominum, quorum profundas libidines Catechista, cum Catilina Franco venditare pro sanctis oraculis deliberarunt.

QVOD ad opus attinet, quod edidit, cui Iesuitarum Catechismum nomen affixit; quia de eo nunc agendum est, vehementer in prima ingressione pendeo animi, quodnam ego illud esse,suône authore dignum, an indignum dicam:si dignum esse contendero,quod probatur magis, apertè designo scriptoré suo libello mentem habere haud absimilem, æquè etiã tetram, vt ipsum illud attramentum, quo suam non tam chartam, quam vitam aspersit; hoc est, extremæ intemperantiæ cófertissimam:subuereorque ne, si optimo iure agam,illum opprimam,aut ne non prima fronte moderationem ipse,vel modum te-

DE CATECHISMO IESVITARVM.

neam:ſi alterum dixero, innuo nõnihil ineſſe honeſtatis,atque virtutis, à qua lõgiſſime hic abortione proiectus fœtus abhorret: atque etiam in diſcrimen adducor, ne pariter ipſe mentiar,cùm fieri haud quaquam poſſe videatur, omnémque hominum credibilitatem excedat,hocce portentum ex tot mendacijs,tot calumnijs, tot probris conflatum vnius hominis vel expoſitum etiam partum eſſe potuiſſe; qui modò humanitatis, & honeſtatis in cõſcientia, vel vllũ pillũ habere videatur. Conſultius agam, ſi neutrum principio definiuero,priuſquam de ipſius operis incunabulis,& tota ratione dixero;ne indicta, penitúſque non cognita cauſa,iudiciũfeciſſe videar; tum verò,vt re audita amplius, tua Maieſtas, vniuerſáque Gallia de artifice,pro æquitate ſentẽtiã ferat.

CAPVT LV. Cuiuſmodi ſit Catechiſmus inſcriptus Ieſuitarum, ex ſuis quatuor cauſis æſtimatus.

SIT IGITVR HOC PRIMVM in hac tota diſceptatione, id operis tot de cauſis eſſe damnandum, quot cauſæ damnandi, deteſtandíque cuiuſquam malefici operis eſſe poſſunt:ex ſuo efficiente ſcriptore, ex ſubiecta materia,ex ſpecie,ac forma;ex fine, cuius gratia cætera comparantur.Scriptor, ac veluti operis parens Iuriſconſultus is eſt,aduocatus ex veteranis. Quadrageſimus agitur annus, quo eam artem ille factitat,magis octoginta,vt fertur,iam homo annos natus; domeſtica religione Catholicus; quæ duæ res primùm illum monere, ac permouere per ſe debuerant, vt vel ſapienter ſcriberet, vel taceret; deinde eius libellum eo maioris criminis Reum, & grauiori ſupplicio dignum efficiebant:finis,atque illud vltimũ, quò ſuum opus, 278

ſuámque

ſuámque induſtriam omnem retulit, is fuit tantùm, vt nobis ſempiternam infamiam, odiumque inſigne conflaret: dicat ille licet id auſum eſſe ſe, Reipublicę cauſa: hoc idiotis phrygionibus eſſet, hoc circumforaneis potius mulierculis diſſerendum. Eſt ille quidem egregius, & vulgaris color, ea recepta facilis, atque in promptu obtenta excuſatio eorum hominũ, qui magnificè, ac ſplendidè mentiri, omni fucata malitia, fraude, ac perfidia fallere, qui ſuo furori, proſpero ſubſolano, pleniſſima vela pãdere, vnde aliquis flatus oſtenditur, quouis Reipublicæ damno, ad perniciem patriæ ſtatuerunt. Sed ſapientum vox eſt, habendam eſſe fidem tam factis, quàm euentis certiſſimis intimæ mentis indicibus; nõ inanibus dictis, quæ ab animo, & à ſenſu diſſentiunt, quoad ei, qui fraudem ſtruit, collibitum eſt. Hac in re verò, qua de agitur, infimæ quoque conditionis, & animi natura ſimplices homines hoc per ſe vident, tantum abeſſe, vt Reſpublica queat compendij aliquid ex maledictis iſtiuſmodi reportare, vt potius inde grauiſſimam offenſionem incurrat, tantúmque lædatur, quantùm, vt quiſque optimus eſt, huius Societatis obſequia, ac ſtudia ad commune Reipublicæ emolumentum ſpectare, non ex maleuolorum trutina temerè, ſed ex veritatis ipſius ſtatera prudenter æſtimat. Reliqui ſunt Ieſuitarum obtrectatores inimici tantummodò, ijdémque coniurati Catholicæ hoſtes Eccleſiæ; qui quæſtum inde ſibi magnum, atque vberem proponunt; qui incredibilẽ lætitiam capiunt; qui ampliſsimè triumphant, gaudio exultant, omni

Mens, atque conſiliũ Catechiſtæ eſt Ieſuitis æternam infamiã conciliare.

Facta quã dicta certiora.

Opus Catechiſtæ publicæ offenſionis eſt ſeges.

Egregiã Ταgonotis operam nauant.

cumulatiſsima voluptate libidinem hinc ſuam, cum authore, mirabiliter explent: inuentum eſſe non obſcurum Hugonotorũ interpretem, atque mancipem, ſibi, atque Caluino gratulantur: quibus rebus eſt perfectum vt adeo ſtudioſè, ac fideliter Rupellæ ab Hugonotis excuderetur; deinde viliſſimo pretio diſtractus veniret, vt ante monui; imo gratuitò, atque precario, quàm latiſſime diſſeminatus volitaret, ex CAVSALI ærario, ex reformato auri coronarij marſupio; eò igitur ſpectat, ad eum finem retulit omnia; vt nos falsiſſimis maledictorũ notis denigratos hominum infamiæ traderet ſempiternæ: quippe Hugonotorum ſuorum concepto more, quibus tam fidelem, tam gratã, tam expectatam operam nauauit: cùm antehac ipſi alios ſuos, irrito cœpto, in lucẽ infamiæ buccinatores libellos tradidiſſent. Hoc ſpectat, hoc inſaturabiliter cũ collega declamatore deſiderat; non vtilitates, aut cõmoda Reipublicæ; multo minus tuæ, Rex, gubernationis, ac ſtatus emolumẽta: quamquã hunc ramum ambo arripiũt, vt ſurſum adrepãt, vt ſeſe, ea ope dulciter efferant, vt ſe edito loco conſpiciendos, atque aſpectabiles præbeãt: nã conuiciũ per ſeſe cohærere diu non poteſt: nõ altas radices habet, vt ſeipſum diu attollat, aut propaget ſolũ, niſi alienis opibus, accitóque aliũde præſidio, ſuſtẽtetur. Habet inſtar Hederæ, quæ ſolitaria, ex ſuo ingenio conſiſtere, aut ſeſe in altũ euehere non poteſt, niſi ad vietam arborem, ruinoſúmve parietem ſerpens multiplici lapſu, & erratico, ad ea veluti adminicula, clauiculis tanquam manibus apprehenſa,

Rupellæ excuſus.

279

Pag. 7.

Hederæ.

hensa,vt seipsa erigat,adnitatur.

Quòd si tetertimi Cacodæmonis ea rabies, caáque nequitia est ad eum finem,in singularé, ac priuatum hominem scribere , quamquã occulta quapiam , non fictitia , sed comprobata culpa subesset;statuat , si lubet , maiestas tua, quænam huius operis tota ratio , conformatióque esse debebit,ex méte authoris cõiurati,comparatique ad vniuersum ordiné nostrum ex professo indignissima violandum infamia; imò de se ipse verò iudicium faciat , deque suo crimine sententiam, suopte ipse ore , pronunciet ex ipsis suis monimentis,atque effatis repetitã.Nam cum aliquando ad nescio quem scriberet,a quo rogatus, consultusque fuerat,num iudicaret sibi quandam fabellam pro vera historia nuper vulgatam repre-
280 hendendum esse ac refutandam ; non videri respondit ; monuit licere duntaxat amice iuuare cõsilio,ac literis,si opus esset,admonere familiariter;si quid cõtra,quàm ratio veritatis exigeret, scripsisse viderentur ; aut etiam strictim , quasi aliud agendo moderatè eis contradicere : *verum id subdiicla, & meditata ratione,& dedita opera præstare, separato,inquã, atque destinato volumine , id ego iuxtà,ac latrocinium*, inquit,*puto*.Se igitur hic suis ipse verbis fateatur, in se ipse prolata sententia, grauiori supplicio dignum,quàm latronem.Nam si latrocinium est,omni verò capitali pœna mulctandum,vel merum, ac simplex peculiari industria mendacium refutare,quod vult ipsemet, ne non more,& legibus,aut non idoneè author arguatur; vel priuati hominis famam ex professo,

Consilium calũniatorũ Cacodæmonum.

Bonus Consiliarius cæteri , nusquã [illegible] lib. 9. epist.

famoſo arrodere libello, vt omnes leges humanę, ac diuinę clamāt, ne naturæ ipſius inſita hominibus inter ipſos ratio violetur; quę macula, quod crimen, quod ſcelus id erit, qua pœna, quóve cruciatu, ipſius iudicio expiandum? contra publicam, & inexpugnabilē veritatem de induſtria non librum ſcribere, ſed omnium maledictorum mephitim, atque popinam egerere? cædium, ac ſanguinis fruſta eſculēta cruenta vomere, cui vel ructare turpiſſimum eſſet? teterrimam proſcriptionū, ſeditionum, impietatum, ſacrilegiorum contagionem, & peſtem efflare; afflare conuicijs, & erroribus, & obſcœnitatibus orbē terrarum? non ad monendum, ſed ad mordendum, nec ad accuſandū, ſed ad perdendum, omniq; infamia obruendū, nō priuatū quempiā hominem, ſed omnē religioſum vnum ordinē, expectatū bonis, vtilem Eccleſiæ, probatum vel improbis, deſideratū principibus, acceptum, & cōmodum barbaris? quem ipſe iam toties? quem ferina pluſquam veſania? quem primus omnium? quem nihil vnquam, ne pilo quidem læſus? quem à nemine prouocatus? quem impunè tandiu? quem dedita, occupata, deſtinata opera? quem ſolo odio, ac ſolo furore, ſine vlla vel priuata, vel publica cauſa: quem ſobrio, & deliberato, & non occupato animo, cęſim, punctim, minutatim, fruſtratimque diſcerpſerat? quibus circunſtantijs atrocitas criminis ad ſummum improbitatis aceruum augetur, aggrauaturque quātum vllum poteſt facinus. Hìc ille, quoniam liberè loqui non audet, ſi tacitè dicat, in ſuo penetrali animo, ſe à Renato de

Renatus à ſonte.

de fonte quē Iesuitam putat, exstimulatum id se postremo scribere, ac facere ausum. PRIMVM
181 memorem illum esse par fuit fuisse a se sæpenumero tum viua voce, tum editis libris lacessitam, omnique aggresti crudelitate dilaniatam famam societatis, impune, nemine nostrum, ne hiscere quidem in illum aggresso, quòd finitam eius impudentiam fore putabamus: ac videbatur vel satis illius furori hoc esse debuisse, quòd cupiditatem suam, immoderatamque libidinem expleuisset, vel nostra tanta patientia, & diuturno silentio mitigari, non inflammari potius, neque ad instar venenatæ, & immitis feræ excandescere ardentius; nec finem vllum, aut exitum proscindendi semper atrocius nostri ordinis constituere. DEINDE, si partem aliquam haberet vrbanitatis, aut christianæ, aut humanæ, non debebat in vniuersum corpus, quasi impressione facta, prorumpere, qui ab vno tantùm læderetur; quem ipsum ne certò illi societatis quidem esse constaret: nec imitari prophanam barbariā efferatissimi aulici quondam Amanis in Regia principis Assueri regnantis, qui nō satis sibi fore ratus Mardochęum, egregia integritate, ac probabitate virū, Hebræū principem profligare, a quo se vno contemptum arbitrabatur, totius Hebræi populi perniciē, atq; exitiū, qui nec meruerāt quicquā, neç illum vlla re vnquam offenderant, appetiuit, & procurauit. PRÆTEREA, si animus illi, si cōstātia, si ingeniū, si vires suppeterent; in Renatū à fonte aciē vertere, in illū mucronē intendere, illū fixo vestigio operiri, eius obiecta scienter, ingenuè, animosè

Catechista omnium primus perpetuus, ac publicus Iesuitarū in Gallia calumniator.

Catechistæ inhumanitas.

Mardochęus.

conuellere necesse erat, tum leonis generosi instar deligere, ac designare hosté, qui iaculũ in latus intorserat, flagrantibus oculis, intrepido animo, paratis vnguibus expectare; nó instar ignaui, & truculéti lupi, aut timidæ, ac fraudulentæ vulpeculæ ad canis incursum aufugere, pauere, in agnos irrumpere, adrepere ad latebras, tum hosti turpissimè terga obuersa, exarmataq; relinquere, captare patétia æquora solitudinũ, rupiũ, ac mõtium altitudines, Syluarũ, ac nemorum antra obsidere ad clepédũ, ad ganniendũ, atque aduersus Dianæ Hecates longinqua cornua, vesanis vlulatibus obnitendum: preterea cùm se potius, si se id sperarct posse, defendere deberet, vt inuictũ, atq; magni animi hominẽ decebat, nó illum pudebat se occultare turpiter potius? fidei inquisitoré, aut verius scenæ mimum; imo, ô tempora! censorem constitutionũ nostrarũ; quinetiã Theologũ veteranum agere? suã miserè cóclamatã causam abijcere? silentio horrenda flagitia confiteri? deserere pensum? criminũ omniũ maculã non modò non eluere, sed pro nihilo prorsus habere? si ius ad eũ pertinebat, illo accuratè tuendo, virũ se forté, & eruditum, & honestũ posteritati, & Regno probauisset: iam qui id egerit, qui se ita gesserit, qui tanti suã existimationé fecerit, planè sibi ipse est præuaricatus, iuri, ac propemodũ zonæ, vt aiunt, infœlix cessit, ansam vniuersæ posteritati egregiam, eamq; potestaté vltro præbuit iudicandi se causam suam desperatam male prodidisse: deinde partim non potuisse ad obiecta nefanda flagitia respondere, quod vibrantis veritatis, quæ eius

Fugit, cùm se defendere deberet.

eius nequitiam redarguebat, clarissimo fulgore, quasi fulgure, eius ingenium, & oculorum acies, & calamus hebetata, alioque auersa fuissent: partim noluisse, quòd conscientiæ illum malefacti vexarēt, haberétq; in pectore pro sanis, ac certis prounnciatis inclusa illa effata sacrilega, quę pro inaudita impietate illi, & pro damnatæ opinionis
283 erroribus obijcerentur. Idcirco nolle se ait respō-dere: ô vocē desperati, hastam, atque clypeū abij-cientis hominis! bene res habet: atq; hoc verū ait, ac verius vel semel illud saltem dicet, neque se posse. Nam pluribus locis studuit, & frustra sudauit, vt aliquid afferre videretur: alia integra, intactaq;, velut ignota præteriit, quo vel accusationibus se assentiri, vel nihil habere quod contra afferret ipse, palam, nihil minus agens confiteretur. In quo ego tuam, Rex, fidem iterum obtestor, tuam appello maiestatem, pro illa tua humanitate mirabili, quę nobis prima afflictis, ac iacentibus defensionis fiduciam, dexteramque porrexit, pro innocentissimæ familiæ iniquissima oppressione, quæ tibi seruire, tibi obsequi, te amare appetit; aliud ex te nihil exigit: pro summa, qua sedem Apostolicam amplecteris reuerentia; cuius hic causa cum integritate, ac fide periclitatur; pro pietate, quam hic nefarie violauit; pro supplicibus Catholicorum votis, qui tuam in nostra causa fidē implorant; pro summo Pontifice, qui exercitatissimam hanc Societatem contra pannosissimorum hominum maledicta, sua Apostolica Maiestate, contra oppressionem pene deploratam, sua deprecatione, & gratia; contra

Non vult respondere. fol. 156. a. b. fol. 197. a. Quia non potest.

 hostium

hoſtium maleuolentiam ſua benignitate recreauit; mihi vt per te liceat, ſine vllo vel Regiæ beneuolentiæ tædio, vel iuſtæ interpellationis impedimento, hæc quæ modo dixi, ex certis, & teſtatis exemplis accerſere; quæ ſimul tuę Maieſtati rem vnam maximam comprobabunt, ſcilicet hoc in vno ſcriptore illos ipſos Ieſuitarum obtrectatores ſibi à nemine abſtinere, imo ne quidem à Regibus Galliç, quorum tamen gloriam, ac ſtatum pro noſtra prodigenda, profligandáque exiſtimatione, pulchro quæſito colore, tueri ſe non minus perfidioſè, quam ſcelerate profitentur.

CAPVT LVI.

Varia ad Catechiſtã notæ.

Impium appellat eum, qui cũ Atheis agens naturali ratione probet Deum aliquem eſſe.

EO INSIGNI DEDECORE, eaque turpiſſima ignominia notabatur, quòd vanè Ioannis Maldonati noſtræ Societatis ſcripta cauillatus, aſſereret, haud minorẽ impietatem eam eſſe ducendam, ratione naturali probare eſſe Deum, quàm præciſè affirmare nullum penitus eſſe. ô execrabilem, ac ſacrilegam ignorantiam! expiabile omni ſupplicio facinus! ipſi Deo, ſi quid eſſe poteſt, infeſtum, & iniurioſum; cuius præſtantem, æternámque naturam, ſuſpiciendam, admirandam, adorandam hominum generi pulchritudo mundi, ordo rerum cœleſtium, tota vociferans, atque adorans ipſa natura cogit confiteri: ſuperis omnibus inuiſum, & odioſum; ſcripturæ diuinę contrarium; toti reclamanti, ac ſe ſe opponenti ornatiſſimæ rerum vniuerſitati iniurioſum, quæ teſtantur omnia, quæ in eo conſpirant, admirabili rerum creatarum conſenſione vim cœleſtem aliquam, numenque diuinum exiſtere, pulcherrimum, æternum, immenſum, bea-

beatum, ſumma mente, infinita potẽtia, ac bonitate præditum; per naturam rerum omnium intentum, & fuſum, & commeans, à quo commoda quibus vtimur, lucemq́ue qua fruimur, ſpiritumq́ue quem ducimus, nobis dari, & commodari videmus. Quomodo verò ſe de illo inceſto, de illo execrato errore purgarit attendite, tacete, audite Theologum hominem non de
284 ſchola, ſed de caula. *Hodie Ieſuitæ,* inquit, *docent, calamo Renati de fonte, diuinitatem rationibus à natura petitis probari debere; eũ verò, qui ſola nitatur fide, eſſe impium.* ô deteſtabilẽ hominẽ! vbi hoc docent? quis ait præter te? qui nihil loqui noſti niſi tetro, ac diro periurio: ſe liberare vna grauiſſima culpa cùm vellet, duplici ſe veteratoria execratione confecit. Nam Renatus à fonte hoc tantum contendit, quod Ioannes Maldonatus, cæteriq́ue Theologi affirmant, piè haberi, ac demonſtrari poſſe, quod Ariſtoteles, quod Plato, quod Philoſophi reliqui præſtiterunt, argumento à rebus creatis accito, Deum exiſtere, contra deteſtabilem Atheorum perfidiam: quæ Catholicæ nunc eſt, fuitq́ue ſemper doctrina, ac ſenſus Eccleſiæ; ita vt neque ſenſuum rationem à fide, nec fidem à ratione ſenſuum ſeiungamus. Porro qui hac etiam naturali via id effici poſſe inficientur, quod iſtum in Gallia, imò in Chriſtiana Europa ſcribere non puduit, eos impios, & conſceleratos, & igni, atque aqua, cœlo, & terra arcendos videri. Hęc Renatus voluit, hæc ego volo, hæc omnes volũt, qui hoc ſunt, quod tu, Rabula, quãdiu quod modò vis, voles, eſſe non potes: non autem, quod

Renatus fonte. cap. 37. fol. 140.

Abaïlardi hæresis qui omnia argumentis naturalibus tribuebat.

Impius.

Renatus à fonte cap. 27. Sacra exhomologesis inuentum humanum ex Catechistæ sententia.

Iesuitis adſcribere, ſcelerate, vis, diuinitatem argumentis à rerum natura confectis oportere probari, nulla fidei reliqua ſua ratione. Hæc Abaïlardi fuit pertinacis erroris damnata improbitas, orbis vniuerſi Catholici collato conſenſu pridem exploſa, qui nullam omnino, niſi ijs rebus, quæ ſub ſenſum cadunt, & naturali demonſtrationi fidem relinquebat; ſuaque illa inſana credulitate fidẽ euertebat, quæ ſubiectam habet earum rerum comprehenſam materiam, quæ multum a naturali ratione, longè à noſtris ſenſibus abhorrent; quod neque oculis, neque auribus, neque vllo ſenſu percipi poſſunt. Quare cùm ſe Catechiſta purgare deberet, ſuum facinus, gemini recentis mẽdacij crimine, cumulauit.

QVOD OBIECTVM erat iſti Pyrgopolinicæ Theologo ſacræ exhomologeſis, expiandis ſancta confeſſione peccatis, inuentum à benefico numine ſacramentum, ab hac pecude conſtitutionis CANONICÆ, hoc eſt inuẽtionis cuiuſdam humanę nomine appellatum, atq; habitum, quod Caluini eſt toties confutatum, diuis, hominibus, Religioni Catholicæ aduerſum commentum, vniuerſæ Eccleſię ſacro fulmine tanto ante confoſſum; quæ ſanctè tuetur, fuiſſe diuinitus pro ſalutè hominum inſtitutum; eam vnam eſſe maximam, & fructuoſiſsimam ſacrę, quã nos dicimus, pœnitentiæ. De illis nihil ille reſpondit; mirum, altúmque ſilentium: quo non obſcurè confitetur ſe aut nihil potuiſſe opponere, quòd veritatis clariſſimo lumine perſtringeretur, aut noluiſſe
quod aleret, foueretque in pectore Caluiniano 285
ſibi

ſibi inſtillatam ex orco inſaniam. ALIO LOCO pro magno, ac iuſto crimine notabatur, auſum eſſe ſcribere tam imperitè, quam impiè, in illa primęua Eccleſia, nihil inter ſimplicem ſacerdotem, & Epiſcopum interfuiſſe: eiuſdem muneris eas partes, eadem authoritate, nullo interiecto diſcrimine fuiſſe. Impium, & nefarium, & Catholicis auribus abhorrendum dementis Aërij peruteris hæreſum machinatoris inuentum, ab Epiphanio ſeuerè notatum, ab Auguſtino exagitatum, à cæteris patribus antiquis, omni ſacra deteſtatione abiudicatum; noſtra verò memoria, à Luthero, atque Caluino geminis portentis, ac furijs Chriſtianæ Reipublicæ ex infimo Tartaro reuocatum: denique veteri patrum ſtabilita doctrina, nuper Oecumenico ſacroſancto Tridentino Concilio vi coruſca ſacrati fulminis exterminatum. Adhuc Catechiſta ſacrilegum errorem tuetur obfirmato animo, effuſa conſcientia: ac ne delirare modicè videatur, ſe deprauato quodam, ac peſſimè accepto Bedæ loco tuetur (quo quid abſurdius dici, aut exiſtimari poteſt?) qui Epiſcopos quidem certè affirmat ſolitos olim vocari Præsbyteros; itemque ſurſum verſus, retroque Pręsbyteros Epiſcoporum nomine nonnunquam acceptos: tamen eos iuriſdictione, vel authoritate ęquales nuſquam affirmat eſſe habitos: nec propterea cōſequens eſt, etſi cōmunia ſunt, ac de medio ſumpta vocabula, idcirco ipſos eſſe inter ſe poteſtate æquales, ac pares. Epiſcopi Papæ appellantur, & Papæ viciſſim Epiſcopi: illa nominum vſitata noſtratibus permixtio, anne

ideo

Aërii hęreſis qui ſacerdotis æquales partes faciebat Epiſcopo. S. Auguſt. Renatus à fonte c. in. 27. S. Epiphan.

Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. can. 6.

Beda à Catechiſta deprauatè intellectus.

Papæ dicti Episcopi & Episcopi vicissim papæ. S.Hieronym. Apollin. passim in Epistolis. Psalm.8. Ioan.10.35.

jdeo æqualẽ dignitatem pręstare debebit? Deum iudicem, iudices deos ex aduerso, cum diuinis authoribus, appellamus; paresne idcirco Deo potestate, atque maiestate Iudices censeantur? ALICVBI PRÆTER hæc summos principes, & viros virtute claros in Gallia, eorum illustria bel- 286
li, ac virtutum facinora, fortunæ opus nominat

Errores Catechistę pueriles. Et sacrilegi. Renatus à fonte c.37.

Catechista praeter sententiam diuinitus conceptæ scripturæ, qua docemur, tam homines id genus, quam huiusmodi res præclarè gestas numinis dona esse, ex singulari eius munere profe-

Viri fortes, Tum pastores probi dona numinis in Repub. Iudicum historia tota. Esa.43. Hieremiæ. 3. & alibi.

cta, præter ipsam receptam à natura, rationi germanam Philosophiam, quæ proprium disiunctæ 287
speciej discrimen adhibet, inter illa fortunæ, atque inter hæc virtutis effecta. Hæc nunquam sine consilio, sine prudentia, sine ratione existunt: illa temerè, fortuitò, otiosè eueniunt: fortuna enim, quam insanam esse, & cœcam, brutam, falsam, vagam, ac volucrem perhibent Philosophi; *Saxóque instare globoso prædicant volubili*, nunquam ab inconstantia, & temeritate sciungitur. Quod cùm iste videret, si videbat tamen, seque prophanè nimis, imò etiam magis, quàm prophanos ipsos loquutum animaduerteret, illa rescripsit, vt se interim occultaret.

Correctio Catechistæ.

Cùm fortunam nomino, inquit, *ne vlli offensionis causã afferã, intelligo*

Omnia diuina mysteria appellat fortunæ opera.

DIVINA MYSTERIA, *quæ in nostram humanam prudentiam cadere non possunt*. ô prophanum caput! ex hac excusatione, omnia, quæ vsquam perpetrata fuere miracula, excelsissima quæque Christianæ Religionis, & supra naturam collocata mysteria; illa suprema arcana numinis trini, vnius,

rerum opificis, indiuidui, simplicis, gignentis, geniti; non geniti, spirantis, spirabilis, non spirabilis; corporati, vnitæ hypostasis, disiunctæ naturæ, conuersi, transformatíque corporis; & alia sexcenta erunt adscribenda fortunæ, inconsultè, & fortuitu, absque sapientia, atque iudicio, incredibili temeritate perfecta; quòd Catechistæ miserabile sinciput permeare non possunt; quòd aspectum, & sensum, & intelligentiam hominum, longè sua altitudine, transcendunt: quis vidit? quis audiuit vnquam magis scientem, magis acutum, magis profundum Catechistam? De vocabulo VERBI suis notis li. 6.

287 PORRO CVM SVA ERVDITA glossemata, & perpolitas notas leguleius ad Diui Ioannis Euangelium alternis curis elucubratas apponeret, vaticinatur VERBVM, quod, inquit, SERMONEM significat, non æquè dignum, aut amplum esse, atque SAPIENTIÆ vocabulum, vetustate tamen, ac tempore tantam illi summæ cuiusdam dignitatis accessionem esse factam, vt nulla, vllius Dialecti genere, dictio ad eius amplitudinē, ac splendorem magno interuallo possit accedere. Miser, atque infœlix idiota! illa qui nec dum norit, quæ Christianæ mulierculæ ad colum, & lanam profitētur; VERBVM scilicet in Euangelio semper eā vim, & sententiam habuisse, vt coæuam patri æterno prolem sonaret, sui genitoris æquale verbum, non volaticū, fluxumq; quale nostrum esse assolet, sed diuinæ paternæ naturæ penitus insitum, & innatum, in eaque subsidens, & cohærens, immensum, præpotens, opifex, interminatū numen. Porro ea notatione, VERBI vocabulum

lum SAPIENTIÆ nominatim infinitè præstare, si sua præcisè notione, non etiam pro ingenito, insitoque diuinitati filio SAPIENTIA vsurpetur: neque hoc minus illi de dignitate concedere, quam ea, quæ de aliquo dicuntur, aut alicui attribuuntur, ei cui ipsa insunt, aut ei de quo enunciantur. Præterea in alijs linguis, quæ principes habentur, vt in Latina, nunquā defuisse vocabula, æquè plena, apta, sonantia, & significantia, quibus ea VERBI voce expressa progenitoris Dei progenita soboles designaretur. Perfidi, ac Theomachi Arriani tantumdem, ac iste Catholicus vellent, nec etiā sibi plus dari cuperent, quam iste dicit, vt Dei Theogonum numen euerterent, & præclarum, ac certum argumentum ludificarentur ex illo Euangelico loco repetitum; quo nostrates Theologi propugnatores Ecclesiæ æternitatem, & diuinitatem filij comprobarent, qui patri omni ex parte similis, & æqualis, verbum diuinum, Principium ex principio, non ab vllo certo tempore factum, sed ab omni æuo ratione quadam hominibus incognita, ad perfectam diuinitatis expressam imaginem, genitum, à solo patre, eiusque naturali dono, ac munere per se cohærens, cum generatore suo, sine vlla permixtione, vna penitus natura coniunctum, & ab eodem, sine vlla auulsione, infinita distinctum hypostasi; ex ęterno æternum, ex Deo Deus ex lumine lumen existeret: alioqui si dignitatem vocabulo tempus, non ipsa eius ratio attulisset; ac nisi, à principio, numine satum numē denotasset; 288
ergo à Ioanne diuinitus testimonium æternitatis

Quælibet Dialectus sua habet propria pro nomine VERBI exprimendo vocabula.

Arrianismus Catechistæ.

tis diuinitatis.æqualitatis,cum patre, filio datum non fuiſſet, ſed fortuitò, & vſurpatione, illa appellatio quotidiano vſu appellata videretur: itaque otioſus,ac prorſus inutilis nobiliſsimę,implicatiſsimæque controuerſiæ potiſsimus hic locus redderetur. Igitur porro, fidem nobis haud aliam, quàm quæ humano teſtimonio cõtinetur, efficeret: quare ad extremum iam eò tandem deueniretur, vt non niſi authoritate caduca, & fluxa hominum, ſeruatoris Ieſu Chriſti diuinitas aſſeuerata conſiſteret. Arrianum! inauditum! intolerabile portentum! Hic nihil ſe commouet religioſiſsimus Cetechiſta, illa delicata, & religioſa animula; nihil hiſcere audet in contrarium; Arrio pedibus it in ſententiam, cùm diſsimulat, probat: quid vero paratum haberet, quod conuictæ, atque deprehenſæ digitis impietati reſponderet homo nec literis excultus,nec fide etiã ſatis inſtructus? INSIMVLATVS præterea fuerat indigniſsimis ſermonibus ſanctam Apoſtolicam ſedem Lutheranorum in morem allatraſſe; qui ſcriptis prodere nón vereretur omnẽ illam Pontificiam maieſtatem errore, & falſa commendatione hominum, fraude, & ambitione pontificum conciliatam, ex mera vanitate fluxiſſe; maledictum horrendum, diuinæ ſcripturæ authoritati contrarium, quæ hoc nos docuit; eam ſummam vim, & dignitatem eſſe ab ipſo authore numine inuectam, cuius iam inde ius datum, conceſſumque fuerit à rerum omnium Domino Chriſto,cùm principi Apoſtolo Petro in eà verba conceptum Maximum Eccleſiaſticum imperium

Iniurioſus in ſanctam Apoſtolicã ſedem.

tradidisset, DABO TIBI CLAVES REGNI COELORVM; suo tempore autem in possessionem illius iuris pedem posuit Pontifex: posuerit sanè ope, atque opera hominum, quid tum? nam quemadmodum Dauid facultatem Hebraici Regni capessendi diuinitus accepit, posteaquàm à Samuele diuinitatis interprete vnctus, & inauguratus fuisset; postmodum autem tempore, & opibus hominum opitulantibus, iussáque, ac scita diuina explentibus, eius concessi iuris potiundi copiam est cōsequutus: ad eundem modum concessu diuino collata, auxilio humano firmata, cōsilio stabilita possessori fuit Romanæ primariæ sedis authoritas. Quapropter sicut crimine se petulantissimus Semeius læsæ maiestatis obstrinxit, cum probro, ac sceleri Dauidi dedisset, quasi tyrānicè alienum imperiū obsedisset; quamquā ad ius suum recuperandum, industriam hominum, opisque adminiculum contulisset: ita hæreticum est, impium, & sacræ perduellionis facinus inauditum, flamma, & ferro expiandū dicere Apostolicæ Cathedræ principatum, ambitione, vsurpatione, & violenta tyrannide Pontificum inualuisse; tametsi fieri potest, vt illi auxiliarium robur, & tutelarem gratiam Imperatorū, ac Regum adsciuerint, hominumque subsidia aduocarint, vt suum illum dominatum impunè consequerentur. Conuicium igitur, atque opprobriū est alienissima, atque indignissima principi sedi, imò Catholicæ Ecclesiæ, aut numini potius illata iniuria, illa scribere, quæ frugi iste ausus est, è cœno, ac luto Gebennensi Caluinista Phala-

Catechistæ Exprobratio cum crimine læsæ Maiestatis.

2. Regum 16.

289

Authoritas spiritualis fulcitur humana.

lacrocorax deriuare. Lutheranã ſapit axungiam: Bezanum abdomen redolet; non pietatem, non religionem Chriſtianam. Nec mirum tamen hunc hominem, eo ſupercilio, in Pontificum nomen iurgij petulantis maledicta conijcere, nihilque penitus ad ea, quæ de grauiſſimo crimine illi hac in parte fuerant obiecta, quod opponeret, excogitare potuiſſe, quando complura alia adulterina ſacrilega dogmata, cum coniuratis ſummorum Pontificum hoſtibus conſpirantia ita tuetur, vt cùm ſe Catholicum eſſe diſsimulet, & Caluiniſtam agat, neutrum eſſe ſe prodat, effuſis libellis, aut ſeditionum potius, cædium, & rapinarum flabellis: hoc mirandum potius, cùm altero ad frontem ſublato, altero ad mentum depreſſo ſupercilio, ſe Francum oſtentet, ſe Catholicum iactet; cũ Regni vnicus vindex, Regum magiſter, & principum; politici ſtatus firmam entum, ſanctæ æquitatis columen videri velit; eum tam acerbè tamen, tam indignè, tam procaciter in glorioſiſsimos quoſque Francorum Reges eſſe perbacchatum; neque tamen ſenem non modo loquacem, ſed etiam procacem pro eluendis violatæ Gallicæ maieſtatis, noſtrorúmq; impune, omnibus maledictis, laceratorum Regum grauiſſimis obiectis criminibus tam fœdè notatum, vel ſyllabam vnam oppoſuiſſe, quod contrà defenderet.

290 MAIESTATEM TVAM hoc fugere non poteſt, è ſexaginta Regibus, qui diademate, & ſceptro inſignes Gallici imperij ſublime ſolium tenuerunt, tres maiorum tuorum memoria, *CAPVT LVII. Quàm indignè, ac*

 omnium

petulanter contra gloriosissimos quosque Reges Gallorum Catechista scripserit.

omnium gloriosissimos trium inter se distinctarũ stirpium extitisse: Clodouæum, qui primam Regum Merouingiorum familiam duxit; primum e nostris Principibus Principẽ Christianum, multis, ac magnis virtutibus Regijs insignite nobilem, ex quo numerosissimæ postc tatis longa imperantium, ex agnatione Franca, nostratium est Regum series proseminata: tum Carolum magnum gentis alterius Carolouingiorum ornatissimum lumen, Principem rebus infinita cum gloria, domi, ac militiæ gestis, incredibilibus victorijs, trophæis, triumphis, toto terrarum orbe mirabilem, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, Romanum tulit imperium: postea Diuum Ludouicum tertiæ stirpis decus, non virtute bellica magis, quàm totius vitæ sanctimonia, & religione inclytum, qui sceleratissimos errorum, & impietatis authores, qui acerrimos hostes, qui maximas nationes, qui Reges, qui gentes feras, atq; ne de nomine quidem auditas, qui prædonum infinitam manum, qui expilatores Ecclesiæ, qui, quod caput est, teterrima omnium vitiorum portenta virtute, & victoria debellauit: qui omnibus bellis terra, maríque compresſis, nomen, & gloriam, & imperium populi Gallici pene orbis terrarũ terminis definiuit. Quos tres Monarchas robore inuictos, maiestate formidolosos, sapientia illustres, fide, ac religione Christianisſimos, amicitia, & sanctisſimo fœdere, obseruantia, & pietate, sedi Apostolicæ obsequentisſimos, atque ex animo deuinctos fuisse omnes iam norunt, non Galliæ

modò,

modò, sed totius Europę nationes. De illis tamẽ, quos sibi quasi pro scopo delegisse videtur, quò sua tela omnia impius perduellis intẽderet, adeò indignè, procaciter, turpiter est locutus, vt omnes Gallici nominis infensissimos hostes scelere, atq; audacia superasse videatur. ECCE QVÆ DE CLODOVÆO bacchatur; postquã eum ritũ exposuit, quo sacro fonte tinctus Christianis primùm est sacris initiatus. *Quam rem tametsi ego*, inquit, *existimo Clodoueo partim ex optima æmulatione, & religione accidisse* (scilicet vt sacri laticis expiatio- Quam atrociter contra Clodouæum scripserit, lib. 2. cap. 1. notarum Gallicarum.
191 nem exposceret) *attamen partim illa religio, vt ego credo, extitit ex summis vna præcipua machina, qua plebeculam Galliæ ad sui amorem, & cultum allexit.* Hoc dicit Catechista: Christiana sacra Clodouæum Principem adijsse, partim studio pietatis, partim fallacibus præstigiis, & fraudulenta malitia, vt illo præclaro colore pietatis ad se mortalium studia pelliceret: quod in summa est, Christianæ Religioni nomen dedisse, non integro, fidelique animo; verùm terræ, cœlique studijs bifariam insidiosè distracto, per quandam speciem assimulatæ, fictæque virtutis: scilicet qui simulatione, & inani ostentatione, fucato non modò sermone, sed etiam vultu stabilem se Regni possessionem, ingentem apud homines gloriam consequi posse confideret: demũ disertè ad Christianã cõiunctionẽ, & Societatẽ Machiauelæa Rheda, Diagoræoq; vehiculo vectum fuisse, qui religionis eo prætextu, ad stabiliendum statum consceleratissimè abuteretur: regnum terrenum, rerum sacrarum interuentu mortalibus

commendasse: id quod multo luculentius de hoc ipso Rege verba facturus nobilis Catechista demonstrat, cùm de liliatis Gallorum Regum insignibus loqueretur. *Clodouæus*, inquit, *vt suum Regnum magis prodigiosum, atque admirabile præstaret, sibi ab Heremita, quasi monitu diuino, lilia iussit afferri, quæ hactenus continuata inualuerunt.* Mentitur? ô infœlix? ô scelestum! ô comburendum caput! ferreus est iste homo, saxa loquitur: egô ne quid dicam? quę ille omnia suis fœdis factis fœda facit? huic tristi, ac desperato seni sensus hic fuit; hunc diuinissimum Principem mendacem, falsarium veteratorem, impium, facinorosum, periurum, sacrilegum, denique sui similem Atheum Machiauelistam extitisse: nam cœlestem monitum, instinctumq́; esse dicere, quod minime esset, vanitas, atque falsitas est, magnum, impudensque mendacium æstimandum: populo exponere ad 292
inanem falsę pietatis famam colligẽdam; subdola, fallaxque perfidia: homines circumuentos tantam in fraudẽ inducere, veteratoria, & malitiosa peruersitas: diuina, ac cœlestia ridiculo habere, ea nundinari, cauponariq́; ad turpem vilissimæ beatitudinis mercaturã; summa impietas, incredibile scelus, mulctandum flammis, mactandũ æterna clade facinus: aliud dicere, aliud mente clausum ac reconditũ obserare; aliud in sacrosancta lotione profiteri, aliud pectore personato premere; illustre, atque insigne periurium: sacra ad libidinem, ad lucrum, ad fastum furacissimo animo, tecto, simulatóq; latrocinio occultè prædari, non ad salutem pie, atque prudenter accipe

Lib. 1. notarum Gallicarũ Renatus a fonte c. 30.

Impudentissima calumnia in Rege Clodoueum. Regnum Gallorum insignia violata.

accipere;putida, atq; sacrilega diuini patrimonij expilatio: fictionem, pro miraculo, mendacium, & vanitatem, pro munere diuino, palam proponere; religionis fucum, pietatis præstigias, pro stabiliendo tẽporario principatu adhibere;is demum Machiauelis furor est;hæc furialis Diagoræ execratio. Itaque hac ratione homo perditus, vna alteráue periodo, immensum decus sanctissimi Regis diuinitus ad fidem Christianam appellentis euertit;fundamentũ inclytorũ omniũ illius facinorum conuellit, ac disijcit: eius prædicatam omnibus gentibus, prædicandam omnibus sæculis, conseruandam omnium memoria, admirabilem gloriam infuscatam in turpissimam suspicionem adducit, cum infinita iniuria, & sempiterno dedecore Francorum: id quod facit mera impudentia, à nemine, nisi a suo diro aliquo dæmonio prouocatus: nam alia causa, quæ illum ad tantum, & tam immane scelus pertraxerit, nulla esse potest, cùm directè obiectam ob oculos veritatem haberet, & collecta, numerataque omnium Francorum annaliũ Aimonij, Gregorij Turonensis, Pauli Æmilij, Tilletij, aliorum popularium historicorum, imo exterorum scriptorum Græcorum, Latinorum, Hispanorum grauissima, & exploratissima testimonia;qui vna omnes mirabili conspiratione, de diuina nostratis primoris Principis Christiani, tanquam miraculorum, prodigiorumq; plenissima initiata inauguratione consentiunt. Ac Paulus Æmilius quidem Clodouæum CHRISTIANÆ RELIGIONIS hoc in Regno AVTHOREM appellat. Quare non dubi- Paulus Æmilius in Clodo.I.

to,quin maleuolus quiſpiã, aut inauſpicatus genius huiuſce Monarchiæ arcanus,& abditus hoſtis; aut vna ex furijs poëticis in huius infœliciſſimi medullas hanc rabiem importarit,atque è ſuo anguifero cornu huius aduocati calamo attramentum infuderit,tanta deprauatione deformati, ac pene conuicti animi, cõtra ſanctiſſimum, religioſiſſimum principem, Chriſtianiſsimorum noſtrorum Regum ſementem,vt ita dicam,fontemque perennem inſanientis: ingratificum, atque impurum proditorem! inſigniter ſuo Principi iniurioſum, diuini beneficij obtrectatorem, Chriſtianæ virtutis hoſtem, laudis, & gloriæ Gallicæ inui[...]um decoctorem! præſertim in eo quòd de lili[...]tis imponit inſignibus, prædatus ſuo improbo, ac ferreo ore,diuiniſsimũ familiæ Regiæ ornamentum; depeculatus cœleſtem floſculum Francæ fortunæ; licitatus maieſtatis Gallicæ ampliſsimum decus illa imperatoria Aquila multo præclarius, vtpote diuinæ clientelæ huic Gallicæ maieſtati diuinitus adſtipulatæ primum, & maximum, & mirabiliſsimum argumentum. Nam eo ſingulari munere,veluti diuino pignore,Deus certiſsimam ſignificationẽ claro myſterio comprehenſam fecit,ac ſe ſe ſancta ſponſione deuinxit, Gallũ ſe imperium, Galloſque Principes in puro,ſincero, illibatoque flore conſeruaturũ eſſe Chriſtianę pietatis,quę lilio lõge aptius,quã vllo flore alio adumbratur;ſiue quòd liliũ aureũ effingi ſolet,quo ſumma Domini Chriſti, atq; infinita dignitas,ac ſplẽdor immẽſus oſtẽditur; ſiue quòd triplex,quo trini, vniuſque numinis vna religio figura

Laus liliatorum inſigniũ Gallicorum.

Liliatorum inſigniũ Gallicorum interpretatio.

figuratur;ſiue quòd cœlo allatum,ideoque in colore cæruleo pingi ſolitum, quo fidei cœleſtis diuina vis quædam,numinis donum largitoris,cœlo remunerãda ſignificatur:ſiue,vt verbo dicam, quòd lilium purum,& candens; ſplendidum, & lacteum, quo inuiolati, caſti,virginalis, vt ita dicam,Euãgelij ſumma,ac ſalutaris integritas diuturna Regno perennatura,Reges, populumque ad cęleſte decus euectura portenditur. Flos enim ille, Henrice,vnus habetur,præ omnibus,quem ſacroſanctum,quem totis diuinitus afflatis codicibus,ſingulariter ex omni florum numero celebratum,atque laudatum;quem ad Moyſis,omni eleganti artificio,elaboratum, & aureum,tum ad Salomonis, ex auro item, operéque mirabili perfectum auguſtiſſimum candelabrum adhibitum,conſtat fuiſſe; eo nec Regibus ornandis digniorem, neque ampliſſimæ Maieſtati cohoneſtandæ aptiorem eſſe: eo nec pulchrius quicquã à Principe in diademate,nec decẽtius in ſceptro, nec ſignificantius in inſignibus gentilitiis adhiberi poſſe: eum, vt Galliæ proprium, & Regni huius decus,& Dei è cœlo lapſum, Regibus no-

Lilium in ſacra ſcriptura paſſim celebratũ, & cohoneſtatum.

In Exod.

2 Reg. 2.
2.Paral.

294 ſtris immiſſum,& conceſſum munus videri, omnes æquè tum populi tuo imperio obſtricti, tum fœderatæ, atque amicæ nationes,tum ipſi infenſiſſimi hoſtes Gallici nominis, ſine controuerſia, confitentur. Nónne igitur iſte ſcelus,generis humani propudium,omnem religionem in ſuperos, omnem pietatem in patriam, omnem pudorem, & reuerentiam in Principes exuiſſe videtur? an nequiſſimus, quòd hæc dicat?an ignarus, ſtupi-

dusque,quod sentiat?an insanus, cõstringendusque, quod publicè scribat, hoc fraude, ac dolo malo Clodouæi Regis factum esse? Heremitam subornasse? numini imposuisse? homines fefellisse?conscientiam perdidisse?fidem,& pietatem, & omnẽ numinis religiosum sensum prodidisse? Erat infidelis,ac barbarus Clodouæus;hunc sacri floris vsum ediuinis libris seligere,arcana Iudæorum mysteria cognoscere non poterat:non illud insigne magis,quàm aliud quoduis deligere; non eò sperare se Regnum celebrius, atque fundatius consequuturum.Deus est, Deus, qui lilia sacra Clodouæo concessit,qui Constantino salutaris crucis victricia signa concesserat: feralis,ater, teter cacodæmon hunc splendorem, candorémque Gallicum denigrare instituit, illo diro, ac ferali cantu fumosæ, semiustulatæque corniculæ, magis dignę certè,quæ pœna,meritóque supplicio mactetur,quàm vt eius non ferenda toto generi,& sanguini Regio, & populo vniuerso Gallico illata tanta contumelia confutetur.Quis hostis tam capitalis Franciæ?quis prædo sacrorum? quis perduellis interfector Regum? adeo iniuriose in priuatum aliquem Francum scribere, quàm iste studio patriæ flagrans,& cura Regum anxius Francus in primum Francorũ Christianum Regem, adeo obscœna maledicta euomere, vnquã est ausus?Atque ea conscientia tamen,ea mente, ea fronte vir Iesuitarum scripta furtiua,tanquam crudelia, & iniuriosa Regibus reprehendere audet;quòd vna illorum epistola de Regis extincti nuncio loqueretur!o tempora!ô mores! vbinam gentium

Crucis vexillum Imperatori Constãtino datum.

gentium sumus? quo sydere viuimus? nos Franci illa in Francos Reges audimus? hunc tamen esse Francum putamus: hęc loquitur, & viuit: hęc scribit, & Regi præsenti inscribit? nos hæc non sentimus, nostræ nos pridem miseriæ excæcarūt; vt cùm Hugonotos auitę fidei desertores tantum timeremus, hosce domesticos Regni, Regum, sacrorum, hominum, superùm hostes non caueremus. DE CAROLO MAGNO immane est, quàm atrocia, quàm inuisa perscribat. Ambitiosum nobis, & callidum alienarum possesionum prædonem, vexatorem sacrorum, direptorem gentium, perditorem populorum, sine exceptione, nefarium Machiauelistam, orbem terrarum

Quam dira scribit de Carolo Magno.

295 cum summo Pontifice ludificātem; cum illo malefica astutia colludentem, ac ludentem pila rebus humanis, ad turpem quæstum, ad libidinem, ad dilatandum imperium, cum certa numinis iniuria, & hominū pernicie abutentem. Nec modò assequitur coniuratorum etiam hostium maledicendi licentiam; Hugonotorum dico, status, ac Regum coniuratissimorum hostium, qui de illo Magno, vel æquo animo cogitare, vel non iniquo ore obloqui, vel non improbo stylo scribere non possunt: quòd ille implacabilis hostis hæresum extitit, quas ipsi sectantur; quòd templa fundauit, quæ incendunt; quòd sacra stabiliuit, quæ violant; quòd sanctissimam Apostolicam sedem incredibili beneuolentia, summis obsequijs, inusitata pietate texit, coluit, obseruauit, quam omni vatiniana detestatione execrantur. Ita nefariè eloquitur de trāsportato Oriētis Imperio in Occidentem

Quare Hugonoti oderunt Carolum Magnum.

cidentem in Carolum Magnum, à Leone tertio Pont. Max. (quod Leonis factũ declamator Francus pari inscientia, & improbitate cum Lutheranis Centuriatoribus violentum, & ab omni sacrorum scriptorum, turba vehementissimè agitatum facinus numerabat) insuper detestatur duo illa alia à diuinis historicis commendata facinora, de quibus alio loco memini me scribere: præter hæc, etiam de eo Leonis facto pene conceptis Lutheranorum verbis obtrectat, qui Antichristi miraculum appellant: furentis ad hæc hominis, ac Franci degeneris in morem, erumpit in rem omnium pulcherrimam, & ipso successu vtilissimam vniuersæ Ecclesiæ, honorificentissimam Gallico Imperio, opportunissimam toti orbi terrarum Christiano: denique ad extremum neque his leuiter exsatiatus ad eam vnam suarũ cogitationum, & suæ orationis summam refert 296
omnia, vt ad æternam sanctæ sedis infamiam, illa concludat. *Ad eum modum*, inquit, *Rex, atque Papa, cùm pilam sibi, quomodo aiunt, vltro, citróque traijcerent, spolijs se Imperij locupletarunt.* ô nefariam! ô plenam sceleris, plenam peruersitatis complexionem, quemadmodum quæ præcesserat, quæque sequitur illa oratio! Nam neque Pontifex lucri aliquid ab illa ademptione Imperij reportauit; neque Carolus Magnus quicquam commodi temporarij; tantum Imperatoris nomẽ, & decus, & onus tulit: quæ verò, toto Occidente, tenuit, ferro, animi virtute, robore corporis comparauit: succedente de cætero Orientis, vt principatui, ita opibus, atque commodis Imperatore Nicephoro

Lib. 3. c. 4. notandum. Renatus à fonte 31.

cephoro, cui cæteri deinceps, ſecundum eum, in eius Imperij clauum ſucceſſerunt: nō tamen hoc audit animus eius hominis intractatus: paulo poſt ad ſummos Pontifices colorandos aſperſis viuis coloribus, tanquam iniquiſſimarum vſurpationum authores; tum ad Carolum Magnum deformandum velut tyrannum, & deceptorem, eruditum artificio ſimulationis, hæc ita ſubiungit. *Hoc exemplum*, inquit, *Pontificibus vſui fuit: nam veluti Pepinus, & Carolus Magnus* FALSOS COLORES ET PRÆTEXTVS *mutuati fuerant, vt ſummam ditionem, ac Regium dominatum ſibi, Franciæ primùm, deinde Italiæ pararent; ita Robertus Guichardus Normanus, cùm Neapolitanum Regnum, per ſummam legitimi hæredis iniuriam, occupaſſet, vt poſteritati hæreditatem ſuam firmaret, ad ſanctæ ſedis au-*

Ijdem inſignis contumelia pluri mis Francorū Regibus, & ſedi Apoſtolicæ illata.

279 *thoritatem ſe recepit*, SEQVE PAPATVS CLIENTEM *eſt profeſſus*. Proximè Carolum Magnum oppreſſorem iniuſtum alienæ rei, raptorem, & veteratorem callidum faciebat; nullo authore, nullo teſte, nulla rei vel probabili ratione: nunc aduerſus omnes illuſtres hiſtoricos, ex ſola impudentia, ſola mentiendi libidine, potentiſſimum, religioſiſſimum, glorioſiſſimum Imperatorem, ac Regem Francum perinde nobis exhibet, vt documentum, ac ſpecimen latrociniorum, periurſorum, fraudum, intolerabili conuicio, & linguæ venenatæ omni malo ferienda licētia. Centuriatores mendaciorum omnis generis, omnis ætatis, omnium ſæculorum opifices; ipſi Gallorū Regum, & Galliæ importuniſſimi alienigenæ hoſtes, quādo tantumdem vnquam vel inuenire,

vel

vel dicere potuerunt? Quid dicerent veteres annalium ſcriptores, ſi viuerent, qui literarum monimentis ad memoriam ſempiternam, Caroli Magni virtutes, laudes bellicas, egregia, admirandáque facinora celebrarunt? qui res increbiles ab eo pro Eccleſia fortiter geſtas, apparatu magnifico, deſcripſerunt: diuinam, per omnem vitã, domi, foriſque ſpectatam virtutem? ſingulare in Chriſtianam Religionem, & mirabile ſtudium? bella contra fractos, obtritoſque Arabas, contra impios idololatras, contra perfidos Chriſtianos ſuſcepta, confectáque? victorias velociſſimè partas? triumphos infinita gloria reportatos? ductum per innumerabiles barbaras nationes, per impeditiſſimum periculis, latrocinijs infeſtiſſimum iter, exercitum? ſublata, erectáque, toto immenſo orbe, clara, & ornata trophæa? terram illám, quæ vagitus Ieſu Chriſti naſcentis excepit, quæ cum admirandis operibus certiſſima diuinitatis ſuæ ſigna dantem obſtupuit, ex impiorũ nefarijs manibus recuperatam? Quid illi modò ſentirent, quídve dicerent? ſi in viuis illis eſſe liceret, poſtquam hunc nobilem, antiquitatum Gallicarum notariũ audiſſent adeo prophana figmenta enũciantem? hoc duro ore? hoc tam ingrato, tamque inimico animo? aduerſus hunc Principem Franci Regni decus? fidei columen? orbis, & gloriæ, & totius virtutis immenſum, & immortale miraculum? Quid ipſum illum Principem putamus dicturum eſſe, cùm formoſum Catechiſtam videret, toto ſuo Imperio, tot lectionis damnatæ, ac maleficæ voluminibus, latè hæc tot, tantaque male 298

Caroli Magni admirabile pietatis ſtudium.

maledicta venena ſpargentem ? ſe, & ſuos, ſua, ſuorumq; præclara facinora indigniſsima lacera-tione fœdantem;vos religiones ipſæ, araſque, teſtor,quas omnis memoriæ, omniũ ſæculorũ princeps Imperator erexit; vos Aquẽſes tumuli, qui eius Auguſtos cineres ad ſempiternam poſteritatis memoriam conſeruatis;vos,voſque Franco-
257 rum obruta templa, quæ ipſe ſubſtruxit, incenſa cœnobia,quæ fundauit, dirutæ, proſtrataeque vrbes,quas ſeruauit; vexatæ, perditæque regiones, quas ſubiugauit;afflicti,atque conculcati populi, quos debellauit; violata, & inceſtata ſacra, quæ amplificauit,auxit, conſeruauit; vos denique ſacrorum populi Chriſtiani, quotquot vel viuitis, vel extincti eſtis,antiſtites, quos præcipites amẽtia, proſtratis, obtritis, euerſis ſanctiſsimis locis, hæ noſtro ſæculo exortæ furiæ oppreſſerũt: quorum ornamenta, & decora viguerunt, quorũ vis valuit, illo Regnante, quæ iſti omnia omni ſcelere polluerunt: vos omnia illa, tota Catholica vniuerſitate, ſapienter ab illo, ac fortiter, nullo numero inſtituta, quæ Caroli Magni veſtri parẽtis liberalitatem, magnificentiam, pietatem,religionem,fidem,gloriam, fœlicitatem, etiam cùm ſiletis,ampliſsimè celebratis: vos, inquam, omnia, quæcumque, & vbicumque eſtis, imploro, atque obteſtor, an ſi vobis aut ſenſus aliquis eſſet,aut facultas, aut libertas conceſſa loquendi, non vos commoueretis? non ius in illum veſtrum retineretis?non roſtrum, non vnguem, non cantum huius importunæ, ac feralis auiculæ, Dominorum inſigniſsimi obtrectatoris, proditoriſque ſuorum

ſuorum, omni diritate deuouendum putaretis, omni malo viuum, mortuùmque mactandum?

CAPVT LVIII.

Catechiſtæ impudẽtia aduerſus Sanctum Ludouicũ.

INDE RVRSVS ad tertiam Regum Francorum familiam, progreſſione facta, quid de Beato Ludouico non auſus eſt dicere Diuo huius Imperij tutelari? ſtirpe nobiliſſima, & capite perenni generoſi generis, & ſeminis complurium Regum, in hac gente Regia, vnde Maieſtas tua flos delectus, & ingens eſfloreſcit, & eſfloreſcet memoria omnium ſeculorũ? Quid de illo, inquã, immortalis gloriæ Principe non auſus eſt dicere, nihil ab illo laceſſitus, aut læſus, niſi quòd pius, & ſanctus fuit? nihil à Regno, quod dedecorat, offenſus, niſi quòd Catholicæ fidei, ſanctæque ſedis tenax, illo crepante, & eſt, & erit? obſtupeſcet, etiã iuſta indignatione ſtomachabitur ea in auos tuos, in patrẽ pene tuum, ab impuriſſima carne iactari, quę ſi in muliones, & lixas, aut coquos diceret, cõſtringendũ eum, atq; occidendum putares. Dixit generalę fuiſſe Franciæ, & luctuoſum exitium D. Ludouicum, dixit ſingularem, ac certam Catholicæ Eccleſiæ in vtriſque fortunis, terrenis, & ſpiritalibus, ruinam importaſſe. Deus immortalis! hęc cũ ille ſcriberet, nouerat necne, exſtare aliquem Henricum quartum Diui Ludouici nepotem in Gallia? qui ea vel legere ipſe aliquando, vel audire ab alijs poſſet? ſi Ieſuita quiſquam tantumdem vel in circulo domeſtico, remotis arbitris, protuliſſet? imo tantumdem in muſęo apud ſe cogitaſſet? an nõ Rabula perduellis potẽtiſsimum caput nàctus eſſet, quo noſtrum exilium,

exilium, optimo iure, concluderet; qui tamē cauit diligenter, ne verbum vsquam de hoc nobili scriptore vel loqueretur, vel tibi, Henrice, tui studio flagrans in aurē primus insusurraret; vel pro dilapidata Frāci nominis dignitate in orationem ingenuam, quasi in fastos redigeret; non fecit, non est ausus. Verbula, & voculas Iesuitarum Catechistarum parricidijs anteponit. Iam iste
299 frugi notarius principum Francorum expeditionibus transmarinis commemoratis, pro terra sancta an conseruanda, an recuperanda susceptis, hæc ita conscribit. *Quod ad profectiones attinet à Diuo Ludouico, inquit, adornatas, quemadmodum* BONA *tantum* PIETATE *ad eas suscipiendas fuerat adductus, ita* INFELICISSIMÆ ET CALAMITOSISSIMÆ *ambæ fuerunt. Nam priore in hostium potestatem venit, & magno luit, vt immenso numerato pretio, eam calamitatem redimeret: altera vitam perdidit: vah expeditiones, quæ* GENERALI RVINA FRANCIÆ CONSTITERVNT! Tum complexione ratiocinationis illata, *Audacior ero, inquit, dicam illas profectiones tantum non* RVINAM NOSTRÆ ECCLESIÆ, TVM AD HVMANA, TVM AD DIVINA INVEXISSE. Nō te pudet! En quo afflatu, tū ad ea loquēda, tum ad memoriā sanctissimi, fortissimiq; Regis improbè insectandam tandem erupit. Aduerte, Henrice, si placet; si gratū, si integrū adhuc est, à nostratibus transfugis errorum omnium fabricatoribus, eam de hoc genere maledicendi profusam audaciam Catechistam hausisse; imò verò magistros impietate, ac scelere, maximo interuallo, vicisse. Nam

Lib. 5. Notarum.

illi ex omni Christianorum numero inuenti sunt, qui transmarinas expeditiones Religiosissimorũ Principum damnarent; qui bella ad delendum Ottomannicum imperium collata aduersus Turcas capitales Christiani nominis, summorumque Pontificum hostes reprehenderent; qui ardere ciuilibus bellis, suísque incendijs conflagrare patriam, quàm nostris victorijs barbaras gentes catholicæ Religioni immortaliter infensas, atque infestas peragrari semper maluerunt; vt non inuenirent nullos reliquos Catholicos domi, quos hæreticis armis trucidarent. Quapropter Lutherus prædonum omnium, excepto Caluino, teterrimus, hortatur fideles suos, ne eò, vlla ratione vt eant, adducantur; non opem, vel auxilium ferant, nulla dicti nefarij allata, nisi extremæ dementiæ ratione. *Quid boni*, inquit, *sperandum ex illa suscepta contra Turcas cum illis insanis transmissione?* insanos Imperatorem, & Principes Christianos numerat, qui traiectionem aduersus Turcam id temporis adornabant. Melancton atrior, & tetrior mente, quàm nomine vlterius pudoris repagula transcendit: ait illa prælia contra IVS DIVINVM videri; quare non esse adeunda, *si magistratus aduersum ius diuinum mandatum quodcumque dederit*; *caue*, inquit, *obtemperes*; *obsistes pertinaciter*; *exempli gratia, si contra Turcã transmittere iusserit.* Quę aggrestis hæretica perfidia vsque eo transfugas homines à cõmunis humanitatis ratione deturbauit; vt audire, infinitis partibus, nunciũ de victoria à Turca, contra Christianos, infeliciter reportata, quàm à Christianis, contra Turcam, malint: expallescũt potius

Lutherus in Epist. contra duo Cæsaris mandata.

Melancton in cap. 13. epist. ad Rom.

Hæretici victoriis a Turca cõtra Christianos reportatis mirè exultant.

300

potius,& vultu, atque animis cadunt, si Turcam ferum, atque immanem hostem prostratum, ac fusum intellexerint: vsque eo in omne scelus præceps ad funesta quæque, deuia suopte ingenio,semper exultat improbitas. Qui error, quod ingenium manare nisi a Cacodæmone certe non potest,seruatoris hominum IESV CHRISTI antiquissimo hoste,Christianę Ecclesiæ acerbissimo, atque implacabili inimico;sanctæ Apostolicæ sedis importunissimo, ac certissimo aduersario. Quare vt sancta Christi Domini Romana sedes,vt sancti Catholici animi longè alio spiritu imbuti, numquam illa sacrosancta certamina nō
301 probarunt,deportaruntque, quoties integrũ illis, ac liberum fuit,armatos ingentes exercitus contra barbaros incunabulorum Christi seruatoris iniustissimos obsessores, eosdemque Ottomannici generis Cacodæmonum stipatoris coniurati, eiusque in tenebricoso Regno vicarij antegressos proauos: ita, è contrario, istæ arcanæ Turcarum,& consociatæ operæ eam ardoris, ac roboris Christiani partem numquam non quoad eius fieri potuit,maleuolẽtia stridentes, omnibus insidijs, omni insectatione, omni proditione domestica labefactarũt.Ij spiritus illi sunt,eæque furiæ, quæ huius causidici efferatum animũ adegerunt;quæ illi animos exstimularunt; quæ inauspicatum calamum apposuerunt, vt sceleratius, quàm Lutherani illi ipsi,irridere,scriptóque supprimere auderet Diui Ludouici prælia transmarina;ea damnare,ea reprehendere, ea generalem Regni perniciẽ vocare non erubesceret:eo certè

quidem iniquior, cæcóque consilio intemperantior, quo saltem meminisse debuerat, ea ipsa, quæ stultissimè accusat, passim à Christianis authoribus, etiámque à barbaris, vno consensu, in diuino illo homine prædicari: tamen cum illorum iudicio suum stomachum audet interponere, tum erronum nostrorum erroribus, per summam prodi-

Si omnes laudăt, cur vnus ipse vituperat?

tionem, suffragari. Audi quæ dicat, *Quotus, inquit, quisque est, quin expeditiones transmarinas huiusmodi, præ alijs facinoribus celebret, vtpote ad Dei gloriam, atque Ecclesiæ comparata?* quo ipso eodem in loco ardoré, aut, vt cum illo loquar, ZELVM BONVM appellat: postmodum se suo sibi gladio iugulans, effatis inter se repugnantibus, ait ZELVM cum penitus FVRIOSVM, & FANATICVM fuisse: Si omnes illa itinera, & sacra bella vno ore efferŭt, qua fronte ipse vnus ea adeo insolenter, adeo iniuriosè ausus est omni maledictione contĕnere? tum si optimum ad ea aggrediunda studium extitit; quare furiosum, atque insanum appellatum? Deinde si aliud præter pietatem nihil contulit Rex potentissimus; quomodo nihil præter cala- 302
mitatem inde, atque generale exitium reportauit? potest vllum habere virtus, cum improbitate; fides, cum fraudatione; pietas, cum scelere; cŏstantia, cum furore; honestas, cum turpitudine; fortitudo, cum ignauia; prudentia, cum temeritate; bonitas, cum extrema rabie; summa, & generalis infelicitas, cum opitulatrice diuinitate commercium? hæ enunciationes, hæc capita, an non ratiocinationes sunt, aut fanaticæ potius delirationes hominis, omni non modò conscientia, sed

naturali

naturali ratione,atque iudicio deturbati?

VERVM ENIMVERO quo Maiestas tua huius perduellis opprobrij singulas partes sua in luce aspiciat,proponam hoc loco, ad æstimãdum Catechistæ calamum nocentem,ac Reũ, & iniuriosum ex multis capitibus esse. Principio affatim mendacio se fraudulento obstrinxit: nam neque euersum, nec euersioni proximum, ea de causa, Regnum fuit,quod iste insinuare, tãto apparatu, nitebatur;nec extinctione, multo minus redemptione optimi Principis labefactatum; quamquã non nego aliquanto fortunis Galliæ incommodatum:summæ quingentum millium Francorum nummùm Regiæ redẽptioni pactio extitit,Ioynuillæo scribente; quam absque tergiuersatione Rex summam facile est pactus,tametsi tum temporis pretium id minime vulgare haberetur: sic vt Sultanus,ea munificentissima liberalitate permotus,centum millia alacri, & liberali animo de tota summa remiserit:quadringentis millibus assenserit,quæ prò redimenda, luendãque nobilitate Gallica potius, quam pro Rege eximendo

Quàm iniuriosa huius causidici impudentia Diuo Ludouico.

Diui Ludouici magnificẽtia.

Ioynuillæus.

303 constiterunt. Namque, pro Regio capite, Pelusium, quam Damietam vocant, hosti redditum; ducenta tantum de pacto pretio millia numerata; reliqua postmodum Regi summa permissa. Addo eodem ab alijs annalium scriptoribus traditum esse Bizantinorum nummum octona tantummodo millia persoluta:quæ summa ad quinquaginta admodum redit librarum millia, nisi in Guilelmo Nangio placet octoginta millia, pro octonis millibus restituere, quæ Bizantinorum

Guillelmus Nangius.

nummûm ad Francicas libras ſubducta ratio ad Ioynuillęi computationem accederet. Verùm,vt vt eſt,de tota ea,pro abſoluẽdo Rege,expẽſa pecunia,non modò non ideo deuaſtata, aut exinanita fuit, ſed ne vexata quidem noſtra Francia: quin etiam ea Rex perſoluta, nedum aliquid de ærario Regio delibauerat; quod Ioynuillæus apertè teſtificatur, quo loco exponit ad Acram oppidum à Rege,& Franca nobilitate, ſub reditum eius in Galliam,celebrata comitia.

Theſauri Regis necdum delibati. Ioãnes Ioynuillæus. cap 53.

PRO MORTE, & capite Regis, quæ in altera expeditione accidit, nihilo magis fuit Regno vel allatum exitium,vel etiam admodum incommodatum, cùm ſeptuageſimũ tum ætatis annum, vt Ioynuillæus ſcribit,aut ſextum ſupra quinquageſimum,vt cæteri malunt,ageret; nec vlterius longè progredi viuendo, nec clauum Gallici Imperij tenere poſſet: tum etiam aliunde numeroſam ventris maſculam prolem relinqueret; Philippum imprimis natu maximum, florenti ætate,incolumi robore, inſigni animi virtute, ijſque om- 304
nibus opibus apprimè ornatum,quæ in maximo, fortiſſimo,potentiſſimoRege deſiderantur:qui iã iam ad gubernacula Regni tractanda, quod fecit extẽplo, omnium maximè idoneus iudicaretur.

Tres maſculi. Philippus ſucceſſor. Petrus dux Alenconius. Robertus Comes Claromontanus. Ioannes ac Ludouicus obierant ante patrẽ. Tilletius Chron. Franc. 42.

Secundo loco maledica huius conuiciatoris obiectio cõtumelioſa eſt, & capitalis ſupplicij Rea, quòd duplici calamitoſa fortuna, infinita huius glorioſiſſimi Regis merita,reſque innumeras, cũ immenſa laude,in bello geſtas obruit: duos fortunæ, ac belli varios,incertoſque caſus pro omnibus æſtimat, ad conuicium immortali principi

Altera Catechiſtę contumelia.

faciendum;ad maledicendum ſacris exteris prælijs potius, quàm ad illa alia omnia pulcherrima conſilio ſuſcepta,virtute confecta facinora in inuictiſſimo priſcæ virtutis, inuictę maieſtatis heroe dignis, & maximis laudibus exornanda.Neſciebátne in actionibus humanis,præter peccatũ, quo ſemper caruit,atque virtutem, qua abundauit, homini accidere nihil poſſe, quod laudem, aut dedecus mereatur?fortunam verò aduerſam, aut proſperam, nec commendationem, nec reprehenſionem ſuſcipere,niſi quòd ex optima,aut praua aliqua cauſa emanauerint? Quam ob rem Diui Ludouici viri omniũ fortiſſimi, ac ſanctiſsimi prudentiam,egregium ſtudium,fortitudinem, inuicti animi magnitudinem,fidei,religionis, pietatis ardorem, inita pro Religione, pro numinis cultu, pro Chriſti fide, Regniq́ue gloria amplificanda, vel itinera,vel prælia, vel incommoda ſuſpicere,ſummis præconijs extollere debebat;non potius inconſulto iactare Religionem,ac ſtatum, ſacra,prophanaq́ue ab illo in Regno fuiſſe funditus euerſa, propter fortuitam vnam comprehenſionem, & naturalem aliàs propinquum interitum: maximè verò cùm Regiam Gazam, bona, fortunas,labores, vitam denique ipſam ad res omnium,quæ à Rege Chriſtiano perfici poſſent, præclariſsimas adhibuiſſet. Nam nemini latet ea tempeſtate, nullũ fuiſſe vel honoratiorem campum armorum, atque virtutis principibus apertum, ac propoſitum Chriſtianis, quàm terram illam diuinis Chriſti veſtigijs, & cœleſti cõuictu dedicatam; vel illuſtriores victorias, aut glorio-

Quę in actionibus humanis laudanda quæq́ue vituperanda.

Transmarinæ expeditiones Principibus Chriſtianis glorioſiſſimæ propoſitæ exercitationes.

305

dusque,quod sentiat?an insanus, cõstringendusque, quod publicè scribat, hoc fraude, ac dolo malo Clodouæi Regis factum esse? Heremitam subornasse? numini imposuisse? homines fefellisse:conscientiam perdidisse?fidem,& pietatem, & omnẽ numinis religiosum sensum prodidisse? Erat infidelis,ac barbarus Clodouæus;hunc sacri floris vsum ediuinis libris seligere,arcana Iudęorum mysteria cognoscere non poterat:non illud insigne magis,quàm aliud quoduis deligere; non eò sperare se Regnum celebrius, atque fundatius consequuturum.Deus est, Deus, qui lilia sacra Clodouæo concessit,qui Constantino salutaris crucis victricia signa concesserat: feralis,ater, teter cacodæmon hunc splendorem, candorémque Gallicum denigrare instituit, illo diro, ac ferali cantu fumosæ, semiustulatæque corniculæ, magis dignę certè,quæ pœna,meritóque supplicio mactetur,quàm vt eius non ferenda toto generi,& sanguini Regio, & populo vniuerso Gallico illata tanta contumelia confutetur.Quis hostis tam capitalis Franciæ?quis prædo sacrorum? quis perduellis interfector Regum? adeo iniuriose in priuatum aliquem Francum scribere, quàm iste studio patriæ flagrans,& cura Regum anxius Francus imprimum Francorũ Christianum Regem, adeo obscœna maledicta euomere, vnquã est ausus?Atque ea conscientia tamen,ea mente, ea fronte vir Iesuitarum scripta furtiua,tanquam crudelia, & iniuriosa Regibus reprehendere audet;quòd vna illorum epistola de Regis extincti nuncio loqueretur!ô tempora!ô mores! vbinam gentium

Crucis vexillum Imperatori Constãtino datum.

gentium ſumus? quo ſydere viuimus? nos Franci illa in Francos Reges audimus? hunc tamen eſſe Francum putamus? hęc loquitur, & viuit? hęc ſcribit, & Regi præſenti inſcribit? nos hæc non ſentimus, noſtræ nos pridem miſeriæ excæcarũt; vt cùm Hugonotos auitę fidei deſertores tantum timeremus, hoſce domeſticos Regni, Regum, ſacrorum, hominum, ſuperùm hoſtes non caueremus. De Carolo Magno immane eſt, quàm atrocia, quam inuiſa perſcribat. Ambitioſum nobis, & callidum alienarum poſſeſsionum prædonem, vexatorem ſacrorum, direptorem gentium, perditorem populorum, ſine exceptione, nefarium Machiaueliſtam, orbem terrarum

Quàm dira ſcribit de Carolo Magno.

295 cum ſummo Pontifice ludificātem; cum illo malefica aſtutia colludentem, ac ludentem pila rebus humanis, ad turpem quæſtum, ad libidinem, ad dilatandum imperium, cum certa numinis iniuria, & hominũ pernicie abutentem. Nec modò aſſequitur coniuratorum etiam hoſtium maledicendi licentiam; Hugonotorum dico, ſtatus, ac Regum coniuratiſsimorum hoſtium, qui de illo Magno, vel æquo animo cogitare, vel non inique ore obloqui, vel non improbo ſtylo ſcribere non poſſunt: quòd ille implacabilis hoſtis hæreſum extitit, quas ipſi ſectantur; quòd templa fundauit, quæ incendunt; quòd ſacra ſtabiliuit, quæ violant; quòd ſanctiſsimam Apoſtolicam ſedem incredibili beneuolentia, ſummis obſequijs, inuſitata pietate texit, coluit, obſeruauit, quam omni vatiniana deteſtatione execrantur. Ita nefariè eloquitur de trāſportato Oriētus Imperio in Occidentem

Quare Hugonoti oderunt Carolum Magnum.

cidentem in Carolum Magnum, à Leone tertio Pont. Max. (quod Leonis factũ declamator Francus pari inſcientia, & improbitate cum Lutheranis Centuriatoribus violentum, & ab omni ſacrorum ſcriptorum, turba vehementiſsimè agitatum facinus numerabat) inſuper deteſtatur duo illa alià à diuinis hiſtoricis commendata facinora, de quibus alio loco memini me ſcribere: præter hæc, etiam de eo Leonis facto pene conceptis Lutheranorum verbis obtrectat, qui Antichriſti miraculum appellant: furentis ad hæc hominis, ac Franci degeneris in morem, erumpit in rem omnium pulcherrimam, & ipſo ſucceſſu vtiliſsimam vniuerſæ Eccleſiæ, honorificentiſsimam Gallico Imperio, opportuniſsimam toti orbi terrarum Chriſtiano: denique ad extremum neque his leuiter exſatiatus ad eam vnam ſuarũ cogitationum, & ſuæ orationis ſummam refert omnia, vt ad æternam ſanctæ ſedis infamiam, illa concludat. *Ad eum modum,* inquit, *Rex, atque Papa, cùm pilam ſibi, quomodo aiunt, vltro, citróque traijcerent, ſpolijs ſe Imperij locupletarunt.* ô nefariam! ô plenam ſceleris, plenam peruerſitatis complexionem, quemadmodum quæ præceſſerat, quæque ſequitur illa oratio! Nam neque Pontifex lucri aliquid ab illa ademptione Imperij reportauit; neque Carolus Magnus quicquam commodi temporarij; tantum Imperatoris nomẽ, & decus, & onus tulit: quæ verò, toto Occidente, tenuit, ferro, animi virtute, robore corporis comparauit: ſuccedente de cætero Orientis, vt principatui, ita opibus, atque commodis Imperatore Nicephoro

Lib. 3. c. 4. notandum. Renatus à fonte 31.

296

cephoro,cui cæteri deinceps, secundum eum,in eius Imperij clauum successerunt: nó tamen hoc audit animus eius hominis intractatus: paulo post ad summos Pontifices colorandos aspersis viuis coloribus, tanquam iniquissimarum vsurpationum authores; tum ad Carolum Magnum deformandum velut tyrannum, & deceptorem, eruditum artificio simulationis, hæc ita subiungit. *Hoc exemplum*, inquit, *Pontificibus vsui fuit: nam veluti Pepinus, & Carolus Magnus* FALSOS COLORES ET PRÆTEXTVS *mutuati fuerant, vt summam ditionem, ac Regium dominatum sibi, Franciæ primùm, deinde Italiæ pararent; ita Robertus Guichardus Normanus, cùm Neapolitanum Regnum, per summam legitimi hæredis iniuriam, occupasset, vt posteritati hæreditatem suam firmaret, ad sanctæ sedis au-*

Ibidem insignis contumelia pluri-mis Francorũ Regibus, & sedi Apostolicæ illata.

279 *thoritatem se recepit*, SEQVE PAPATVS CLIENTEM *est professus*. Proxime Carolum Magnum oppressorem iniustum alienæ rei, raptorem, & veteratorem callidum faciebat; nullo authore, nullo teste, nulla rei vel probabili ratione: nunc aduersus omnes illustres historicos, ex sola impudentia, sola mentiendi libidine, potentissimum, religiosissimum, gloriosissimum Imperatorem, ac Regem Francum perinde nobis exhibet, vt documentum, ac specimen latrociniorum, periurlorum, fraudum, intolerabili conuicio, & linguæ venenatæ omni malo ferienda licétia. Centuriatores mendaciorum omnis generis, omnis ætatis, omnium sæculorum opifices; ipsi Gallorũ Regum, & Galliæ importunissimi alienigenæ hostes, quãdo tantumdem vnquam vel inuenire,

vel dicere potuerunt?Quid dicerent veteres annalium ſcriptores,ſi viuerent, qui literarum monimentis ad memoriam ſempiternam, Caroli Magni virtutes, laudes bellicas, egregia, admirandáque facinora celebrarunt?qui res increbiles ab eo pro Eccleſia fortiter geſtas, apparatu magnifico,deſcripſerunt:diuinam, per omnem vitã, domi,foríſque ſpectatam virtutem? ſingulare in Chriſtianam Religionem, & mirabile ſtudium? bella contra fractos,obtritóſque Arabas, contra impios idololatras, contra perfidos Chriſtianos ſuſcepta,confectáque?victorias velociſſimè partas?triumphos infinita gloria reportatos?ductum per innumerabiles barbaras nationes, per impeditiſſimum periculis, latrocinijs infeſtiſſimum iter,exercitum?ſublata,erectáque,toto immenſo orbe,clara,& ornata trophæa?terram illàm, quæ vagitus Ieſu Chriſti naſcentis excepit, quæ eum admirandis operibus certiſſima diuinitatis ſuæ ſigna dantem obſtupuit,ex impiorũ nefarijs manibus recuperatam? Quid illi modò ſentirent, quídve dicerent?ſi in viuis illis eſſe liceret, poſtquam hunc nobilem, antiquitatum Gallicarum notariũ audiſſent adeo prophana figmenta enũciantem?hoc duro ore?hoc tam ingrato, tamque inimico animo?aduerſus hunc Principem Franci Regni decus?fidei columen? orbis, & gloriæ, & totius virtutis immenſum, & immortale miraculum? Quid ipſum illum Principem putamus dicturum eſſe,cùm formoſum Catechiſtam videret, toto ſuo Imperio,tot lectionis damnatæ, ac maleficæ voluminibus,latè hæc tot, tantaque 298
male

Caroli Magni admirabile pietatis ſtudium.

maledicta venena ſpargentem? ſe, & ſuos, ſua, ſuorumq; præclara facinora indigniſsima laceratione fœdantem; vos religiones ipſæ, aræque, teſtor, quas omnis memoriæ, omniũ ſæculorũ princeps Imperator erexit; vos Aquẽſes tumuli, qui eius Auguſtos cineres ad ſempiternam poſteritatis memoriam conſeruatis; vos, vosque Franco-
257 rum obruta templa, quæ ipſe ſubſtruxit, incenſa cœnobia, quæ fundauit, dirutæ, proſtratæque vrbes, quas ſeruauit; vexatæ, perditæque regiones, quas ſubiugauit; afflicti, atque conculcati populi, quos debellauit; violata, & inceſtata ſacra, quæ amplificauit, auxit, conſeruauit; vos denique ſacrorum populi Chriſtiani, quotquot vel viuitis, vel extincti eſtis, antiſtites, quos præcipites amẽtia, proſtratis, obtritis, euerſis ſanctiſsimis locis, hæ noſtro ſæculo exortæ furiæ oppreſſerũt: quorum ornamenta, & decora viguerunt, quorũ vis valuit, illo Regnante, quæ iſti omnia omni ſcelere polluerunt: vos omnia illa, tota Catholica vniuerſitate, ſapienter ab illo, ac fortiter, nullo numero inſtituta, quæ Caroli Magni veſtri parẽtis liberalitatem, magnificentiam, pietatem, religionem, fidem, gloriam, fœlicitatem, etiam cúm ſiletis, ampliſsimé celebratis: vos, inquam, omnia, quæcumque, & vbicumque eſtis, imploro, atque obteſtor, an ſi vobis aut ſenſus aliquis eſſet, aut facultas, aut libertas conceſſa loquendi, non vos commoueretis? non ius in illum veſtrum retineretis? non roſtrum, non vnguem, non cantum huius importunæ, ac feralis auiculæ, Dominorum inſigniſsimi obtrectatoris, proditoriſque

suorum

ſuorum, omni diritate deuouendum putaretis, omni malo viuum, mortuùmque mactandum?

CAPVT LVIII. Catechiſtæ impudẽtia aduerſus Sanctum Ludouicũ.

INDE RVRSVS ad tertiam Regum Francorum familiam, progreſſione facta, quid de Beato Ludouico non auſus eſt dicere Diuo huius Imperij tutelari? ſtirpe nobiliſſima, & capite perenni generoſi generis, & ſeminis complurium Regum, in hac gente Regia, vnde Maieſtas tua flos delectus, & ingens efflorescit, & efflorescet memoria omnium ſeculorũ? Quid de illo, inquã, immortalis gloriæ Principe non auſus eſt dicere, nihil ab illo laceſſitus, aut læſus, niſi quòd pius, & ſanctus fuit? nihil à Regno, quod dedecorat, offenſus, niſi quòd Catholicæ fidei, ſanctæque ſedis tenax, illo crepante, & eſt, & erit? obſtupeſcet, etiã iuſta indignatione ſtomachabitur ea in auos tuos, in patrẽ pene tuum, ab impuriſſima carne iactari, quę ſi in muliones, & lixas, aut coquos diceret, cõſtringendũ eum, atq; occidendum putares. Dixit generale fuiſſe Franciæ, & luctuoſum exitium D. Ludouicum, dixit ſingularem, ac certam Catholicæ Eccleſiæ in vtriſque fortunis, terrenis, & ſpiritalibus, ruinam importaſſe. Deus immortalis! hęc cũ ille ſcriberet, nouerat necne, exſtare aliquem Henricum quartum Diui Ludouici nepotem in Gallia? qui ea vel legere ipſe aliquando, vel audire ab alijs poſſet? ſi Ieſuita quiſquam tantumdem vel in circulo domeſtico, remotis arbitris, protuliſſet? imo tantumdem in muſęo apud ſe cogitaſſet? an nõ Rabula perduellis potẽtiſsimum caput nàctus eſſet, quo noſtrum exilium,

exilium, optimo iure, concluderet; qui tamẽ cauit diligenter, ne verbum vſquam de hoc nobili ſcriptore vel loqueretur, vel tibi, Henrice, tui ſtudio flagrans in aurẽ primus inſuſurraret; vel pro dilapidata Frãci nominis dignitate in orationem ingenuam, quaſi in faſtos redigeret; non fecit, non eſt auſus. Verbula, & voculas Ieſuitarum Catechiſtarum parricidijs anteponit. Iam iſte
299 frugi notarius principum Francorum expeditionibus tranſmarinis commemoratis, pro terra ſancta an conſeruanda, an recuperanda ſuſceptis, hæc ita conſcribit. *Quod ad profectiones attinet à Diuo Ludouico*, inquit, *adornatas, quemadmodum* BONA *tantum* PIETATE *ad eas ſuſcipiendas fuerat adductus, ita* INFELICISSIMÆ ET CALAMITOSISSIMÆ *ambæ fuerunt. Nam priore in hoſtium poteſtatem venit, & magno luit, vt immenſo numerato pretio, eam calamitatem redimeret: altera vitam perdidit: vah expeditiones, quæ* GENERALI RVINA FRANCIÆ CONSTITERVNT! Tum complexione ratiocinationis illata, *Audacior ero*, inquit, *dicam illas profectiones tantum non* RVINAM NOSTRÆ ECCLESIÆ, TVM AD HVMANA, TVM AD DIVINA INVEXISSE. Nõ te pudet! En quo afflatu, tũ ad ea loquẽda, tum ad memoriã ſanctiſſimi, fortiſſimiq; Regis improbè inſectandam tandem erupit. Aduerte, Henrice, ſi placet; ſi gratũ, ſi integrũ adhuc eſt, à noſtratibus transfugis errorum omnium fabricatoribus, eam de hoc genere maledicendi profuſam audaciam Catechiſtam hauſiſſe; imò verò magiſtros impietate, ac ſcelere, maximo interuallo, viciſſe. Nam

Lib. 5. Notarum.

illi ex omni Christianorum numero inuenti sunt, qui transmarinas expeditiones Religiosissimorũ Principum damnarent; qui bella ad delendum 300
Ottomannicum imperium collata aduersus Turcas capitales Christiani nominis, summorumque Pontificum hostes reprehenderent: qui ardere ciuilibus bellis, suisque incendijs conflagrare patriam, quàm nostris victorijs barbaras gentes catholicæ Religioni immortaliter infensas, atque infestas peragrari semper maluerunt; vt non inuenirent nullos reliquos Catholicos domi, quos hæreticis armis trucidarent. Quapropter Lutherus prædonum omnium, excepto Caluino, teterrimus, hortatur fideles suos, ne eò, vlla ratione vt eant, adducantur; non opem, vel auxilium ferant, nulla dicti nefarij allata, nisi extremæ dementiæ ratione. *Quid boni*, inquit, *sperandum ex illa suscepta contra Turcas cum illis insanis transmissione?* insanos Imperatorem, & Principes Christianos numerat, qui traiectionem aduersus Turcam id temporis adornabant. Melancton atrior, & tetrior mente, quàm nomine vlterius pudoris repagula transcendit: ait illa prælia contra IVS DIVINVM videri; quare non esse adeunda, *si magistratus aduersum ius diuinum mandatum quodcumque dederit*; *caue*, inquit, *obtemperes*; *obsisties pertinaciter*; *expli gratia*, *si contra Turcā transmittere iusserit*. Quç aggrestis hæretica perfidia vsque eo transfugas homines à cõmunis humanitatis ratione deturbauit; vt audire, infinitis partibus, nunciũ de victoria à Turca, contra Christianos, infeliciter reportata, quàm à Christianis, contra Turcam, malint: expallescũt

Lutherus in Epist. contra duo Cæsaris mandata.

Melancton in cap. 13. epist. ad Rom.

Hæretici victoriis a Turca cõtra Christianos reportatis mirè exultant.

potius

potius, & vultu, atque animis cadunt, si Turcam ferum, atque immanem hostem prostratum, ac fusum intellexerint: vsque eo in omne scelus præceps ad funesta quæque, deuia suopte ingenio, semper exultat improbitas. Qui error, quod ingenium manare nisi a Cacodæmone certe non potest, seruatoris hominum IESV CHRISTI antiquissimo hoste, Christianę Ecclesiæ acerbissimo, atque implacabili inimico; sanctæ Apostolicæ sedis importunissimo, ac certissimo aduersario. Quare vt sancta Christi Domini Romana sedes, vt sancti Catholici animi longè alio spiritu imbuti, numquam illa sacrosancta certamina nō
301 probarunt, deportaruntque, quoties integrū illis, ac liberum fuit, armatos ingentes exercitus contra barbaros incunabulorum Christi seruatoris iniustissimos obsessores, eosdemque Ottomannici generis Cacodæmonum stipatoris coniurati, eiusque in tenebricoso Regno vicarij antegressos proauos: ita, è contrario, istæ arcanæ Turcarum, & consociatæ operæ eam ardoris, ac roboris Christiani partem numquam non quoad eius fieri potuit, maleuolētia stridentes, omnibus insidijs, omni insectatione, omni proditione domestica labefactarūt. Ij spiritus illi sunt, eæque furiæ, quæ huius causidici efferatum animū adegerunt; quæ illi animos exstimularunt; quæ inauspicatum calamum apposuerunt, vt sceleratius, quàm Lutherani illi ipsi, irridere, scriptoque supprimere auderet Diui Ludouici prælia transmarina; ea damnare, ea reprehendere, ea generalem Regni perniciē vocare non erubesceret: eo certè

quidem iniquior,cæcóque consilio intemperantior,quo saltem meminisse debuerat,ea ipsa,quæ stultißimè accusat, paßim à Christianis authoribus,etiámque à barbaris,vno consensu,in diuino illo homine prædicari: tamen cum illorum iudicio suum stomachum audet interponere,tum erronum nostrorum erroribus,per summam prodi-

Si omnes laudāt, cur vnus ipse vituperat?

tionem,suffragari. Audi quæ dicat, *Quotus,inquit, quisque est, quin expeditiones transmarinas huiusmodi,præ alijs facinoribus celebret,vtpote ad Dei gloriam, atque Ecclesiæ comparata?* quo ipso eodem in loco ardoré,aut,vt cum illo loquar, ZELVM BONVM appellat:postmodum se suo sibi gladio iugulans, effatis inter se repugnantibus, ait ZELVM eum penitus FVRIOSVM,& FANATICVM fuisse: Si omnes illa itinera, & sacra bella vno ore efferūt, qua fronte ipse vnus ea adeo insolenter, adeo iniuriosè ausus est omni maledictione contēnere? tum si optimum ad ea aggrediunda studium extitit;quare furiosum,atque insanum appellatum? Deinde si aliud præter pietatem nihil contulit Rex potentißimus; quomodo nihil præter cala- 302 mitatem inde, atque generale exitium reportauit?potest vllum habere virtus, cum improbitate;fides,cum fraudatione;pietas,cum scelere; cōstantia, cum furore; honestas, cum turpitudine; fortitudo,cum ignauia;prudentia, cum temeritate;bonitas,cum extrema rabie; summa, & generalis infelicitas,cum opitulatrice diuinitate commercium? hæ enunciationes, hæc capita,an non ratiocinationes sunt, aut fanaticæ potius delirationes hominis,omni non modò conscientia, sed

naturali

naturali ratione,atque iudicio deturbati?

VERVM ENIMVERO quo Maiestas tua huius perduellis opprobrij singulas partes sua in luce aspiciat,proponam hoc loco, ad æstimãdum Catechistæ calamum nocentem,ac Reũ, & iniuriosum ex multis capitibus esse. Principio affatim mendacio se fraudulento obstrinxit: nam neque euersum, nec euersioni proximum, ea de causa, Regnum fuit,quod iste insinuare, tãto apparatu, nitebatur;nec extinctione, multo minus redemptione optimi Principis labefactatum; quamquã non nego aliquanto fortunis Galliæ incommodatum:summæ quingentum millium Francorum nummùm Regiæ redẽptioni pactio extitit,Ioynuillæo scribente; quam absque tergiuersatione Rex summam facile est pactus,tametsi tum temporis pretium id minime vulgare haberetur: sic vt Sultanus,ea munificentissima liberalitate permotus,centum millia alacri, & liberali animo de tota summa remiserit:quadringentis millibus assenserit,quæ pro redimenda, luendãque nobili-
303 tate Gallica potius, quàm pro Rege eximendo constiterunt. Namque, pro Regio capite, Pelusium, quam Damietam vocant, hosti redditum; ducenta tantum de pacto pretio millia numerata; reliqua postmodum Regi summa permissa. Addo eodem ab alijs annalium scriptoribus traditum esse Bizantinorum nummum octona tantummodo millia persoluta:quæ summa ad quinquaginta admodum redit librarum millia, nisi in Guilielmo Nangio placet octoginta millia, pro octonis millibus restituere, quæ Bizantinorum

Quàm iniuriosa huius causidici impudentia Diuo Ludouico.

Diui Ludouici magnificẽtia.

Ioynuillæus.

Guilelmus Nangius.

faciendum;ad maledicendum ſacris exteris prælijs potius, quàm ad illa alia omnia pulcherrima conſilio ſuſcepta,virtute confecta facinora in inuictiſſimo priſcæ virtutis, inuictę maieſtatis heroe dignis, & maximis laudibus exornanda.Neſciebátne in actionibus humanis,præter peccatũ, quo ſemper caruit,atque virtutem, qua abundauit, homini accidere nihil poſſe, quod laudem, aut dedecus mereatur?fortunam verò aduerſam, aut proſperam, nec commendationem, nec reprehenſionem ſuſcipere,niſi quòd ex optima,aut praua aliqua cauſa emanauerint? Quam ob rem Diui Ludouici viri omniũ fortiſſimi, ac ſanctiſsimi prudentiam,egregium ſtudium,fortitudinem, inuicti animi magnitudinem,fidei,religionis, pietatis ardorem, inita pro Religione, pro numinis cultu, pro Chriſti fide, Regniq́ue gloria amplificanda, vel itinera,vel prælia, vel incommoda ſuſpicere,ſummis præconijs extollere debebat;non potius inconſulto iactare Religionem,ac ſtatum, ſacra,prophanaq́ue ab illo in Regno fuiſſe funditus euerſa, propter fortuitam vnam comprehenſionem, & naturalem aliàs propinquum interi-
305 tum: maximè verò cùm Regiam Gazam, bona, fortunas,labores, vitam denique ipſam ad res omnium,quæ à Rege Chriſtiano perfici poſſent, præclariſsimas adhibuiſſet. Nam nemini latet ea tempeſtate, nullũ fuiſſe vel honoratiorem campum armorum, atque virtutis principibus apertum, ac propoſitum Chriſtianis, quàm terram illam diuinis Chriſti veſtigijs, & cœleſti cõuictu dedicatam; vel illuſtriores victorias, aut glorio-

Quę in actionibus humanis laudanda quæque vituperanda.

Tranſmarinæ expeditiones Principibus Chriſtianis glorioſiſſimæ propoſitæ exercitationes.

ſiores triūphos, quàm eos, qui à cōiuratis Chriſti Dei hoſtibus veteri, ac prima Chriſtianorū hæreditate recuperanda, referebantur. Quæ Catechiſta, ſi neſcit, puer eſt, & ad incunabula faſcijs iterum primoribus conſtringendus; ſi nouit, & gloriæ Francorum tamen inuidet, naturā amiſit, ſtudia, ingenium, voluntates, cum diro cacodæmone conſociauit.

Tertia contumelia. ponit pro aperta veritate mendacium.

DENIQVE TERTIO, ea maleuolentiſsima Regis obtrectatio non malitioſa modo videtur, & improba, quòd veritatem apertam opprimit; & iniqua, quòd ſolas calamitates, & clades æſtimat, vti proximè à nobis fuit demonſtratum, verùm minimè ferenda, & punienda, quòd ſolenne mendacium veritatis loco collocat, & malum dicit bonum, ac bonum malum (ſcelus adeo diuini vatis ore damnatum) ſiquidē contendit illa pro Chriſtiana dignitate ſuſcepta tranſmarina certamina Franciæ cladem, calamitatem ſacris, exitiū ciuilibus rebus attuliſſe; quæ reipſa vtrumque iuuerunt; immortalitatem principi, attulerunt; Gallico nomini ſummam gloriam pepererunt. Nam 306
prima vltra mediterraneum trāſmiſsione, Hieroſolimitanum Regnum à barbarorū crudeliſsimo dominatu, inhoneſtáque tyrannide ereptum, & Chriſtianis eſt reſtitutum; plurima oppida opportunis munitionibus, & operibus ſepta; innumeri captiui à ſeruitute miſerrima liberati: Plures ad numinis Chriſtianum cultum traducti, infideles vexati, hoſtium arces direptæ, vrbes exuſtæ, vires exhauſtæ, propugnacula exciſa, ſpiritus depreſsi, trophæa in excelſo Sione collocata; iniquiſsimi

Ioynuillæus cap. 93. Paulus Æmilius. Tilletius in Chron.

inquilini oppreſſores vrbibus, agris, ſyluis, montibus, antris, mundo pene toto exterminati: deniq; , ſi Catechiſta, qui NOSTRAM inquit ECCLESIAM illis prælijs penitus euerſam, per eam NOSTRAM impietatis, atque barbariæ factionem, cacodæmonis conſiſtoriola, infidelitatis receptacula intelligit, penitus illius tum eſt, eiuſque gregalium Hugonotorum primigenia, vt ita dicam, vexata, proſtrata, euerſa Eccleſia. Ex quibus tot, tātiſque detractis Orienti opimis ſpolijs, Eccleſiæ Gallicę cū caducæ illæ profani fundi, tum ſpiritales, dilatata fide, opes auctæ ſunt: Chriſtianæ totius Reipublicæ gloria, & felicitas creuit: nominis Franci pauor, & ſplēdor exteras nationes peruaſit, percuſſitque; tātū abeſt, vt inde fuerit vel Gallia attrita, vel Eccleſia labefactata, vel Regni fortuna profligata. In ſecundo ſacro Turcico bello, Carthago à Rege obſeſſa, debellata, vi capta reuertit ad noſtros. Peluſium calidiſſima obſidione ſeptum, denique expugnatum, æquis conditionibus pactis receptum, recuperatum. Arabes, & barbari ita accepti, compoſitique illis in partibus, vt ſublato patre, Philippus filius priuſquam ſe inde domum recepiſſet, illis, pro arbitrio, quas collibuit, leges iuſſerit: prægrande vectigal ſtipendiarium quadringentùm millium ſcutatorum aureorum nummùm quotannis Carolo patruo Regi Siculo penſitandum impoſuerit: in ordinem omnia latè redegerit; incolumis demum,
307 trophæis paternis, ac ſuis clarus, domum inclyta cum laude, reuerterit. Hoccine eſt ſtatum, Regnum, Eccleſiam perdere? non autem potius

Tilletius in Chronicis.

vtrasque fortunas Galliæ stabilire? annon exinde maxime huius Franci imperij gloriam hæc illustrarunt? statum firmarunt? Religionem, non dubio superùm conciliato patrocinio, conseruarunt? Nam dubitandum non est illa admirabilia, & omnibus omnium nationum vocibus sæpe commemorata facinora; illa armorum, virtutis, pietatis incredibilia monimenta; illum huius 308
principis beatissimum exitum, illam mortem pro gloria numinis propaganda, pro Christianorum salute procuranda, pro sæuissima vetustissimaque opprimenda tyrannide, oppetitam, apud supremam illam diuinitatem promeruisse, vt ea è suo edicto cœlo, cuius illi Barbari, aras, templa, religiones, cunas ipsas, ipsos domesticos lares, diu omni nefario stupro, & scelere maculauerant, non modò aliquando ad eos puniendos oculos aperiret, verùm Gallici imperij maiestatem tueretur; eiusq; posteritatem ad nos vsque continuatam, & lilijs seruatam propagaret. Nisi fortè hoc etiam casu factum esse dicimus, vt tot sæculis, tot dirissimis tempestatibus tentata Sanludouicana familia, tam illustri, tam fœlici stirpe propagata reuiresceret. Non est humano consilio, ne mediocri quidem, res illa perfecta: sed veluti egregia Abrahami fides, exquisita Dauidis innocentia, pietas, virtus summam illam prole vteri prosperitatem, per multa secula; spiritalis verò generis cõtinuatam sobolem, per ipsam æternitatem adeptæ sunt: ita non impari religione Regi Ludouico sanctissimo, suis maximis apud diuinitatem, præstantissimisque meritis,

Imperii Gallici in sancti Ludouici familia continuata successio.

sua

ſua Regalis inuicta poſteritas eſt, in multas ſeculorum ætates perpetuata. Trifariam igitur huiuſce frugi Catechiſtæ mendax, contumelioſa, iniqua Regi, & poſteritati Regiæ calumnia extitit. Enimuero hic mihi ipſe reſpondeat; prodeat in aciem: videamus mucronem huius legitimæ defenſionis: pauliſper ad hæc, quæ illum medullitus ſauciant, ſe commouere non audebit? quid procedere in campum tergiuerſatur? vnum expectat, dum illum ſtimulis fodiam? hæc eum, ſi vllam partem habet ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio: nec ſe commouet tamen? tacet? haſtam abijcit Regni defenſor? hîc nihil de Regibus Franciæ ſe purgabit? ipſe, qui ſibi adeo cordi eſſe Franciæ decus glorioſè oſtentat? qui ſe ſplendoris, & gloriæ noſtrorum Regum adeo ſtudioſum profitetur? qui Ieſuitas appellat Hiſpanos? qui eos Regum hoſtes vociferatur eſſe? qui primus fortunam Galliæ in Luparam inuexit? qui volitat vindex publicæ libertatis in foro? lumen curiæ? & quod caput eſt, incendium Regni? qui illum malus, atque obſcœnus genius infatuauit, vt hęc in Reges noſtros omnis ſanctitatis, omníſque memoriæ facile principes non dubitaret effunderę? tam inhumanis, inuerecundisque mendacijs nullo vel ſuo, vel cuiuſquam commodo? tãta offenſione omnium nationum? tam claꝛa, generalique iniuria Francorum? tam impudenti contemptu Regis? tam inſigni infamia, ac dedecore gentis Borboniæ D. Ludouici ſanguine proſeminatæ? tam ingenti macula nominis Chriſtiani? tam celebri fauore, & commendatione
Turca

Turcarum? tam iniqua? tam infideli? tam inhumana oppreſſione innocentiſſimorum Ieſuitarum? ſcelerata, ſuperis, atque hominibus inuiſa mens alio inſtinctu inſtigari potuit, hæc vt faceret, niſi eius inauſpicati Diaboli, cuius ea cura præcipua, ſolenne ſtudium, inueterata libido, Deum calumniari, carpere ſuperos, ex quo è cœlo tranſuerſus præcipitatus in Tartarum de Angelo Diabolus, hoc eſt calumniator eſt effectus? Hæc illa conuicia ſunt, hæ falſitates, quas cum 308 aduerſus Francos Reges perfidè conſcripſiſſe Renatus à fonte ſacrorum defenſor obiecerat: quæ Catechiſtam à ſe depellere oportebat; atque pro ſua ipſius fama, niſi famam ille ſuam pro nihilo habebat, aliquid reſpondere; non latibula quærere, vbi tot ſuppliciorum Reum caput abſconderet; non catecheſes, non noua à Rupellanis, & Gebennenſibus acicularijs interpolata ſcribere euangelia: non ſummorum Pontificum examinare diplomata: non ſuam ignauiam, & timiditatem celeberrima fuga, ſummam inſcitiam puerilibus cauillatiumculis; inuiſam obſcœnitatem turpiſsimis, inhoneſtiſsimiſque contumelijs, extremam deſperationem, ſuę ipſius conſcientiæ, ac ſalutis aperta iugulatione proderet; vt ſe fabulam vulgo, ſcenis, ac theatris, & poſteritati mimum ridiculum, quæſita, iniuſtaque Ieſuitarum nomini infamia exhiberet. Nunc conſtituat Maieſtas tua de animo, de ingenio, de conſilio noui huiuſce Catechiſtæ, ſi lubet, tũ ſententiam ferat, mirúmne videri debeat, Ieſuitis eum malitioſiſsimis cõmentarijs obtrectare

Calumniatorum pater Diabolus.

ctare, qui adeo monstrosa audacia, non dubitarit immortalem Regum memoriam lacerare, qui tota vita sanctissimi, omnibus rebus gestis gloriosissimi, nominis sui maiestate, ac terrore, non tota modò Gallia, sed vniuerso habitabili orbe Regum omnium inuictissimi, ac facile principes floruerunt.

CAPVT LIX.

De Catechesis subiecta materia.

DIXI DE conditione, consilio, intentione authoris: iam superest, opinor, vt etiam de subiecta materia, de forma, & specie operis pauca expediam; dum interim spissiores in eius scripta omnia, inque omnem vitam notas, maioraque commentaria edenda paramus, vt tandem non solùm in lucem hominũ, nostro proferantur indicio, sed in iudiciales flãmas Põtificis decreto, carnificis obsequio, quod certè breui fore cõfido, ne eorum tandem Gallia flagret incendio, inflammanda tradantur. Interea tuæ Maiestati ex his,
309 quæ nunc referam, tum de toto scriptore quid statuendum sibi sit, tum de vniuerso opere perfacilis coniecturæ ratio relinquetur. vnumquemque se suo pede metiri oportere dicunt sapientes, *metiri se quemque suo modulo, ac pede verum est,* ille inquit: nam etiam *qui sua metitur pondera, ferre potest.* & pictores humanarum imaginũ longitudinem ex capite æstimant: iste neutrum, nec sapit nec facit. Nam argumentum delegit minime omnium suo pedi aptum; seque capitis expertem ostendit, cùm adeo ineptum delectum fecit; vnde nihil mirum postea, si, quomodo aiunt, turpem ex asino mulum effingit. Eius Catecheseos (si eo nomine censenda prophana impietas est) argumentum

Huius Catecheseos materia

mentum; quale ex ſuo diſtorto ingenio conflauit, ex erroribus tantum eſt, ex nefarijs hæreticorum opinionibus, ex omnis Machiaueliſticæ inſaniæ infidelitate, ex flagitiorum, fraudum, ſimulationum importunitate, ex mendaciorum, & periuriorum impunitate, ex ciuili cruore, ex innocentum ruinis, atque ſupplicijs, ex latrociniorum, & cædium immanitate, aliarumque id genus ſordium cœno, & eluuione concretum; quæ omnia in noſtram Societatem omni iurata obſtinatione deuoluere contendit. Ea appoſitâne materia eſt, quæ ab aduocato pertractetur? ab homine, qui inter huiuſce Monarchię Regios adminiſtros, aliquo numero haberi velit? à vero Catholico, & probo? à ſacro, & erudito Catechiſta? ab vnico Regni Gallici ſpeculatore? deniq; à moderato, & graui, & exactę ætatis mox moriturо, mox ad diuinũ tribunal, poſtmodũ ad ſempiternũ incendiũ ſiſtẽdo ſene? Author eſt aliquo loco nobis; premit quantum poteſt, nititur omni machina, omni fraude, & dolo malo ſuadere, ô miſerandum caput! ne loquamur! ne inflicta cruenta vulnera ſentiamus! ne ingemamus! ne noſtram amplius innocentiam promulgemus! *Quia cœnum, & cloaca*, inquit, *eſt, quam ſtagnare, ac deſidere ſinere debemus: quo enim magis illa commouebimus, eo res noſtræ peius olebunt.* Proh ingenuum! proh generoſum hominem! quis Reus ad furcam magis timuit, aut expalluit vnquam, quàm iſte ad noſtram, quam ſubodoratur mox adfore defenſionem? quis crudelius prodidit innocentiam, quàm Catechiſta, qui accuſatos ſe tueri; præfocatos

In Cracch. fol. 30.

tos

tos, & iugulatos vociferari vetat? ó tempora! cuias iſte homo eſt? aut quid hominis iſtud eſt? qui non ſolummodo nos, petito iugulo, mactare, ſed obliſo gutture, intercluſo ſpiritu ſtrangulare deſiderat? quare igitur ipſe illa adeo ſputatilica; adeo negotioſe, ſpiſſè, ac ſpurcè, non digito, aut radio, ſed lingua, & pleno ore, non mouet, & concitat, ſed ſorbet, & eructat? ſeque toties immersũ, atq; obrutũ prægustandis alienis fæcibus inceſtare non exhorreſcit? nobis non licet
310 defendere nos, ne illas fœces curioſè prodamus. quemadmodum igitur ipſe illas toties noſtræ infamiæ procurandæ ſtudio tam ſpurcè deglutire non veretur? non puduit illum poſt actionem illam ſuam tam tetri odoris, illo ſuo gutture, ac naſo putrido vniuerſa Gallia exſpiratam, colligere, tractare, miſcere, vorare, vomere hæc ſpurciſſima ſordium vndiq; erumpentia ſtagna, vt pacis publicæ, & Regiæ ſalutis arcem, vt in veteri prouerbio eſt, ex cloaca faceret? vt in naribus, vt in oculis, vt in auribus vniuerſæ Europæ exoneraret olentiſsimam, peſtilentisſsimámque ſentinam? vt ſuam famam æterna ignominia, infinita execratione commacularet, tantùm quo Ieſuitis officeret? vt ſe ipſum crudeliſſimè iugularet, quo nos exiguo vulnere, vulneraret, quod acu punctum videatur? inuidia, odiumque Ieſuitarum, quæ illum excruciant, tantámne eum in deſperationem rerum ſuarum raptare præcipitem potuerunt, vt ſui gradus, ſui honoris, ſuæ ætatis, ſuæ ſalutis illum obliuio excæcaret? Ieſuitarum perdendorum tantum

cognoſceret, vt dignè, vt clarè, vt ingenuè, vt diligenter exponeret, Theologum non mediocrem in diuinarum rerum cognitione verſatum, non improbum Frăcum, optimum Chriſtianum, mediocrem ſaltem hiſtoricum, aliquem philoſophum, ac dialecticum, tolerabilem Iuriſconſultum, non ineptiſsimum Pontificij iuris interpretem, ac ſuper omnia, bona aliqua ſaltē naturali, non peruerſa conſcientia hominem oportuit eſſe: at verò conatus omnes, quos tota Catecheſi parauit, illum earum omnium opum mendiculum ſumma maximarum, & optimarum rerum, imo mediocrium, atque vulgarium indigentiæ laborare oſtendunt: atque qui poſtmodum in eius ſcripta obeliſcos aut elucubratiores notas apponent, qui eius inquiſitiones exquirent, notaſque notabunt; eius Theologiam tum Catechiſticam, tum tranſlutheranam excutient; neque ea tamen tanta curioſitate, ac diligentia, qua ille eſt ad criminandum, Ieſuitarum conſtitutiones furaciſſimè perſcrutatus, ſed ſtrictim, ac breuiter interim, dum commentaria craſsiora cudantur: idque duntaxat facient vel ad lutram ex fimo, quod aiunt, indagandã; vel ad ferã omnibus cubilibus, atque veſtigijs perſequendã; vel ad mendaciorum cumulum, horreumque, ex leui temporario indiculo, & exemplo prodendum; quantumq; poterunt voce contendent, vt etiam, qui in extremo orbe verſantur, exaudiant; magno ſuperborum hominum ſeſe arrogantia, atque faſtidio efferentium damno, & propoſito ad fact... exemplum documento, ſatius eſſe, lingu...

E e ...am ſedulo

dulo obuallatam, & calamum bene pressum, & quietum tenere, quam scelerate loqui, aut perperam scribere; nec nõ magis e re illius futurum, atque ipsum haud paulò melius operam collocaturum fuisset, si tacuisse, sique vt caput parietum, frontem tenebrarum custodiis, ita linguam profundo silentio, & manum suæ picturæ arcanis emblematibus occultasset, improba fame tandem ijs maledictis exsaturata, quæ iam toties ante profuderat, eáque suauissima voluptate in sinu suo molliter collocata, expleto animo, quam 312
ex nescio qua populari vndique expiscata commendatiuncula, imperitorum errore aucupatis vanitate rumusculis cuiusdam eruditionis (norũt superi quo iure) collegerat: de cætero autem non rostro, & vngue toties alienam existimationem; in foro vellicaret; non in circulis carperet; non in scriptis excederet; non vbique excesam arroderet; neque se tam præsenti periculo exponeret, ne se breui pluma, & vnguibus, & cute denudatum omnium mortalium sibilis, & salibus expositum videret. Quamquam breuiter perstringemus; quid earum rerum omnium, quas commemorauimus vel à natura; vel ab arte ille fuerit consequutus. Cõstitit eius exquisita Theologia tum ex nota ad Ioannis Euãgelium allata, aut vlcere potius inflicto, tum ex definitione fortunæ: quæ duo à nobis prius commemorata, ne innumera alia, quibus eius omnia scripta scatent, attingamus; necessariò efficiunt, vt intelligamus hominem ne primora quidem vnquam Christianæ Catechesis elementa condidiscisse, qui

Vide infra de eius pictura cap. 60.

Catechistæ Theologia.

qui Catecheſim ipſe edere eſt aggreſſus. Quid in ſacro Euangelio VERBVM ſonet, norunt, quod nos diximus, mulierculæ; nec dicent vnquam, etiam quando garrire ad focum volent muliebriter, actiones honeſtas hominum, aut illa, quæ captum hominum fugiunt, diuina myſteria, ludibria eſſe, vt ipſe dixit, & fortuita fatuæ neſcio quæ fortunæ experimenta. Quem Theologum igitur, ſuperi, nacti ſumus in Gallia? qui necdum fidei rudimenta, aut Religionis incunabula Chriſtianæ calluerit? ecqua eruditione doctrinam ſcrutabitur Ieſuitarum, cuius in ſuæ Cate-
315 cheſis indice curioſum examen pollicetur? Quid Francæ naturæ, aut indolis haberet, ipſe, ne dubitare poſſemus, effecit, cùm de Francorum Regibus ſermonem haberet; triáque maxima orbis terrarum, nedum Franciæ lumina, ac decora, omnium conuiciorum turpitudine non ferenda, deformaret, multò indignius quidem certè, multoque inſolentius, quàm acerrimi, atque infeſtiſſimi Francorum hoſtes vnquam deſæuierunt. Quo oculo igitur, non enim dico qua fronte, quam perdidit, idem audet Ieſuitis hoſtiliter exprobrare Hiſpanos videri? nihil minus redolere quàm Frãcos? In hiſtoria puerũ eũ eſſe, ac ſi quid puero infantius poteſt, certiſſimum eſt: nam ſi prima hiſtoriæ lex eſt, nequid falſi dicere audeat: deinde ne quid vere non audeat; præterea ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo; denique ne qua ſimultatis, quid ille minus vnquam aut fecit? aut voluit? aut potuit? aut cogitauit? fingi hæc putas, Henrice, quæ patent? quæ nota ſunt omnibus?

Qualis Francus.

quæ tenentur?quæ Renatus à fonte illum ipſum optimis indiciis,ac nominibus fateri coegit:cum non rebus totis paſſim, ſed quod puerile,ac turpiſſimum eſt, temporibus erraſſe?ſigillatim verò ſub Mahometis tépora lippis nota, atq; tonſoribus ſomniaſſe,qué optimus,ac frugi Chronographus viuum, ducentis annis, antequam natum, armatum,antequam ortũ nobis exhibuit?quemadmodum hæc alia non multo diſſimili ſcientia ſcribit. *noſtra memoria Stephanus Battori Rex Polonus verſatus eſt*, inquit, *atque etiamnum verſatur, in magno diſcrimine amittendi Regni, quòd Ieſuitas voluit in Sueuiam inducere,inuito Carolo Duce,ſuo & auunculo,&*(inquit optimus Catechiſta)*Prorege in illis partibus*. Aſpice Inquiſitorem, & Cenſorem Galliæ; examuſſim ſapit. Porro ita ſe res habet: Stephanus Battori Rex Polonus, ante tredecim annos & viuus,& Stephanus, & Battori, & Rex eſſe deſijt,fato mortis extinctus: numquã Sueuorum ille Rex fuit, quare neque ibi, vbi non erat, Proregem habere potuit:.noſtri cõtrà in Sueuia, pluſquam inde à vinginti annis verſabantur, vſque à Ioanne Rege tertio Sigiſmundi patre, qui Sigiſmundus hodie, non Stephanus Battori Sueuiæ clauum tenet, eius hæreditatem propriam, ac ſuam Regni conſequutus; eò noſtri acciti, adſcriptique ſunt per Catharinam Reginam Sigiſmundi matrem,Ioannis vxorem,ſanctiſſimam 314
fœminam, atque optimam, nec ſumma nobilitate magis, quàm probitate, ac religione Catholica, omnium fœminarum præſtantiſſimam, quę in auita Catholica pietate Sigiſmundum Auguſtiſ

In ſuis rerum Gallicarum notis lib. 3.

Renatus à fonte c. 45.

Eius clariſſima ignorantia fol. 255.

Putat Stephanum Battori adhuc regnare, qui iam obiit à tredecim annis.

Noſtri in Sueuiam accerſiti anno 1581.

gustissimum item, & sanctissimum Principem, Rege, tametsi Lutherano, assentiente, mirabiliter educauerat. At Carolus ille Dux (quod Hæreticorum omnium ingenium est) Tyrannicum in modum occupare Sueuiæ Regnum instituerat, fidelitate reformata; non propter Iesuitas, quod ait Catechista: in quo etiam nequissimum se, & inueteratæ malitiæ architectum exhibet, quòd hæreticum Tyrannũ oppressorem Regni alieni, odio Iesuitarũ tuetur: optimũ verò, sapientissimũ, inuictissimũ Regem certum, & Catholicum hæredem lædit, à Lutherano aliquo compotore, & compransore suo illis veteribus cãtilenis instructus: toties eo imperitissimus iuxta, ac scelestissimus ea commemoranda historia, existimandus, quoties ad scribendum calamum adhibet; tot nobilium mendaciorum Reus, quot verba ex Luterana fistula quadam exsufflat; tam audax ad mentiendum, atque fingendum, quàm furiosus ad nomen nostrum omni calumnia discerpendum. Caput scribendi, atque ocellus quidam historiæ est veritas, operæpretium verò eius, qui scriptam euoluit, fructus aliquis, notitiaque memori animo comprehensa. Hic nihil nouit aliud, nihil pensi habet, quàm vt veritatem transfundat in fabulas: nihil quicquam ex accurata rerum optimarum narratione degustat, aut decerpit, præter id, quod vel ipsum est nequam, vel quod nequam ipse efficere possit, Crabronum instar, tum ad obstrependum importunissimo fremitu, tũ ad pungẽdum venenato aculeo, temerè in quoscumq; primùm aut sui furo-

Dux Carolus hæreticus voluit Sueuiæ Regnum tyrannicè inuadere contra Sigismũdum Poloniæ Regem fratris filium.

Historiæ ocellus.

ris flamma impulſus, aut ſuæ cæcitatis fumo
turbatus inſederit. Hoc vel ex vno facto planum, 315
ac teſtatũ habetur; ac multis alijs paſsim ex locis,
quę receſſere modò aut nihil ad nos, aut ſi ad nos,
nihil ad hoc tempus; tractationem longiorem res
infinita deſiderat: atqui etiam nunc nihil eorum
omnium opus habemus: facile ex his notis æſtimare
tua Maieſtas poterit, qua ille fide, qua religione
ſexcenta alia facta narrauerit, quę longis,
planeque ſenilibus, vt cum priſco Accio loquar,
fallaciloquentiis eſt in ſua Catecheſi complexus.

CAP. L.X. De aliis Catechiſtæ conditionibus.

PERPARVM in hiſtoria vidit; perquàm multo minus in philoſophia: cuius defectus minimùm eum pœnitet nõ philoſophum eſſe natum; eius naturalis, moraliſque philoſophia ea eſt; fabulæ, Attilianæ ſententiæ, Patelini, ſubrancidæ edentuli Romani Roſarij narratiũculæ; Panurgus Rabeleſij, Machiauelis aruſpicinæ; & ſi qui ſunt alij eius Ariſtoteles, Platones, Socrates, Solones, & Catechiſtę; quos meditatur, quos commẽtatur, quos tractat, quos deperit; quos vt Biblia Guiotia citat, notat, appellat: ſigna, ac teſtes, pluſquam ſit ſatis, in eius ſcriptis frequenter occurrunt: quamquam ſapientem Themiſtam, grauemque Senecam aliquando ſimulat; præſertim poſtquam ingenios è grauis author de Dominæ pulice publice ſcripſerit, ipſe mordaculus, & obſcœnus magis, pulex, quam ipſe ſuus pulex.

Eius philoſophia.

Autores Catechiſtę familiares, fol. 83.b fol. 170.b.

Monimenta Catechiſtæ de pulice Dominæ.

In Dialectca ita natus, inſtitutuſque eſt, eadem vt ex pręſumptione iuxta viride, ac cęruleũ; æquè violam, atque carduum colligat: perinde eodem

ex

ex fonte calidum, frigidumq; hauriat, neque vlla tangatur cóſcientia ratiocinando complexionem ſumptioni contrariam, aut contradicentem acceſſere: alicubi magna effertur inſolentia, quòd hæc tam ingenioſe concluſerit; Ieſuitarum ordinem, neque prophanum, neque ſacrum, aut ſi cũ illo loquimur, nec ſecularẽ, neq; regularẽ videri Ergo *Hermaphroditũ* inquit. ô argutias! ô acumẽ! quod nihil eſt ſecus dicere, quam ex duobus
316 negãtibus duo aientia, inaudito Dialecticę genere deriuare: perinde ac ſi quis puer ita loqueretur: homo nec ceruus, nec caper eſt; ergo & ceruus, & caper eſt. Parmeno neque cenſu, neque vindicta, neque teſtamento liber factus eſt: itaque & cenſu, & vindicta, & teſtamento liber factus eſt. Nam hermaphroditus, qualem Fauorinum Gellianum Arelatenſem fuiſſe ferunt, ſexum vtrumque complectitur: vtrumque ordinem nobis negat, vtrumque concedit, tam Dialecticus, ac ſanus, quã Arnaldus boni ſoceri bonus gener, qui in eodem argumento verſatus, ita concluſerato: *Quos Ieſuitas eſſe dicam? non religioſos, neque laicos: quid igitur. Ergo Hiſpanos.* Inſanit profecto, conſtringendus eſt: nam æquè ad hunc modum concluſionem rotundare, opinor, poterat. Ergo braccatos Heluetios, aut pennigeros Peruanos. quidni etiam? Ergo alaudas montiuagas, aut teſtudines domiportas. Alio loco ratiocinatione penitus apodictica, ac neceſſaria probat Ignatium de Loyola ſocietatis parentem illiteratum, atque idiotam fuiſſe, hoc mirabili anagrammate. *Ignare de loy hola*: hoc eſt latine. *ignarus, legum obe.*

Mira Arnaldi cauſidici dialectica in ſua lite contra Ieſuitas.

Mirum Catechiſtę acumẽ. fol. 57.

 Ali

Alibi vt rursus eundem Ignatium indoctum, ac imperitum efficiat, ex eius depicta tabula argumentũ repetit, quòd pingi soleat ad ignorãtię indiciũ cũ Parthenico ad manum appenso rosario, quo certa lege, precarijs sphærulis ad numerum alijs ex alijs defluentibus, Deiparæ supplicatur. *Cùm ea*, inquit, *simplicium mulierculárum precatio sit, quæ nec legere norunt, nec scribere.* Optimè. suos ipse nobis doctè colores expressit, quibus ipsum 312
bellè ex sua logica norma, ac regula coloremus. Nam si illa iam ratiocinandi forma probabitur, nobis certissimum, maximumq́ue argumentum suppeditabit, quo illum omni scientia, & omni pietate spoliatum statuamus: quando se ipse pingendum, referendumq́ue curauit in tabula, coloribus proprijs, penicillo suo, sine libro, & sine manibus, gemina maxima turpitudine, ac deformitate: vna nullius omnino paratæ scientiæ, quæ libro indicatur; altera vitæ omni rerum honestarum, atque ex virtutis legibus gestarum præsidio destitutæ, quæ res vulgo manibus designari solent. Ita manuũm, ac pedum expers mox velut ex rota idolum Dagonis emersit: ac forsitan nihil pictor minus cogitabat, qui nobis Helmium Manciam reddidit, cùm Catechistam pingere statuisset; illasq́ue sceleratas manus fortuitò nescio, an de industria, fraudulento homini occultauit; quas pridem amputari potius oportuit: nisi etiam ex definitione fortunæ ab isto prototypo nuper allata existimamus hoc miraculum fortunæ fuisse, quo pictoris penicillus eo perductus est, vt speciem latronis adeo scienter

Catechistæ pictura sine libro, & sine manibus quã appositè.

Dagonis idolum 1. Reg. 5.

ter exprimeret: aut potius arcanū quemdam genium, qui manum artifici dirigebat, quo adeo ſcite, & venuſtè, & commode hominem falſarium, atque indoctum effingeret: quod ipſemet poſtea, ſua acceptione, approbatum recepit; tametſi ad veteris legis Cinciæ limbum, aut verius lembum, vt ſe ab illo ſcopulo eriperet, confugit. Sed non eſt illud: eſt hoc potius, quod modo attigi, quodque verbis expictum ad illam fumoſam imaginem, hoc tetrametro, melior, quàm tu vates, tibi tuum reddo, Catechiſta, quod tu pro tetraſticho, in extrema tua Catecheſi, in Beatū Societatis parentem Ignatium impune, ac ſacrilegè exhalato ἀμοιβαῖον ſemiſsis vſura ſorbeto.

IN CATECHISTÆ TABELLAM
ſine manibus expreſſam
Hendecaſyllabum.

Interpretis in picturam Catechiſtæ Hendecaſyllabum.

An caſu fuerit, vel arte factum,
Vt falſarius in ſua tabella,
Vel vinctis manibus, vel amputatis
Truncus prodeat, ô perite pictor!
Multum ſollicitus, nec arte credo,
Nec caſu penitus fuiſſe factum:
Sed bonum genium tuo colori,
Vel bono genio tuum colorem,
Sic ſortem pariter dediſſe, & artem,
Vt falſarius in ſua tabella

Sit vinctis manibus, vel amputatis:
Quàm peccas bene! quã ſcienter erras!
Qui caſu facis, ô perite pictor,
Quod per carnificem fuit patrandum!

Quamquam ea altera illi penitus etiã quadrat
interpretatio, quòd libro, ac manu deſtitutus ab
omni eruditione vacuus figuratur: nam eius hoc
loco argumentatio, vt nulla alia coniectura ſup-
peteret, ſatis eum aperte prodit non intolerabili
modo inſcitia, ſed ſtupenda impietate laborare.
Roſarium Deiparæ Coronarium ignorantiæ ſi-
gnum, & illiterati animi notam facit, quod in di-
uina Christi Redemptoris Eccleſia excelſiſſimæ 318
ſcientiæ, & pietatis Chriſtianæ inſigne ſemper
extitit, hodieque Catholici hominis ſymbolum
habetur: eo ab Hugonotis Roſariorum, & ſacro-
rum omnium irriſoribus internoſcimur: geſta-
tur, oſtentatúrque à regibus; tractatur à ſummis,
ſine controuerſia, & ſummæ doctrinæ, vel Ace-
phalo teſte, Doctoribus; à ſummo Pontifice, à le-
ctiſſima Principum Eccleſię purpuratorum coro-
na percurritur. Signum, quod primo ibi in fron-
te occurrit, quo te ſtatim in limine munias, ſalu-
tare eſt Crucis inſigne, Imperatorum, vt Augu-
ſtinus, vt Ambroſius, vt Hieronymus gloriantur,
vexillis, & ſceptris honorificum, dæmonibus,
Hugonotis, Catechiſtæ imprimis horrẽdum. Do-
minica oratio, quæ prima inibi, tum per ſingulas
decades craſſioribus globulis deſignata recita-
tur, ea eſt diuina comprecatio, quam ore ſuo ſa-
croſan

Roſariũ Deiparæ Coronariũ Catechiſtæ horrẽda impietas ignorantiæ ſymbolũ eſſe vult. Sacroſancti recitãdi formula.

croſancto ſeruator hominum, ſumma æterni parentis ſapientia recitandam Apoſtolis tradidit. Angelica ſalutatio, quæ minuſculis orbiculis, quaſi decuriatim iteratur, vſurpata fuit primùm à Gabriele Archangelo maximi omnium myſterij, quæ toto ſacro Euangelio narrantur, interprete. Poſtrema clauſula, qua SANCTAM MARIAM aduocamus, ab ipſa Eccleſia, quã Paulus Apoſtolus columnam, & firmamentum veritatis appellat, profecta manauit. En Catechiſta, vnde prima Chriſtianæ fidei elementa, quæ pueros non fugiant, ex me cognoſcas: te verò ignariſsimum eſſe, aut quod proximum eſt, Hugonotum oportet, qui Roſarium dicere, ac ne quidem quid omnino id ſit, noſſe hactenus potuiſti. Ergo, Henrice, illa oratio, quæ potiſsima myſteria noſtræ fidei, quæ reconditiſsimam cœleſtis diſciplinæ ſcientiam, quæ certiſsima, grauiſsimáque diuinitatis argumenta complectitur ab his doctoribus, ac magiſtris accepta, à ſummis Chriſtianæ Religionis authoribus, ad ſummam admirationẽ, celebrata, deſignatio erit, & prædicatio ignorantiæ, ſi acutum, ac ſublimem dialecticũ diſputantem audimus. Equidem niſi rerum omnium ignoratione deformatus, & ab omni numinis ſenſu, & cultu deiectus, omnẽ rerum diuinarum opinionem iampridem abieciſſet; ita colligere eum puderet: præſertim in Religioſum, ac ſanctum hominem, cui appingi roſarium ad eum finem, quo ait iſte, non poterat; imò quem ipſe literatum, nec prorſus idiotam fatetur, quem & ſummo ingenio, & maxima omnium, qui tum in

orbe viuerent, prudentia fuisse, & Philosophici, Theologicique curriculi spatia decurrisse fatetur. Ipsum igitur est, quod dico, non magis pietate, quàm scientia pollet. Quare omnia ad suum dedecus trahit; & quemadmodum exquisitiorem sanctimoniã histrionicam, ac mimicam delirationem nominat, ita Parthenicam coronam, quibusdam quasi orationis Dominicæ toris, & suauibus salutationis Angelicæ flosculis intextam irridet, ac dedignatur, quam doctores grauissimi tractare, Principes, ac Reges amplissimi euoluere, eoque se appenso ornamento ornare non verentur. 319

CAPVT LXI. De Catechistæ Iurisprudentia.

DICAT ALIQVIS, etsi nobis iam hęc nota sunt, ab illis omnibus disciplinis penitus esse destitutum, & vacuum: tamen iuris scientiæ est peritissimus; ambulat in foro, incedit togatus: se circumspicit in curia: nominatur saltem aliquis: prætereuntis ancillæ digito demonstratur: at etiam perorauit in magno consessu, summa laterum, ac dorsi contentione in Iesuitas: iam tot annos iuris ciuilis Philosophiam, imo Pontificij, quæ diuini iuris est prudentia, profitetur; nõ est tam deformis, tamque gibbosus, quàm tu putas. Ego verò eum in hac ipsa iuris vtriusque bipartita doctrina, tam rudem, hebetem, ac bardum contẽdo videri, vt mirabile sit eum ad subsellia vnquam admitti Parisijs potuisse. vnde inquies tibi hæc nota sunt? vide ne & tu studio maledicendi rapiare: nihil mihi tribuo, ponam rem in medio, consule Catechesim, dispice num in eo alterutrius iurisprudentiæ vel vnguiculum reperias

rias

rias:is qui illa ſcripſit, tota illa Catechetica inſana mole, adeo inopem ſe earum rerum ſenſit, tota illa ex puriſſimo iure accerſenda diſceptatione, quæ in legibus regnare debuerat, vt nõ duos, vt ita dicam, paragraphos, non ternas leges, homo iuris conſultiſſimus recitarit, cùm ex nugis aliàs anilibus opinionem aucupetur hominis ſapientis, ac ſcioli. Atque, quod ſcutica dignum Cenſor cenſeat, Canonum citãdorum rationem, & communem artis vſum ignorat. Cùm vnum e noſtris eorum, quos Caſuiſtas vocant, ſcriptorẽ citandum ſtatuiſſet, *Emmanuel Sa,* inquit, *Doctor, ex eorum Societate, Theologus in litera* PRINCEPS, verbo voluit dicere, ſemper hîc errat: ſed Emma-
310 nuelem eſſe Calepinum aliquem, aut Nizolium putauit, aut noua ſcientia verbum ex literis octo conflatum Poëtica verſificatrice licentia literam appellauit. Quis verò puerum magis vagientem vidit in cunis vnquam? nec eius errarum, ſed librarij fuiſſe duxiſſem equidem, niſi diſertè, atque integrè exſcriptũ, nec ad errata ſubſidiaria amandatum comperiſſem, quò centum alia multo leuiora ſecundis curis recenſita, quaſi ad naufragij tabulam relegauit. Nihil ad hæc magis vulgare eſt, nihil tritum magis apud vtriuſque iuris magiſtros; nihil tam celebre in Theologia, quàm illa latè fuſa de voto diſputatio. Iſte non ſolùm voti naturam nunquam nouiſſe, ſed ne nomen quídem audiuiſſe videtur. De ſimplici voto haud ſecus, quàm cœcus de colore iudicat: vota omnia, ſine exceptione, iuxtà æſtimat: qua noua, & inaudita intelligentia fretus affirmat Religioſum votum

Quomodo de voto loquatur.

De voto ſimplici cæcus de coloribus. Fol. 161. A.

votum simplex ad eum modum esse debere, vt iura adoptionis quondam Romanorū veterum, non vt Iesuitarum sacras sponsiones, sub conditione, conceptas. Infelix leguleius, qui tot annis, simplicis. ac solennis voti differentiā discere non potuit: simplex illud esse, quod quis Deo priuatim, nullo apparatu solenni nuncupat: solenne, quo se homines numini ritè obstringunt, vt quo maiorem sibimet necessitatem ipsi diuinæ seruitutis imponant, sub sanctissimæ Eucharistiæ mysteria publicè, frequenti, ac celebri ritu, coram Ecclesia, ac vno verbo, quod caput, & summa rei est, ad manum antistitis, loco Dei adstipulantis, 321
acceptantisque: quemadmodū, cùm sacris quisquam ab Episcopo inauguratur ordinibus, vel solennem suæ Religionis professionem conficit, apud eum, quem parentis loco sibi delegit, cui in terris tanquam Christo subesse omni vita decreuerit. Itaque in Regno præstantis huius iuris vtriusque Doctoris, voti formam Religiosi, aut quasi, quā Plato vocabat, ideam ad prophanam Romanorum, in liberis adoptione emācipandis, adoptitiam cōsuetudinem referemus: atque omnia Religionis vota quantumcumque solennia, si ex eius definitione, atque sententia nudè, ac merè suscipiantur, iam vocabuntur simplicia: iu- 322
ris sanctioris, decretorúmque Pontificaliū erunt corrigenda vocabula: peruertendæ sacræ consuetudines; tota Pontificia compositio transferenda; nam solennia nominant, iste decernit esse simplicia. Nunc quando adeo incontinenter abusus maledicendi licentia, societatis vota omni frau-

du-

Noua Catechis. Theologia.

Q[illegible] votū sol[illegible], quid simp[illegible]. S. Thomas. 2. 2.

dulenta calumnia carpere in animum induxit, cogor pauca, ea de re tota, tuæ Maiestati exponere, quoad & veritati consultum, & huius conuiciatoris amentiæ, inscientiæque prælata, admotaque fax aliqua videatur.

CAPVT LXII. De votis simplicibus Societatis Iesu.

QVI SOCIETATIS institutū aggressi vitām nobis cum, & societatem religiosam inituri sunt candidati; postquam, per biennium solidum, lapsus ætatis, & liberioris naturæ vitia primo tyrocinij rudimento correxerint; hoc disciplinę; quidquid est, strictioris genus addidicerint, munera posthac obeunda recognouerint; vires, Athletarum more, ponduſculis quoque primoribus, quasi ad catadromū explorarint; ipsi vicissim veluti coloris, ac virium habita ab Aliptis situs ratione, tentati, puncti, vnctique, omnia quaquauersum, sursum versus introspexerint; nos sibi, se nobis probarint; varie cum disciplina domestica, tum alijs experimētis, tum verò præcipue spiritalibus exercitationibus, peregrinatione, infimis, ac sordidis publici valetudinarij munijs, atque officijs diligenter exerciti; tum si factum satis videatur, si ad nostras rationes idonei iudicentur, tria paupertatis, castitatis, obedientiæ vota deinceps ritè nuncupant; in quibus proprie religionis tota

Vota tria Religionibus insita, atque cōiuncta necessaria.

322 ratio, & natura cernitur. Exinde Religiosi e societate censentur: nec professi tamen, quod priuatim, religionis quidem, nequaquam tamen, professionis emittunt vota solennia: ad quam non admittuntur priusquam multifariam aliquot annos agitati, & exercitati in optimis curis, atque in peculiari nostro genere viuendi multum fuere,

Secunda in Societate probatio ante professionis vota solennia.

ac

ac ſæpe verſati. Nam ſummi in ſocietate momẽti habetur illa profeſſio ijs concedi tantùm ſolita, qui ad res grauiſſimas non vulgari virtute, excellenti quadam ſcientiæ doctrina capeſſendas informandi, cõparandiq́ue ſunt: interimq́ue dum in illis quaſi primis, ſecundisq́ue conſiſtunt, optimæ conſuetudinis ſpecimen, ſingularis probitatis egregium quaſi ſpectaculum exhibent; ex votorũ ſuorum præſtitutis legibus viuunt; obedientiæ cum primis ex profeſſo, tum paupertati religioſę, & caſtitati, vt leges noſtræ loquuntur, Angelicæ accuratè ſe dedunt: nihil proprium ſibi, quo vti, abutíve poſſint ſibi reliquum faciunt (quãquam in hæreditaria bona ob rationes, quas poſtea dicam, ius nõdum amittunt) concionantur, docent, conuerſantur familiariter, ſalutis procurãdæ cauſa, cum mortalibus; proſpiciunt, experiuntur, admouent omnia, quæ animis veluti excolendis, nouandisq́ue ſperant profutura. Abundè probati, verſati, exercitati ijs omnibus in rebus, facta de illis probabili coniectura, fore cũ diuina gratia, vt fideliter ad Dei gloriam illa omnia quaqua in orbis plaga verſentur, exerceant; tum demum ad vlteriorem profeſſionis primariæ gradum adlecti, aut profeſſorum albo adſcribuntur, aut formati adiutores euadunt; tria vota cum ſolenni ritu repetunt, quæ nobis cum alijs dicatis Deo 323
familijs fere communia ſunt, ſuperiore capiente, ſtipulante, pręſente, omnibus, quæ vel tum reipſa poſſident, vel poſſidere poterant, pleniſſime abdicatis, ſuoq́ue arbitrio, vbi collibuerit, collocatis: de cętero ea lege adſtricti, ſacriq́ue, vt ex corrogata

rogata, collectaque stipe victitent; non ex annuis, vt in Collegijs solet, statis, ac certis pensionibus: ad quæ tria vota, qui probitate, & cognitione prouectiores iudicantur quartum nominatim adiungunt sanctæ Apostolicæ sedi disertè ad missiones conceptum, quod nihil aliud est, quàm solennis, & sacra promissio, quascumque ad fidelium, vel infidelium terras Christianæ rei causa Pontifici maximo ipsos emittere placuerit (quod Catechistis Hugonotis maximè omnium dolet) proficiscēdi, sine vlla tergiuersatione, atque adeo sine vllo, non dico mercedulæ præmio, sed ne viatici quidem exigendi obtento prætextu: sacculum, pro opimo fundo; paupertatem æternam pro peculio; præpetem, & perpetem, vt priscè dicam, obedientiam pro imperio; quinas cœli latissimè protensi plagas, pro tecto; vasta marium, ac terrarum dissitarum spatia, pro campo; immanem, truculentamque barbariē, pro patria pacti. Ipsum illud quartum votum est, vnde aduersarij mille glossemata, mille laruas, ac lamias grauidato dementia ingenio, conceperunt: hic ipsi inter se cum vanissimis somniorum suorum vmbris digladiãtur. Quod si illa veluti intermedia secundæ probationis interiectione aut peccatis, aut perniciosis erroribus implicati obduruisse, & vitijs inueteratis obducta consuetudine, ac pertinacia percalluisse; ordini verò nec obedientes, & noxij inueniantur; Generalis Societatis nostræ Præpositus, pro ea, quam amplissimam habet, sibi à summo Pontifice impartita potestate, aut cui negotium permittendum ipse censuerit, suo illos

Quid Societate missioné accipiunt.

merito demum expellit. Si qui præterea optimis tractabiles alioqui moribus deprehendantur, sed tamen ij morbo, ac debilitate corporis, aut ingenij, Societati ad nullam rē vtiles iudicati, aut alibi accommodatiores futuri, aut alia potiore de causa dimittendi, re tota ex Præpositi Generalis sententia æstimata, si missionem ipsi, aut sacramenti deuotæ sodalitatis solutionem petunt, accipiūt; si id expedire Generali Præposito, penes quem vnum id iudicium est, censeatur; ij demque iuxta, ac alij illi, quos diximus, voti simplicis nexu, quo Societati vltro colligati tenebantur, exoluti, sui iam esse iuris incipiunt. Si quis contra, iniussu Præpositi de præsidio, & statione, vbi seipse collocauerat, decesserit; transfuga, ac desertor habetur, iuris matrimonij iusti, ac legitimi expers, omnibus Apostatarū diris obstrictus, suprema Pontificia exectatione illaqueatus, omnibus perfugarum alijs ab ordinibus deficientium laqueis irretitus; nec, si ineat matrimonium, vllum est, quamquam voto duntaxat simplici tenebatur, quod alias ex sese matrimonij vim, & dignitatem euertere non solet: sed priuilegium est Societati propriè à vicario Christi Pontifice irrogatum, ad religiosum propositum, omni cautione maxima, stabiliendum.

324

Solus Præpositus generalis homines potest ex Societate dimittere.

Qui iniussi abeunt Apostatæ.

CAPVT LXIII.

Quænam in Societatis votis Catechista reprehēdat

CATECHISTA, aut vt magis propriè aliquid, quamquam non ita vsitatè dicam, Cacochista, multa in hisce votis simplicibus reprehēdit, vtpote quòd modificata, quòd solutioni obnoxia, quòd conditione præuisa, præcautaque sunt; quòd aliis nouis, quòd multiformibus,

affecta qualitatibus, nec alijs in sacris familijs
passim obuia: quasi verò omnes ordines eadem
vna regula, ac forma circumscribi esset necesse,
aut possibile: nec in summi Pontificis potestate
325 foret, qui alias item sacratioris iuris leges, alia
interdicta sciuit, vnam aliquam nouam edicere
tempore, ac die metiendam. Ac quoniam Catho-
licum simulat, nec aperto marte, audet in Apo-
stolicam Maiestatem incurrere, quæ Societatis
omnẽ rationẽ, ac speciem pro religiosa probauit,
amplexaq; est (quod & secundũ eam sanctissimũ
præstitit Tridenti conscriptum Concilium) quin
etiam, interposita sacrarũ dirarum formidolosa
nota, generatim, ac singillatim ijs inusta, qui So-
cietatem eiusmodi esse pernegare, aut è religio-
sorum ordinũ numero eximere auderẽt: quid fe-
cit iste perditus? apud se constituit Pontificiã au-
thoritatem pellito ariete obducta vinea, subter-
raneisque cuniculis oppugnare; si diceret Põtifi-
ciam de Societate iteratã à Põtificibus omnibus
approbationẽ falsam, fraudulentam, subreptam,
dolo, ac vitio extortã videri. Ad Concilium verò
Tridentinũ, hoc est totius, terrarũ solenne iudiciũ
orbis quid dicit Rabula infelix? vrbẽ mihi crede,
prodit, dum castella defendit: insitum medullis in
sacram Maiestatẽ odiũ, nostri nominis odio, ape-
rit, quando conceptã in animo Lutheranã, Cal-
uinianamque impietatem vel sua vita scelerata
simulatè concoquit, vel nostra lacerata fraudu-
lenter obuoluit.

Qua fraude Catechista nostrum institutum oppugnet.

Fugere eum non poterat, quãdo tam furaciter
omnium librariorũ apothecas nostrorũ est per-

Societatis cōstitutiones quam diligētissimè & accuratissimè disceptatæ.

scrutatus, Societatis formā, & regulā morosissimè omnium, qui fuere vnquam ordinum, nostra, vel maiorum memoria, probatam, libratā, & disceptatam fuisse, Nā instituti nostri tota ratio, anno sesquimillesimo vndequadragesimo, ad tertium nonas Septembris, iussu Potificis Pauli tertij, tribus è cœtu purpurato Cardinalibus est commissa: negotium illis à Pontifice omne datum, vt sin- 326
gillatim omnia, minuta etiam diligentia ponderarent: tum quæ commemoratu admodum digna circonstātia est, ex ijs tribus Bartholomæus Guidiccionius, summa quidē sanctitate, magna grauitate, præcellenti doctrina vir præditus, iuris vtriusque scientissimus, omni liberali cognitione ad summam laudem ornatus, nostro instituto vehementer, antequam nosset, intercesserat, restiteratque, & Societatis approbationi vnus omnium acerrime repugnauerat; non vlla adductus maleuolentia, sed quòd tam impeditam Religionum sobolem, & numerosam varietatem, præsertim Lateranensi, Lugdunensique Concilio improbatam, ipse quoque damnaret, propter quarumdam forsitan profligatam, ac lapsam, an vetustate affatim fatiscentem, an suo iam numero laborātem, & fluctuantem disciplinā: quam redintegrādam, & nouis quasi subductis copiolis, restituto vigore pristino, resarciendam censebat potius, quam nouos ordines inferendos: quin ea de re scripsisse etiam librum dicebatur. Cæteri Pontificis consiliarij patres, pro eius authoritate, nutabant; pedibus in eius sentētiam, nihil propius erat, quàm vt currerent, vt quo res agitata esset vehemētius, & ma

Paulus 3. Primus Societatis approbator.

Cardinalis Guidiccionius à multitudine nouorum Religiosorum ordinū alienissimus.

& magis lentè ventilata, eo illustrior, vel Dei, superúmque sententia, vel Societatis magis Germanus, ac purior candor emergeret. Namque victa omnis dubitatio, & difficultas omnis est superata, quando momento, tum reliquorum patrum, tum Bartholomæi cor ita immutatum de
327 repente est, vti ex aduersario re perpensa propugnator, adiutor, & author existeret. Itaque ille nouorum ordinũ tam assiduus paulo ante depulsor, societatis scopo omni accurata solicitudine, pertentato, ita animo, sensuque commotus est, eius institutum vt summopere laudatum admiraretur; etiam aliquando diceret Religiones sibi nouitias non probari; hãc tamen nõ probari non posse; sic enim interius interdum affici viscerum medullas, eos se animi motus, ac sensus experiri diuinitus, vt quò illum ratio humana non traheret, eò volũtatis affectu, coactus, inuitusque quodammodo raperetur. Ergo ille Societatis institutum Pontifici ipsemet commendauit, quod formula quadam comprehensum, & ab nouitatis hoste laudatum ipse perlegere tamen, syllabatim totius instituti formulam percontari, eum ad finem apud se habere, menses aliquot Pontifex voluit: vehementer denique probauit; inusitata admiratione, & Pontificali afflatu, digitum Dei inibi esse grauiter pronunciauit: summè laudauit; ad extremum postea peculiari diplomate ad annum sesquimillesimum quadragesimum, quinto Calendas Octobris, ipso die tuo, Henrice, natali, confirmauit, ac stabiliuit: vt quo die Cosmæ, & Damiani festam memoriam colit Ecclesia, eo die

Societas cõfirmata. 1540.

Die Regis natali.

Pōtifex nō mediocriter ęgro orbi Societatē,Deus verò afflictæ Galliæ simul Henricum quartum, veluti præsentem aliquam medicinam afferret. Decennio pòst, anno 1550. decimo tertio Calendas Augusti, Iulius tertius alterum in eam rem diploma conscripsit; Societatem insuper multis summis priuilegijs auxit, eam vehementer ornauit; ei subsidia ea cōtulit, quibus fructuosius in cœptū propagandæ religionis opus incumberet. Pius quartus, & Pius quintus plurimas Pontificiæ sanctionis literas deinceps expediri iusserunt ann. 1561. & 1565. Tandem Gregorius decimus tertius vniuersæ Societatis immortalis, ac dulcissimæ memoriæ, immensique meriti alter parens, ad annum sesquimillesimum octogesimum quartum,octauo Calendas Iunij, alias concessit, & scripsit, & auxit amplissimas. Plerique omnes alij, qui postea Apostolico imperio succeſsere, haud paulo se liberaliores in societatem exosculandam, tenerè fouēdam,amplificandā,nouis codicillis corroborādam,Pontificijs copijs, & sanctiori robore muniendam, præbuerunt; quo vel currenti calcaria admouerent,vel ampliorem de Christiana Republica bene merendi materiam exhiberent. Quæ si Catechista legerat aliquādo, ac non magis ab Hugonoto quopiam Cacodæmone in buccam ingesta didicerat; quo oculo? non enim quo ore, quod nullum habet, in Regno Catholico asserere audet nostri ordinis Pōtificias sanctiones captiunculis hominum, nostris pessimis artibus,Pontificis errore,tādem per meram fraudulentam subreptionem, obreptionemque

Iulius 3. In vita Beati Patris Ignatii lib. 3. cap. 20.

Pius 4. Pius 5.

Gregorius 13 Societatis suauissimus parens.

que adoleuisse? Atqui SVBREPTIO falsum indicium, captiosam relationem, fallacem, & deprauatam actionem desiderat. OBREPTIO, quam vocant iuris ciuilis artifices, est veluti negotiatio quædam, aut vt aliquid magis dicam, nundinatio, ex fraudulento mendacio, & dolo malo, vt ijdem sentiunt, comparata. Hic, quod in nobis erat, nec sincerè magis, aut integre, nec liberalius, aut sanctius agi poterat: nisi vt summo Pontifici in manū Societatis, cuicuimodi essent, regulæ omnes traderentur, quas tum tenere examussim volebamus, quas seruare deinceps, & instituimus, & semper hactenus, quantum pro virili fuit, conati sumus. Neque maior à summo Pontifice afferri prouisio, vel cautio vlla debebat, neque eius causæ notitia amplior, nisi vt & ponderaret ipse, per sese, & examinandū alijs daret summo vel otio, vel studio, quod approbandū, ac sanciendum proponebatur. Quæ regula vnquam tot probationes, tot contentiones, tot disceptationes, tot aduersa iudicia, tot agitationes, imo si quod sentio, dicere iam oportet, tot nauseas, aut tot scopulos est præteruecta, quàm vna hæc nostra? Nam quomodo potest iste, ad quiduis dicendum dudum venalis homuncio sanctam sedem circumuentā dicere fuisse, qui ipse inconsideratè confitetur Paulum tertium duos magis annos deliberasse, priusquam ad Societatis instituta lege sciscenda adduceretur? Iam hoc ego modò non disputo, sitne illius, quæ nulla vnquam esse solet, vera confessio: eam vt vt est, nunc arripio; & feralem, ac dirā auiculam iterum

528

Surreptio Cuias in Comm. ad l. 4. super vo. rem mihi. ff. de vsurpatin. & vsuc.

Obreptio. Vulp lib. 3. num. puber. quamuis de Caib. edic.

Nullæ vnquā cōstitutiones magis probatę, aut exploratæ, quā nostræ.

ex ſuo roſtro, ex ſuo diro cātu interim intercipio. Si Pontifex totum bienniū legibus noſtris lectitādis, penſandis, examinādis, etiā cū quadā auerſi animi alienatione faſtidioſius obſeruādis aſſumpſit, quomodo cōſtare cū poteſt falſis indiciis, aut fallacibus documentis fuiſſe deceptū? Quæ ſi iſte de nobis affirmat, quotuſquiſque ordo Religioſus nō in ſummū diſcrimē, atque in dubiū ab hoc ordinum omniū violatore ſacrilego adducetur? an maioribus vllis omnes, quotquot in Eccleſia hodiè numerātur, aut teſtimonijs diuinis, & humanis, aut difficultatibus, ac ſtudijs aduerſis, quā hæc vna noſtra Societas approbati, cōfirmatiq́ue ſunt? quæ verò deinceps ſancta erūt? quę nō fraudulēta? quæ nō malis artibus ſubrepta, atque impiè extorta diplomata? fierine tādē vllo pacto poteſt, próh ſuperûm, atque hominū fidē! vti ab anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo, nemo Theologus, nemo in tota vniuerſitate orbis terrarum, Pontificij, vel ciuilis iuris interpres emerſerit, cui in mētem venire illa nefaria fraus nunquam potuerit? vt pulcherrimo indicio ſummum Pontificem, purpuratúmque Collegium admoneret? hic autem frugi cauſidicus, qui prima ſuæ artis vixdum elementa didicerit, tamen ex omnium hominū memoria tandē inuētus, primus, & vnus extiterit, qui hoc notaret? qui anno ſupra ſeſquimillenum centeno, & altero, ſexaginta duobus poſt annis, quàm res geſta eſſet nodum in ſcirpo inueniret? Nam quo ille ſe pacto purgabit? quo nouo inuento æternam maculam, quam ſibi aſperſit, eluere poterit? is ille, qui cupit videri,

Intolerãda Catechiſtæ nequitia, qua occultè omnes ordines religioſos in ſuſpicionem vocare conatur.

Summa iniuria quam ſanctæ Apoſtolicæ ſedi Catechiſta intulit.

abſque

absque exceptione, immunis, & alienus ab omni errore Catholicus? quonam suo Panchresto medicamento plagam depellet? quàm ex incredibili illata sanctæ sedi iniuria, vt nobis damnum procrearet, accepit? etenim cùm ordinis nostri instituta eleuanda, atq; in insignem inuidiam adducenda suscepisset, Christi vicarium Pontificale tribunal intolerandæ stoliditatis, atque amentiæ accusauit; quòd indignissimè se, imo turpius multo circumueniri videns, ac volens permisisset, quàm infimus quisque toto Christiano cœtu sacerdos fecisset: approbata, ac inter ordines sacros adscripta ea Societate, quam iste ait sectam hæreticam esse etiam Lutherana, Caluiniana, Mahometana longè tetriorem: quo furiali, & Diabolico conuicio ne totam quidem furiarum ad peierandum, & maledicendum coniuratam cateruam immanius vllum euomere posse is maximè sentiet, qui omnem humanitatem non abiecerit: idemque secum statuet nullam crucem, nullam rotam, ne illum quidem Phalaridis inuentum satis esse huic perdito omnibus furijs exagitatissimo veteratori: tum quòd ad Regem ea dicere palam audet, quæ audire Dæmones exhorrescerent; tum quod inurit sedi Apostolicæ tam inauditam infamiam, vt, pro ordine sacro, adeo truculentam sectam tribus immanissimis generis furijs peiorem in orbem inuexerit: quod nihil aliud est agere, nisi eam prudentiæ, & scientiæ, & sensûs, & fidei, & Dei, & religionis expertē putare; eius authoritatem opprimere, fidem & cultū illi apud homines pror-

ſus eripére; odium capitale infligere;authorem, & principem facinoroſiſſimarum hæreſum appellare; quam etiam, haud ita multo antè, Regnorum, cum Carolo magno, vſurpatricem, expilatricem, prædatricem vocabat. Si huius Cauſidici haud abſimilis aliquis Dæmon veteranus, & loquax,& furiali aliqua rabie totis viſceribus ſemiuſtulatus ſtatuiſſet Apoſtolici ſolij dignitatem, & reuerentiam penitus depreſſam obruere, & conſociatis cum Luthero, Caluino, & Mahomete conatibus, vniuerſum Chriſtianum nomen extinguere, religionem funditus profligare, pietatem, fidem, ac numen ipſum ad Epicuri cuiuſdã, aut Diagoræ popinas,atque cloacas relegare;quam aliam viam, præter hanc tenuiſſet, vt omnia à ſancta ſede, imò à quouis alio Principe, vllo vnquam tempore ſancita, ſanciendaque impoſterum, falſitatis, ac doli ſuſpecta redderet? vt Catholicæ ſcholæ doctrinã euerteret?quæ nunquam non hoc tenuit,tenetq; mordicus, Chriſto authore, Cathedram eam, continuata inde à Diuo Petro ſucceſſione, Pontificiam, in qua ille aſſidet eius ſucceſſor,cui datæ ſunt claues Regni cœlorum, vt cœleſtis veritatis fores in terris familiari afflatus numine reſeraret; errare,aut labi, fallere, aut falli, nullo pacto poſſe, ijs maximè ſtatuendis, ac decernendis in rebus, quæ certam fidem, aut etiam Chriſtianorum hominum mores attingunt?præſertim verò in hoc genere,eoque in capite,quod tantùm haberet momenti, in omnem partem; vbi ageretur de vno religioſo ſacro, ac celebri ordi

Summus Pontifex quibus in rebus decernendis errare non poteſt.

ordine ſtabiliendo,qui Religionem Chriſtianam ipſe alios vbique terrarum docere, qui flexibilem ad omnia adoleſcẽtiam tractare, & erudire, qui nomẽ Chriſtianum ad diſiunctiſſimas orbis, & barbaras nationes deferre deberet. Quouſque huius languidæ pecudis ſe ſe furor, effrænataque attollet audacia? quos vſque tandem eius ſe iactabit, & rapietur præceps ad quiduis audendum impunitas? Id verò, Hẽrice, tibi à me iterum paucis commemorari neceſſe eſt; dum breuiter
331 expono quamnam ille rationem potiſsimum ſequatur, in diplomatum Pontificiorum fide, ad fraudem, atque ad ſcelus reuocanda, ipſoque Pontifice maximo erroris, ſtuporis, impietatis, imo atrociſſimi omnium criminis poſtulando.

CAPVT LXIV.

Qua ratione Catechiſta probet noſtra ſubrepta, ac furtiua, eſſe diplomata.

FRVSTVM HOCCE hominis immenſa libidine flagrat hoc ſuum facinus, omni firmitate fundatum ſtabiliendi, noſtris artibus circumuentos fuiſſe Pontifices, eos viciſſim circumueniri ſe improbiſsimè paſſos eſſe; vnde illas omnes noſtras ſacratiſsimas ſanctiones ex flagitio, ex fraudulenta extorſione manaſſe: dedat ſe, atque diſiiciat; abeat, pereátque Pontifex; authoritatis Pontificiæ, ſui nominis, ac famæ iacturam faciat; inſuper præceps ruat, proteratur, in nihilum euaneſcat Eccleſia, amandetur pietas, depellatur ex ſententiis hominum numinis opinio: denique, *iter ruina quæret, & fracto volet perire mundo*; nos tantum ſecum opprimat: perindè illi eſt: vno conflagret orbis incendio: abunde illi ſolatij erit, dummodo perdere, aut vltima cõfigere infamia Ieſuitas queat Catechiſta. Confirmat

firmat hanc partem primum à Collegijs, deinde à votis adſcita probatione; ſemper, Henrice, more ſuo, nugando, ludificando, mimicè, pueriliter, ſcurræ repueraſcentis ad inſtar blaterando: quamquam nemo eſt ſcurra, aut ſannio, quin eum gladiatorem potius, quàm ſcurram appellet; cùm tam fœde ſe diſcerpentem ipſum, ſeque ſuo condientem ſale, qui illi ſit pro anima datus, aſpexerit. Iam enim bambalionem agit ſemimortua verba ſubmurmurans; iam in ſtuporem actus, ſumma hæſitantia cordis, afflato perſimilis gemitum abrumpens, anhelato pulmone conſiſtit: tum quod nemo ſine graui ſtomacho ferat, ſolenne habet, quæ ementita inuerecundè confinxerit, ea tanquam vera, & probata, & certiora, quàm quæ apud Sagram proponere: de cætero nihil omnino ſolicitus probare, omnia tanquam ex ventre, aut ex tripode tantum afferre; nunquam ſine mendacio, nunquam ſine conuicio. *Magne Deus*, inquit, *vbi nos frontis oculos tum habebamus?* quę ille perinde loquitur, quaſi diceret: an non oculis, an non mente capti tum eramus, qui Pontificalium edictorum fraudem nō cerneremus? tum probationem adiungit. *Replicate*, inquit, *omnia illorum diplomata, quæ anno 1540. 43. 45. 46. 49. perſcripta fuerunt, ſi deprehenderitis factam illis fuiſſe poteſtatem habendi, aperiendique collegia, eodem modo, quo cæteræ vniuerſitates ſolent, mulctam ego mihi, ac pœnam, quam in me decerni placuerit, planè depoſco.* Non aliam placet, quàm vt furcam feras: aut in piſtri- 332
no molas, aut quando patriam tam nefariè prodis,

Prætermittit ſciens diploma Pauli 3. anni 1548.

dis, assutus culeo cum cane, & vipera Sequanam haurias: perquam enim mihi, Henrice, expeditum, ac facile est deprehendere, quod iste] oculis cernere non potuit. At postquam deprehendero, postquam sua ipsum sententia, aut culeo, aut foco obnoxium inuenero, vbinam gentium illi illam gulam frangendam, vel illud culeo obnubendum caput, vel illas carnifici permittendas falsarias manus ex pacto reperiemus? hoc ipse cùm sibi iure timeret, sedulo cauit, caput auertit, manus abscōdit; se totū occultauit, vt ne quidem pilus tortori pateret. vbi apprehendemus hunc Pyrgopolinicem audaculum prouocatorem, vt supplicium, quod deposcit, ex legum omnium præscripto reportet? nomen iudici suffuratus est, se velut in scalarum tenebris, aut velut in sacculo ipsum, quod Gallica paræmia ferunt, & quidem toto aqua madido includit: merā inficiationem, & abiudicationem sui operis, pro indice, pro nomine, pro authore prætendit. Ecqua ratione hunc authorem subterraneum, suffossum, anonymū assequemur? aut si summā arte peruestigatum ad ipsa cubilia deprehēderimus, quod clepētem, latentem, gliscentem feram ingenio vinciemus? Tamen si hominum aciem, & cognitionem fugerit, si latuerit ad tempus; sed à Deo opt. max. innoxij sanguinis vltore, ac vindice certissimo tandem inuenietur: qui aperiet oculos aliquando, & tarditatem pœnæ grauitate supplicij compensabit. Interea euidenti, atque perspicua ratione possum ostendere, Rex, id quod ille negat apertissimè eo ipso in loco reperiri, in quo desidera

dera

Diplomata Iulii tertii. derari adeo portentosa inficiatione contendit. Negat in Iuliano diplomate reperiri, nobis facultatem esse suppeditatã profitendi publice Theologiam, Philosophiam, & reliquas libero homine dignas artes, quemadmodũ in nostris gymnasiis cõsueuimus: quapropter Pij quarti constitutionẽ, (quam primam omnium esse vult, qua nobis data esse videatur illa facultas) in illa Allaci relatione Iuliani diplomatis fundatam, subreptam, furtiuam, adulterinam videri vult, vtpote nobis, ex falsa commemoratione, concessam. ô insanum hominem! Pius quartus affirmat in contrarium; in Iuliana confirmatione eam facultatem, conceptis verbis, inueniri; eius in suo ipse diplomate dilucidam adhibet mentionem: sententias notat, fol.133. rationes commemorat, rem omnem exponit: cui fidem habebimus? cui authoritatem tribuemus? an summo, Põtifici, qui in diplomate Iulij eam se facultatem reperisse, legisse, vidisse, contendit? 333 quam sancit de integro? auget? amplificat? an profligato, atque desperato homini, qui Pontificem maximum aiat falli, allucinari; non legisse, quæ legit, non vidisse, quæ vidit, non scripsisse quæ scripsit, non dedisse quæ dedit? atque ad extremum super hæc, perinde ac iusto studio iuuandæ Reipublicæ concitatus in speciem, & iuris vindicandi quodam immenso ardore succensus; victor, triumphans, in curru laureatus, ac paludatus; re ipsa autem Thyestæa rabie inflammatus, omnibus furiarum caminis ignitus, ac tostus, in hæc subito verba prorumpens vociferatur. *Quæ vlla oppressio? quæ vlla fraus maior vnquam*

quam exuit? Ego verò non possum quin exclamen;quę truculentior vlla Læstrigonum,Cyclopum,aut Lamiarum ferocitas?quæ vlla inquinatior sannionum Atellanorum impudentia,quàm tua?qui Collegij nomen intelligere non potuisti, sæpe in Iuliano diplomate repetitum? quæ vna res tibi absque vllo alio indicio ipsum illud indicabat, quod cum quærreres inuenire nolebas;nisi iam pridem vna cum mente etiam oculos perdidisses? Enimuerò ad annum sesquimillesimum quinquagesimum.XV.Cal. Sextileis,Iulius Pontifex edicto cauit,nobis vt facultas amplissima esset admittendi fundata Collegia ab his hominibus, qui ea fundandi, dotandíque studio tenerentur. Scripsit item aliud diploma exacto deinde biennio vbi Collegiorum clara mentio acceptione eadem præscripta habetur;scilicet qualia iam tum non varijs modò locis, sed Romæ, sciente,sciscente, vidente Pontifice habebamus: qui si aliud Collegij nomine designaret, quam communiter omnes accipiunt, quomodo nos ad cliuum ipsum Capitolinum, in oculis vrbis, & orbis, imo ad pontificium pene limen celeberrimum Collegium aperire pateretur;vbi omnibus sine exceptione, omnis illa superiorum, ac liberalium disciplinarum varietas exposita publicè consspiceretur?Hæc cùm Pontifex quotidie intelligeret, cæcutiebat?vt quæ tota in vrbe gererentur, in vestibulo pene Apostolico aspicere non posset? aut cùm in sanctioribus codicillis Collegia nominabat, quid volebat nisi doceri item,vt docemus? ad quid,obsecro,Collegia instituendi,

Copia collegiorum admittendorum a Pontifice concessa.

aut

aut aperiendi poteſtatem feciſſet? niſi vt in Collegijs præceptores, ac diſcipuli collocarentur? ad quid tandem caueæ ſine auibus? dicere ille poteſt, quod videtur, pro Ieſuitis auditoribus, ſo- 334
lùm ea collegia conſtitiſſe? ô vanum! ô iocularem virum! quis omnium nobis, ad eos vſus, gymnaſia credidit, vel ſtabiliuit vnquam? ac non item inprimis ad iuuentutem, quæ eo conflueret, optimis artibus inſtituendam? quamobrem etiam noſtri in hiſce collegijs diſciplinarum omnium, quam lectiſſimam poſſunt, ſibi comparant ſupellectilem, niſi, vt quæ didicerint, poſtea perennes imitati riuulos, in alios, cum fœnore, ipſi refundant, ad ſcholarum vnū, quaſi curſum, & tenorem, perenni omnium artium continuata ſerie, perpetuandum? Incredibilis igitur is ſtupor eſt, vnicum perſpicuum vocabulum tantum Regni Gallici patronum prætériiſſe, quo res omnis illuſtrari, totaque dubitatio explicari poterat: verum enimuero quanta item illa ſocordia? quanta proditio? inter annum ſeſquimilleſimum quadrageſimum ſextum; & annum ſeſquimilleſimum quadrageſimum nonum, diploma Pauli tertij conſultò prætermiſiſſe, anno ſeſquimilleſimo quadrageſimo octauo latum, ac datum? in quo noſtrorum Collegiorum Rectoribus copiam facit Pontifex magiſtros quoſque profitendæ Theologiæ, aliarumque facultatum idoneos vbicumque liberum, ac integrum erit, ex animi ſententia, deligendi? Præterea ſumma eſt, neque ferenda præuaricatio diſſimulaſſe Collegiorum ſocietatis formam, ac ſpeciem, ad vnguem ſcientiſsi

Ca[illegible]ſtæ in[illegible]bilis im[illegible]obitas in celandis Pontifi[illegible]m diplo[illegible]atibus.

tiſſimè, ex profeſſo, ſumma perſpicuitate, ac fidei n noſtris conſtitutionibus fuiſſe expreſſam, quas ſummi Pontifices tanto ſtudio triuerunt, tam inuſitata diligentia examinarunt, tam celebri, ac matura, & conſentiente deliberatione comprobauerunt. Etenim tum alibi paſsim, tum præſertim to to cõſtitutionum volumine quarto, enodatè, ac luculenter eſt ſcholarum Rhetoricæ, Humanitatis, Grammatices, Philoſophiæ, Theologiæ forma, ac velut, quam Plato vocabat, idea deſcripta, atque perfecta ſuis numeris; totaque generatim, & propriè erudiendi auditores externos, qui conuenirent, optima informata ratio:

Totus liber quartus in forma Collegiorum exprimenda, in quibus omnis generis auditores instituerentur.

335 manifeſta noſtrorum à diſcipulis exteris poſita, expoſitaque diſtinctio eſt; vſus Societatis familiaris, toto orbe terrarum, conſtitutionibus conſentaneus, in Italia, in Luſitania, in Hiſpania, in Germania, in Gallia, alijſque Chriſtiani orbis in locis conſtanter tenuit; vbi gymnaſia ab ipſis Societatis teneris, vt ita dicam, vnguiculis, ad eam, quam ſpectamus hodie perfectionem fundata, & parata fuerunt: quod aduertere noluiſſe, quàm inuſitatum, quàm inexpiabile ſcelus cenſeri debet? Magis eſt quòd hic cum Acephalo diſcingatur inuidia, quòd variis in partibus ex ea in noſtro inſtituto deſignata ſpecie diſciplinæ, noſtris vniuerſitatum ſolida eſt gubernatio, & cura commiſſa, vbi præter noſtros alij docere nulli audeant: Ingolſtadij apud Noricos in Baioaria; Muſſiponti in Lotharingia; Conimbricæ in Luſitania; Turnoni in Gallia; vbique autem in occidentis, & orientis vtraque

Communis vſus Societatis.

India. Quapropter dubitari non poteſt, quin Iulius Pontifex de Collegijs, more, in Societatis conſtitutionibus, vſurpato, loqueretur: aut item Pius quartus ita intelligeret, vti fieri Romæ audiebat, ſpectabat, patiebatur: extremæ poſtremo impudentiæ eſt, hunc obſtinatum inſolenti peruicacia Pontificum Momum, necdum acerbis in Iulij Pontificis famam, ac mores coniectis conuicijs expletum, audere præterea, tantùm vt nobis noceat, tantùm vt nos, ſi poteſt,
Fol. 121. ſtomachantes, iratos, offenſos habeat; Iulij 336
ſucceſſorem Pium quartum, contra clariſſimam publicæ veritatis lucem ſtultitiæ accuſare; nos fraudis, ac doli mali poſtulare, illaque, ſe ſe oſtentando magnificè vociferari. *Quæ vlla vnquam oppreſſio, quæ vlla fraus maior vnquam extitit?* Tanquam ſi dilucidè quæ ſceleratus effinxerat, comprobaſſet. Hoccine, obſecro, eſt Canterinum in morem ſomniare? potuit vllus vnquam inueniri adeo inconſideratus, ac perditus, qui item, vt iſte, exiſtimaret, præter ſe vnum, qui omnium vnus excæcatiſsimus eſſet, ſapere, præter ſe vnum cor habere neminem? qui clamat; *Magne Deus! vbi nos frontis oculos tum habebamus!* opinor in patinis. ac, ſi de ſe vno loquitur bene dubitat: quin nihil eſt quod hæreat; ſi de ſe vno quærit, vbi frontis, vbi mentis oculos, vbi ſenſum, vbi os, vbi conſcientiam, vbi fidem ipſe tum haberet: nam ille vnus, hac parte, prout alibi ſemper, æque cæcus amentia fuit, vt qui modò nati ſunt catuli. Cæteri, credo, lumina in capite nacti erant: itaque prudenter verita

veritatem, & rerum euenta æstimantes nihil in contrarium confinxerunt: ille vel oculos *in occipitio habebat pessumus*, vt Comicus ait, vt nihil nisi auersum cerneret, vel, more stultorum, in pedibus, aut si in fronte, more talparum, si vlli huic pecudi insunt oculi; nisi etiam Aspidum forsan habebat, nihil vt nisi venenatum videret. Atque vt captus oculis fuit, quo nihil quicquam eorum aspiceret, quæ oporteret, ita mente vacuus fuit, ne posset; & fronte, ne vellet, & conscientia, ne soleret verum aliquod vel semel, sine mendacio, aut sine conuicio affirmare. Nunc quando, quod inueniri nō posse capite suo pacisce batur, inuenimus; i, lictor, colliga manus, caput, si quod habet, obnubito, infelici arbori suspendito. At elabitur; fugit ex manibus; tantum exuuias nobis inanes, & vmbras chartæ sæuientis exponit. Postea tandem, quàm ijs se nominibus spectandum, quasi ex cauea præbuisset, de obreptione, & subreptione diplomatum homo elegās in serm one de gymnasijs digladiatus, secundum hæc separatum caput ex professo absum-
337 psit in eo, vt causas adnecteret, *cur maiores nostri nollent*, inquit, *adolescentes ad disciplinam in Religiosorum sacrie Cænobijs erudiri*. Tota ratio, quam ad rem eam grauissimam demonstrandam excogitauit, denique eò redit, in summa, vt existimet id eo fuisse, ne fierent monachi: prima præsumptio in clarissima iuxta ignoratione, ac in affectata dissimulatione nititur. Nam quod ego alibi dixi, contrà, soli Religiosi Deo proprie consecrati homines, ij esse solebant,

Noua calumnia aduersarii in inscitia, & improbitate fundata.

 qui

quibus ineunte Catholica Eccleſia,& deinceps fere inſtituendæ iuuentutis data eſſet prouincia. Atque præſumptioni adiecta cóclusio haud paulo minus eſt veritati, rerumque geſtarum fidei diſſentanea, quàm veterum Chriſtianorum religioni aliena, qui tutiſſimè iuniorem ætatem literis, ac moribus imbuendam Religioſis hominibus credi putabant; nec poſtea liberos, ſi in religioſum vitæ genus adſciri contingeret, non felices, ſe verò perbeatos, aut eam fortunam pro ſummo lucro æſtimabant: tantum abeſt vel vt eos arcere è ſacris gymnaſijs propterea ſolerent, vel à ſanctioris diſciplinę, ſtudijs deterrerent. Iſta Lutherana eſt, Caluiniana, Machiauelica philoſophia, contrà nihil glorioſius ſolebat maioribus noſtris obtingere, quàm vt rebus humanis nuncium remitterent; vt ſoli Deo ſeſe totos concrederent. Nec verò in eo flore, atque ardore pietatis Chriſtianæ conſiſtere, ac ne illa quidem Chriſtiani hominis appellatione cenſeri, fortaſſe verò nec ſine extremo ſupplicio viuere ille fictitius pater potuiſſet, qui filium à ſacris aris, pium Catechiſtæ inuentum, abſtraxit, ne Chriſto, cuius inſtinctu ad ea pietatis Catholicæ adamanda conſilia permouebatur, famulari Chriſtianum filium Chriſtianus pater pateretur. Adumbratus parens, & emétitus fuit, quem iſte felici fictione, & ſecunda ſcena inuexit, vt mendaciorum cæ- 338
terum commentarium, extrema ea fabella clauderet, authore Rabeleſio, ſuo vel Platone, vel Deo; quomodo quod proximè anteceſſerat alterum caput, nouo quodam ad ſuam æſtimationem

Digna Catechiſtæ fide fabula.

nem

nem conflato Veneto interdicto concluſerat, quo nobis interdictum fuiſſe ait, anno 1591. publicis gymnaſijs, tota ditione Veneta, aperiendis, aut aliis, præter noſtros, intra priuatos parietes, ad erudiendum admittendis auditoribus. Sed ita res habet: non deſiimus vnquam palam, ac publicè promiſcuè omnibus omnium artium diſciplinā exponere; publicū propoſitum ludum diſcēdi Brixiæ, ac Veronę ſemper habuimus; Vicentiæ nuperrimè inſtitutum, eodem in tractu Veneto, Collegium, eadem facultate publica, ſtudiorum ſolennium patefecimus: denique, ſi id eſt parum, ipſis Venetijs inde à triennio celebre, ac liberum omnibus Philoſophiæ emporiū inſtituimus: tametſi Patauij eā ob cauſam, quam antea memoraui, publicè legendi munus eſt à nobis nihil admodum ægrè ferentibus, intermiſſum; eiusque loco Parmæ nobilis Academia ingenti fœnore, nec valde quæſtuoſa Patauinis vicinitate collocata: ſic vt ex leui iactura mirum in modum aucti, ac ditati ſimus, ſolis Patauinis, ſi quod eſſe poteſt, damno relicto; cuius damni nec illos admodum fortaſſe, nec nos multùm certò pœnitet. Quarè hæc interpretatio mendax, ac falſa, Henrice, habeatur, quæ quaſi prouincias atomis, vt aiunt daret, ex Therſite Agamemnonem, ex pulice Maronem faceret: quam ſibi ſi facem ad nauigandum ex illo conficto Venetorum Senatuſconſulto cæterę nationes delegerint; quemadmodum iſte illis author eſt (qui exiſtimat nauigia nunquam, niſi vel ad lucernam noctu, vel ad

fol. 126. b. cap. 3. lib. 2.

Brixia
Verona
Vicentię

Venetiæ.

laternam diu vel à facere) Si hanc istius, inquam, Venetiis deportatam fabellam cæteræ nationes suæ nauigationi pro Pharo prætenderint, maximum, ac miserrimum naufragium facient: & serò tandem causidicum in malam crucem, abire volent; haud paulo magis infortunatum dando consilio, ad nauim in tranquillo portu collocandam; quàm infelicem rei maritimæ vsurpandis, detorquendísque vocabulis, ad puerilem famosæ criminationis ornandam, & figurandam dictionem.

CAPVT LXV.

Conuicia in Societatis vota simplicia confutantur.

IN VOTIS simplicibus, quæ in Societate appellamus, dirissimam hæresim contineri, & Machiauelismum ex eo expostulat, quòd si videatur, Generali Preposito, iis, qui vota fecerint, condonentur, libera illis à suscepto vitæ genere, missione concessa. Hæc si hæresis est, si iam Machiauelis damnati sacrilegij culpa hærebit huiusmodi; ea impietatis æterna macula sanctæ Apostolicæ sedi inuratur, quæ nefandi erroris prima vexillum extulerit, cùm Generali Preposito eam facultatem impertijt. Quod si non ferendæ dementiæ est, si inauditæ infidelitatis cuiusdam, vicarium Christi tribunal erroris arcessere, imò vsque eò detestabilis impietatis fontem, & caput prædicare; corrigat iste, aut si meliusculè saluti suæ consultum velit, extirpet sibi linguam illam radicitus; emendet animum; mutet consilia infelix caput, nisi non iam Catholicus, quem se esse simulat, sed pertinacissimus Hugonotus; capitalis, atque apertus hostis Ecclesiæ, summæ sedis scelestissimus obtrecta-

339

fol. 153. a. In titulo capitis 10. lib 2.

trectator; rerum omnium diuinarum turbator, ac prædo; numinis ipſius ſacrilegus conuiciator, atque contemptor meritiſſimò haberi iam æſtimare pro nihilo aſſueuit.

Summus Pontifex de votis iuſtas ob cauſas diſpenſare poteſt.

Schola vniuerſa Catholica hoc docet; ſummo Pontifici, ſoluendi voti non ſimplicis modò, ſed quod longè maximum, ac difficillimum eſt, remittendi, ſolennis Apoſtolicam ineſſe diuinitus traditam poteſtatem. Ac hunc modum, ſicubi legitima ratio ſubeſſe videatur, à voto caſtitatis Diaconos, & Hypodiaconos exoluit; à voto paupertatis ſæpenumero, obedientię ſemper Epiſcopos, Archiepiſcopos, Cardinales, quos è ſacris familijs capere deliberauerit. Nemini pariter vſquam in mentem venit dubitare penes eumdem vicarium diuinæ poteſtatis interpretem vim eam ſemper extitiſſe, vt eximendi à voto ſimplici iuſtis de cauſis, cui bonum foret, ſummam copiam, ſumma authoritate concederet, quod Generali Præpoſito noſtro conceſſit. Iam

Quomodo diſpenſet de votis ſolennibus.

340 quando, iſto fatente, conſideratè admodum, ac lentè Pontifex vota, & religiones eximit, argumento eſt grauiſſimas cauſas vidiſſe, propter quas cum Generali eam licentiam, eamque libertatem communicarit. Intendat igitur iſte aliquando aciem oculorum, ſi poteſt; aut potius aciem mẽtis abducat à conſuetudine oculorum: conſcientiam audiat, conſulat, ſi quod habet, naturale iudicium: conſultet aliquando, ſummoto furore, cum ratione; vt per ſe tãdem intelligat, & tangat ſuis ipſe manibus, & poſthac vultum

salutari rubore suffundat, omnia quæ cogitat, quę dicit, quæ argumentatur nihil esse aliud, quã longa, ac perplexa errorũ, ineptiarum mendaciorum, & tenebricosissimæ ignorantiæ diuerticula, atque cubilia. Exaggeratio, quam hoc eodem loco adhibet, vt ostẽdat incredibili religione semper consueuisse religiosa vota seruari, bene bona est, & quidem minimè aliena, verùm eius accommodatio, & aliena illo iniquo loco collocatio illum arguit solita inscitia, inueterata nequitia hic itẽ, vt aliâs laborare, nec posse, sine peccato, nisi malè bene dicere. Siquidem partim existimat perinde esse religiosum votum violare, atque de voto dispensare, quæ non modò summa rerum, omnium ignoratio est, sed errans, & vaga sententia; partim nos pollutæ, ac violatæ religionis, contempti, & inquinati voti, propter eam, Pontificiam exceptionem insimulat, quę iniusta est, & malitiosa intẽperantis hominis criminatio. Priuilegium, non præuaricatio, sed exceptio legis habetur: hoc qui rectè vtitur, contrà cõmunem legem nihil offendit, sed priuato suo commodo vtitur: illa exceptio, cuius bono fruimur, haud quaquam eò fertur, vt vota conuellat, aut destruat, sed vt bene suis præsidiis, atque opibus munita, sarta tecta conseruet: quem item ad finem instituta nostra omnia, leges, ac regulæ comparantur, purum, & sanum, & integrũ, ac vegetum Societatis corpus cõseruare volumus; cupimus eius functiones exequi absque vllo impedimento domestico; quæ inutilia sunt quasi

Vota fideliter expleri debent, & obseruari.

Priuilegium est priuata, & legis communis exceptio.

341

Vniuersum Societatis corpus sanum, atque integrum seruare volumus.

quaſi ſarmẽta amputamus, vt vitis propagetur, & adoleſcat. Hoc ſi ius fuit cõmune hominum inter ipſos, naturæ conſenſu, diuinóque conceſſu firmatum, propoſitúmque omnibus publicis, etiam priuatis in rebus, vt integro corpori mederẽtur, peſte aliqua tãquam morboſo, affectóque membro, ac veluti ſtruma ciuitatum exſecta, quis Societatem merito accuſabit ea è medio vſurpata licentia vti volentem, præſertim, præter ius naturale, atque diuinum minimè obſcurum, authoritate etiam Principis Eccleſiæ munitam, ac fretam? Hoc iſte Cacochiſta, qui nihil eſt, quod non neſciat, ignorabat, nunquam non religioſis ordinibus omnibus liberum, atque vſitatum fuiſſe, non eijcere ſolum, ſed deijcere etiam intractatos, & nouos, & infracta ceruicula homines, aut imperium recuſantes, aut naturę ferocitate exultantes, ac deſperatos nulla etiam alia facultate quæſita Pontificis, nihil audiuerat de illo genere vnquam in ſchola? nihil in vita, præter pulicem, tractauerat? non legerat ſacros homines, qui hæc diſertè omnia ſcriptis tradiderunt? Baſilium, in quæſtionibus? Auguſtinũ, & Benedictum in Regulis? ac Diui Benedicti quidem duodetrigeſima, conceptis verbis, mandatum, ac modum complectitur, quo, vti mandat Apoſtolus, malum abigeretur; & amputarentur ij, qui vſus indociles, aut diſciplinæ impatientes, aut indomito, intra-
342 ctatóque ingenio iudicarentur: quam nos legem, ad vnguem, permagna cum prouiſione ſeruamus: antequam enim ad illa extrema veniatur; nulla non induſtriæ, nulla non caritatis medica-

Omnibus ordinibus ſemper liberum fuit intractatos homines abiicere.

S. Baſilius in quæſt. fuſ. diſput. interro. 28.
S. Auguſt. Reg. 13. tit. 1.
S. Benedict. in Reg. 28.
1. Corin. 5.

menta promere consueuimus: quæ vsurpata complures annos, decem sæpenumero, viginti nonnumquam, plures haud raro, si res postulat, postquam ad faciendam morbo medicinã, atque ad durum illud os emolliendum nihil valere omnia pro comperto fuerit, tum ægrè demum, re tantum conclamata, atque tum maximè, cùm ex eorum familiari conuictu, contrahi ab alijs labem, Societatique damnum afferri constiterit, id facere scilicet solemus, quod quæuis Respublica sibi, in re simili, fieri vellet. Bernardus, Bonauentura, Thomas Aquinas, & frequentes Diui Doctores cæteri hunc eundem vsum, eandemque disciplinam, iuxta Benedictina instituta tuentur, & celebrant: si bonos authores iste nequam terere potuisset, erat, quod disceret, & rectè loqui, & paulo plus sapere; fortasse etiã si mentis compos esset, caueret, ne hæresim vocaret eam insitam penitus naturæ legem, quam sapientissimi, ac summi viri, & suo grauissimo præconio dignam, & vitæ hominum pernęcessariam, & bene moratis ad ciuilem communitatem coniunctis, & consociatis ciuitatibus perquàm vtilem censuerunt. Quotidiana exempla, & longinqui temporis periclitatio, euenta familiaria, quæ sapientibus consilium afferunt, facem vltro præferunt, qua eius instituti necessitatem, atque compendium cognoscere possimus. Nam veluti è viperino morsu venæ viscerũ veneno imbutæ teterrimo, aut humore pestilẽti in pręcordia prorsus allapso, vomitione, aut depulsione medica releuari ægri solent, ita si periculum residebit, &

erit

erit inclusum penitus in venis, atque visceribus Reipublicæ, præsentius pharmacum nullum adhiberi potest, quàm vt nefariæ pestes se secernãt à bonis; hunc Reipublicæ timorem eripiant, vt murus intersit: abeant in aliquas terras, vbi nullo bonorum periculo viuere possint: procul ad impium bellum, ac nefarium proficiscantur, vnde ne crepitus quidem armorum audiri à Republica possit, nec inter latera popularium fax illa versetur imposterum; ipsi ciuitatem, vel sua pernicie sublata, incolumem extincti relinquant, vel stan-
343 tem, ac respirantem in fuga absentes aspiciant. Ad eumdem modũ in Religiosis ordinibus planè res habet; vbi persæpe vnico prauo ingenio familiam totam pestifera contagione corrumpi, & morbosa, infectáque ouicula caulas infici non tam quotidie experimur, quàm immensis damnis, varijs in familijs nos expertos esse iampridem ingemiscimus. Qua enim, quæso, alia causa aut Cœnobia multa deserta, aut disciplinam variè inueteratam, ac lapsam, aut amplissimos ordines multifariam læsos, & labefactatos existimamus aliquando fuisse?

CAPVT LXVI. Cur Societas votis vtatur simplicibus, eáque remittat.

HÆC SI VERA sunt, vt profectò sunt, dicet aliquis, si ius est in omnibus, qui Religiosum vitæ genus profitentur, ordinibus, eijcere suos, quos minus tractabiles, flexibilésque, & præfractæ indolis nacti fuerunt, vt quid hæc vna Societas adhibet vota simplicia, quidúe eorum dissoluendorum licentiam, & authoritatem postulat? Quin aliorum recepto more, vel ad faciendam professionem, exacto annali Tyrocinio

cinio exploratos ſuos admittit?vel eadē hęc ipſa, qua illi ſolent, ſontes ratione deturbat? Ad quæ ego vniuerſè:quemadmodum Deus optimus ornatiſſimam hanc vniuerſitatem maxima quadam rerum omnium optimarum,quamquam diſparili pulchritudine,grata tamen diſſimilitudine,& varietate diſtinxit;ita, inquam, in Eccleſia circumueſtita varietate,diuerſiſſimis temporibus, admirabiles quaſdam variorū inſtinctuū diſparitates differentiaſque agendi incredibiles, diſsimilibus quidem,ſed ſanctis,& diuina quadā inæqualitate variatis ordinibus aptas,& cōgruētes eſſe voluit. Sydera,quæ videmus,innumerabilia cœlo inhærentia,alia quæ infixa cœlo ſunt,alia quæ vocantur errantia,cùm omnia inter ſe magnitudine, ſituque diſſentiant,inæquali radio, ac fulgore pellucent, multiplices quoque habent ſuas quæque aſpirationes: in tanta infinitate diſtantium arborum vix binas inuenias, quæ mirè & fronde, & flore,& fructu, & ingenita ſua illa qualitate non diſcrepent:adeo nec mundus niſi res vna,ſine varietate,futurus erat, nec in hominibus diuina infinita illa vis eam, quam ex ea fœcunditate videmus, admirationem haberet Religioſæ familiæ, vt diuerſos ad fines, diuerſis temporibus effloruerunt,ita ſuas ſibi propriè leges, & mores, & ſpiritus, & procedendi modos vnaquæque vendicat.Iam nominatim aio, hoc ingenium, atque hunc inſtinctum Societati duabus maximè, iiſque præcipuis de cauſis fuiſſe diuinitus conceſſum. Primum dico, vt in duobus malis, cùm fugiendum minus ſit, alterum tamen ſubeundum, minus

Religioſorū ordinū quemadmodū cęterarum rerum ſumma varietas.

E duobus malis minus eligendum.

544 minus certè quidem eligatur. Minus verò equidem illùd eſt ordini vniuerſo, poſſe commodè exitioſum fucum arcere, nec cogi eum ſemper tenere, aut in vinculis ſine emolumento, aut in conſuetudine ſociali cum damno. Minus etiam ipſi homini peruerſo, ac deprauato, dimitti ab omni nexu ſolutum, votiq́ue ſimplicis liberum, vt ſi alterum vitæ genus arripere, vbi Deo deſeruiat, atque è Chriſtiano inſtituto viuere, mens reliqua aliqua reſidat in pectore, rem in integro expeditã habeat; potius verò, quàm ſi ſolẽni voto deuotus, ac ſacer reſtim, vt aiunt, ſuã traheret, ſi obligatione obſtrictę fidei circũretitus teneretur, ſi vitã deſperata ſalute depoſitã, in perpetua calamitate, tranſigeret: quod Cacodæmoni maximè cordi eſſe intelligimus, qui iſti ſtipatori ſuo, vt id cuperet, eaq́ue miſerorũ trãsfugarũ immaniſſima captiuitate paſceretur, animũ induxit. Nec non conſtat omnibus, certa experientia, pleroſque vel qui apud nos fuci ignauum, ac inutile pecus habebãtur, vel cõclamato fuerant ingenio, cùm abijſſent, neque inutiles, neq; obſcuros, imo aliquos ſatis claros & vita, & ſcientia extitiſſe, ſuoq́ue magno malo ſerò quidem, ſed tandem reſipuiſſe, nouos ſpiritus, animóſque hauſiſſe, vt poſtquam nauem afflictam, & miſerum totius vitæ anteactæ naufragium vidiſſent, auderẽt ſpe complorata, ſe ſe in ratem, ac diuulſam innatantem tabellam, redintegrata fortuna conijcere. E contrario transfugæ profeſſi non tam oppreſſi vitijs, quàm onuſti votis, ijdemq́ue vltima deſperatione perculſi, vel ſpe deſperata, deſerta fide, abſor

Minus mali ordini.

Minus ipſi, qui amandatur.

Transfugæ profeſſi quorſum euadant.

abſorpto pudore excucullati, Miniſtrorum macella circumeũt, aut ipſi Miniſtri ſubito euadunt; vel in ſcelerum omnium fœdam colluuionem repente, quaſi ignes ex compreſſis deflagrãtis Ætnæ molibus erumpunt, paucique ad caueam, vnde ſe ipſi quaſi emiſſarias feras effuderãt, poſt tot effuſa flagitia reuertuntur. Quid opus eſt omnia enumerãdo fuſius recenſere, cũ ex omni numero Miniſtrorum hiſce oculis videamus in dies, vix, ac ne vix quidem vnum emergere, tota Gallia, qui è ruinis, & emiſſitijs ſactorum ſeptorum, quæ vel à Cœnobijs perpurgatis effuſæ, vel ipſæ ſua eluuione elapſæ, proiectæque fuerunt, tanquam ex publica Eccleſiæ ſentina, non defluxerit? Qui- 345
bus ex funeſtis euentis Societatem ſua conſilia ponderantem Deus Optim. Max. condocefecit, vt eam varietatem, eamq; condonationẽ haud ita tritam votorum expeteret, quo facultas eſſet, & copia probandi, verſandi, explorandi curioſè ſuos, intra voti ſimplicis definitos tanquam limites, partim vt minore ipſorum incommodo, ſi id fieri oporteret, ablegarentur; partim vt ita facti, probati, confirmati, exercitati quando profeſsionis conficiendæ tempus appeteret, inuenirentur, de illis vt merito ſperari probabiliter poſſet, vſque ad extremum eos ſpiritum ſanctè, caſteque in ſententia perſeueraturos; neque neceſſe fore aliquando, poſtquam ſemel profeſsionem conce piſſent, eos ex ſano Societatis corpore amputare. Neque verò ad hũc diem, ſingulari numinis ope, talem vllũ in Gallia vidimus totos triginta, eoque amplius annos, quibus in ea aſsiduè laboramus,

Nemo Societatis Ieſu profeſſus hactenus tota Gallia ex Societate dimiſſus, aut transfuga.

ramus, vbi ad profitendum ſemel admiſſus eſſet,
vlla de cauſa, vllo tempore transfugiſſe. Altera
cauſa huius noui generis, vſusque votorum ſim-
plicium extitit illa magis noſtra propria, vt So-
cietas multa, eáque grauiſsima, ac certiſsima de-
uitaret incommoda, per quę à rebus bene geren-
dis identidem, retardaretur; ſi profligatiſsimis
hiſce, & licentioribus, & vitiorum omnium fera-
ciſsimis inuecta temporibus, homines ſuos, anno
emenſo, ſanctiorũ albo profeſſorum iuberet ad-
ſcribi, poſteaque aut natura præcipiti, aut educa-
tione importuna ferociter inſoleſcentes inuitò
cogeretur expellere, aut retinere profeſſos inui-
tiſsimè in pœdore, in ſitu, in carcere, alijſque
pœnis, quas cæteri ordines magis ab huma-
na conſortione ſegregati commodius poſſunt,
atque vtilius præfractis, ac ferreis illis imponere:
quibus ex rebus Societas plurimum detrimenti,
adeoque haud mediocre damnum, cui Societa-
346 tis omnes labores inſudant, Reſpublica Chriſtia-
na caperet. Etenim ſuos artifices, ſua ſtudia om-
nia cùm in luce populi, ſub oculis principum,
in auribus omnium gentium, etiam immanitate
horribilium poſita habeat, omnia ad cõmunem
vſum hominum comparata, ad ſcholas, ad ſacras
conciones, ad confeſſiones, ad ſanos, ad ægros, ad
probos, ad improbos, ad Chriſtianos, ad barbaros
procurandos, difficillimum illud, & importuniſ-
ſimum, atque etiam vix ferendum Societati acci-
deret, tanquam leones in cauea, ita hos Morpio-
nes in religioſa cuſtodia continere; præter quàm
quòd deſperatis vetat adhibere medicinam Hip-
pocra

Incommoda quæ ſocietas queq́ue Reſpublica Chriſtiana caperet ſi intractati homines per vim domi retinerentur.

pocrates. Idcirco Societas tametsi vinciendi, & coërcendi illos homines cum reliquis sacrorum hominum sodalitatibus communem habet potestatem; at non vtitur tamen, quæ grauissimis edocta documētis addidicit satius esse illos euomere, exhalare, foras proijcere, quàm crudos in stomacho desidentes tanta sanioris corporis agitatione concoquere: id frugiferum illis insuper esse, & salutare, quòd minus equidem exitiale; expedire ordini, vti apparet: ex vsu ipso esse Reipublicæ, quòd demonstrauimus; maximè verò totius Ecclesiæ interesse generatim, cùm è re illius haud dubiè sit futurū magis ordinem vnum Deo dicatum, sartum, ac tectum conseruari, quàm retineri læsum, & prauum, & distortum membrum in corpore, cum cæterorum periclitatione membrorum. Quoad illos, qui, petita superiorum venia, votique deprecata vacatione, vel propter imbecillitatem corporis, ac virium, vel aliam ob causam Præpositi generalis arbitrio æstimādam, honestam alioqui, consequuti fuerint missionem, multorum exemplo demonstratum, atque compertum est non inu- 347 tiles esse quamplurimos, qui sine scelere, ac fraude dimissi vel fructuosè, atque honestè in statu aliquo sacro, vel in publicis negotijs sine periculo, vel in domestico, literarióve otio, cum dignitate versantur, necdū sacro charactere insusti, quando apud nos incolumes versarentur. Audiat hoc, si aliquid potest, aduersarius, neque conqueratur frustra amplius criminando nostros homines ad consultò peccādum honestè, ac de industria inuitari,

Libera fuga patefactæque fores pro societatis carcere.

Religiosorū ordinum cōseruatio maximè Christianæ Reipublicæ interest.

De iis qui iustas ob causas, nulla sua culpa dimittuntur.

Fol. 162.

tari, qui coërceri, plectique maximè deberent. Nihil exclamet vltra asseuerando, ecquæ isthæc est noua Reipublicæ, aut Religionis Idea? Ne vociferetur histrionicè, illa nugando, *Sane verò, quin,* inquit, *ea factitatis, quæ in vsu esse cæteris ordinibus solent potius, quàm aliquia innouetis de nostra Ecclesia* CATHOLICA APOSTOLICA ROMAMA. Vah! quantopere laborat tribus hisce vocabulis deglutiendis! axungiam cum denis pilulis haurire videtur. Atqui tam ineptè, tamque extra rem illa qui proferat, quàm liquidò prodit tam alienum se ab illa prolatione pectus habere, quàm à cardine cœlorum Arctico distare videtur Antarcticus: homo Germanus, proh superi! sycophantis omni simulationis artificio deprauatis, de quibus illa apud diuinum vatem ore diuino, ac fatidico decantantur. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.*

Fol.162.b.

Fol.163. Catechistæ vulpinæ insidiæ.

Marc 7.

CAPVT LXVII.

Catechistæ calumnia, & inscitia devotorum mutua obligatione reciprocāda.

548 SED SVPER HAC RE, tam multa cùm diceret, nihil sibi visus dixisse satis Iesuitam nescio quem loquentem, quasi in scenam ille scelus inducit, per quem assertum eum; à multis eiusdem farinę, nec disparis conscientiæ Graccu-lis errorem tuetur; nempe idcirco cuilibet à Societate transfugere licere, quòd Generali Prępo-sito liceat quemlibet exsolutum voto dimittere: hac parte enim inesse, vt loquitur, mutuā quamdam voluntatum, & facultatum reciprocatam vicissitudinem, instar obligationis ciuilis scilicet. Hunc Iesuitam Apostatam (alius enim esse non potuit, si aliquis fuit) habitu mutato simulatum exhibet: discinctum eum, & sibi sua tabifica

vulnera per aurem in animum insusurrantem pingere debuerat; omnibus sceleribus coopertum, obscœnæ libidinis ardore, ac tædis furibundum, transfugam, & parricidam, proditorem parentis ingratum, seu Germanus compotor ille Lutheranus fuit, qui illi Regularum glossemata opima typis edita inter offas, & laridũ eructaret; seu ille alter huius scurrę delicię, qui Caluinistica dogmata interim, quasi nidorem ex ganea, aut ex fumoso vaporario contemptricem numinis mentem infunderet. Hic homo immemor sui, qui etsi se ipse dictis contrarijs cruentet immaniter; se se tamen in omnem partem, in omnem aurem, auramque conuertit, vt laceranda Societate, flagrantis inuidiæ flammam, quasi hausta frigida, aliquando refrigeret: vt sępe homines ægri morbo graui, amplificato periculo, dum æstu, febrique cremantur in lectulo, sæpe, frustraque iactãtur. Proximè in summo crimine numerabat, vim eam generali Præposito inesse tantam, vt simplicia vota dissolueret; & eiulabat eo fieri immensam iniuriam Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, vt accusationis mucronem in nos acrius exacueret, vt sibi cachinnum, vt Hugonotis suis delicijs tripudium Romano eo Apostolico nomine excitaret. Nunc penes vnumquemque particulatim, ac propriè eam potestatem esse vult, quam in Generali Præposito reprehenderet: idem egregiam sanè viam aperit, qua cubilia ferarum? vulpecularúmque latibula, pro religiosis ordinibus habere possimus. Quot enim putamus futuros, qui eius fluctuantis legiculæ procella prouecti,

Mendacii leuitas & incõstantia.

prouecti, non prospero cuiusquam pietatis afflatu adducti in Societatem, non tanquam in portum appellerent, sed tanquam in littus impingerent, sua iniquissima fraude, nostra iniuria maxima; qui postquam studiorum suorum iniustissimum quæstum,& fraudulentam mercatu-
349 ram, pauperum impensa, fecissent, postmodum saginati furunculi valuas, & repagula effringerent; funes rumperent; anchoras præciderent, fugerent, vel plenissimis velis, elato vexillo, signo dato, vel minima offensiuncula, ac leuissima indignatione suborta, aut prima quaque opportunitate captata, demissis antennis, sedato remigio, piratarum more sensim, in apertum latrocinium euolarent? Quàm pauci post hæc relinquerentur, qui religiosè viuerent? qui in suscepto instituto perstarent? Quàm rationem posset summus ordinis moderator habere conuictorum id generis? quo loco illos numerare? quam ad rem destinare, vt eorum opera cùm vsus ferret, vteretur? Certè hic frugi scurra defectionum, rebellionum, proditionum Lutheranus buccinator, Apostatarum Caluinista patronus, sacrilegiorum Machiauelicus prægustator admodũ sapit in ista deuexa decrepita ætate, cui in mentem veniat facultatum, ac voluntatum illa mirãda retrograda reciprocatio. Oportebit igitur, hac ratione, omnia vota, quæ Deo nuncupabuntur imposterum ad illud Lippi Roscij perpendiculum conformari: vt quemadmodum Deo integrum est illa sibi facta reijcere, ita eorum potestati liberum relinquatur infecta facere cùm

libido fuerit, qui ea nuncuparunt; tum lex illa æstuosa reciproca, & quasi rationis noua quædam ratio teneatur, huius demum aduocati consistat tam boni Iurisconsulti, quàm probi Theologi satis, opinor, ex se se retalliata sententia.

Qui Religionis voto se obstrinxerint se in perpetuum obligant.

Discat, si etiam aliquid potest, Religiosos in Societate votorum PERPETVÆ PAVPERTATIS, CASTITATIS, ET OBEDIENTIÆ sponsione numini obligatos, æterni incendij mulcta proposita, voto, & promisso teneri, in eo, dum superabit vita, perstare debere non secus, ac aliorum ordinum Religiosos omnes 350
professos. Nam Deo, scientes, ingenuè, liberè vouerunt quantũ in ipsis est; simplex, & absolutum per se votum tenet; tenentur optimis nominibus in Societate viuere, atque in ea perfectione, & absolutione virtutis, in dies, maiores progressus facere, quam ab illis inita vitę ratio suo quodam iure desiderat: vt idoneos se præstẽt, & locupletes, ad professionem suo tempore adeundam: nec ius illis est vllum reliquum, aut vlla facultas se, de cætero, ab eo nexu eximendi; neque etiam expedit, neque æquum est aliter habere, quàm modo, quã nudè, quàm sine exceptione exposuimus; satis est supérque penitus id facultatis penes Præsulem inueniri, qui diiudicabit melius quæ recta, quæ praua erunt, quæ causæ inerunt voti soluendi, non etiam, vt credibile est, temere vel ad fraudem, vel ad hominis, aut ordinis damnum abutetur hac copia; connitetur potius quemque amicè, & sincerè adiuuare, in proprij instituti summa quadam perfectione

perfice

perficere, ac perpolire; cùm ad proprium eius emolumentum omnia referre, tum ad vniuersæ familiæ generale bonum, quam beatam, quam florentem, vt frugi patrifamilias par est, optimis præsidijs munitam; præstantibus operis, atque artificibus locupletatam desiderat; quos ad sacram dominicam vineam circuncidendam, amputandam, erigendam, adminiculandam educere possit. Quod si in quempiam effrænatum, sibi præsidentem, capiti nimium fidentem inciderit, optimo consilio, integra conscientia vtetur prærogatiuo priuilegio, membrum exsecabit,
351 ne corpus intereat, vnum deperdet, ne multos perditum eat. Tamen hîc etiam omnis, quæ optari potest, inuenitur æqualitas, & voluntatum, ac iuris vltro citroque complexa conuersio. Primum quòd Nouitius sui tyrocinij exacto biennio eandem libertatem obtinet, aut Religionis se voto vouendi, aut se à voto abstinendi, aut remanendi, aut impunè, quo potissimum velit, abeundi, superioris operiendæ licentiæ nihil obnoxius; quemadmodum item ipse à superiore dimitti inuitus, & contra voluntatem potest. Secundo loco, quòd idem suscepto voto iam obstrictus vt missionem ipse sine iusta causa obtendere; ita superior illum nisi grauissima, atque optima ratione eijcere non potest: quomodo porro meritò, si id promeritus est, ablegabitur; ita, si superiori placebit, optimo iure, ne abeat, etiam vinculis coercebitur. Ergo is Iesuita obiectus, qui si Catechistæ credimus, se Societate abijsse diceret, non alia de causa, nisi

Quænam in votis reperiatur iuris mutua reciprocatio.

1.

2.

Fol. 163. Iesuita commentitius.

quòd in ea manere diutius noluiſſet, ſi verè vllus vnquam fuit Ieſuita, aut, ſi ille ipſe extitit, qui hiſtrioni fiſtulam ponè inflauit, plane in deterrimo, ac perditiſſimo ſtatu verſatur infœlix, habetque omnino optimam anſam ſibi, atque ſaluti ſuæ conſulendi, nempe qui vltorem eſt Deum ludificatus, cui obligatam religione fidem, volens & de induſtria violauit; qui pudoris, & iuris ſepta perfregit, qui caput deuotum viuus æternis incendijs mancipauit. Sin confictum monſtrum eſt, inuentumque Poëticum, maneat ſanè in eius fictione phantaſtica, 352
qui figurauit, locum digniorem vllum, aut magis naturalem, quam natalem ſuum habere

Fol. 166. b.

non poteſt. Hic ibidem congerit plura mendacia (quid autem agit vbique aliud?) inter alia emittendorum è Societate hominum poteſtatem vſurpari à Prouincialibus; diceres ſaucium Apoſtatam potius ex fuga conqueri, quàm mimum è ſipario fingere: probat meris ſuis ineptijs, quas nihil eſt neceſſe non modo refutare, ſed nec ſaltem attingere. Dixi in Generali Præpoſito eam facultatem eſſe, vel cui eam prouinciam ille commiſerit. Profert vnius Prouincialis, quos vocant, dimiſſionis emiſſitios codicillos, qui commentitium illum Ieſuitam emiſerat, neſcius communem eam formulam eſſe à Generali Societatis Præpoſito præſcriptam, eiuſque authoritate, inferiores Præpoſitos Præſulis Generalis, quaſi ſecundarios miſſionem dare, ac literas ſolere.

Illi emiſſitii Codicilli cõtinẽt vulgarem dimiſſionum formulam.

SIMV

SIMVLAC PRIMVM pro ſummo genere, iam vota ſimplicia, iam decreta Pontificum eleuauit, particulatim vnumquemque ſibi deligit pluſquam hiſtrionicè vellicandum, numquam non ſui ſimilis, impetitis paſſim, laceratiſque Pontificibus. A paupertate capit exordium, quam ſpondent tyrones noſtri Deo, non
353 abdicato plenè hæreditatis, aut bonorum, quæ poſthac obtigerint, iure domeſtico, quod iſte votum portentoſum exclamat, vtpote quòd duo quædam inter ſe pugnantia complectatur; paupertatem, & opes; quòd inauditum, & nouum, quòd Eccleſiaſticis conſtitutionibus omnino contrarium: quòd demum familiarum ruinas, atque exitia afferat; ſtatum petat, diripiat omnia. *Nam ijs artibus Ieſuita plurimas ciuitates*, inquit, *vrbes, atque oppida depredabitur.* Quid dicet iſte mendaciorum gymnaſium? ex hac mendaciorum, & ineptiarum vanitate efficere vult dolo malo intercepta fuiſſe diplomata; votum verò hoc noſtrum hæreticum eſſe, & impium, ex Machiauelis officina conflatum. Quod vt cognoſcas, Henrice, tuam Maieſtatem ego ille importunus, ſed iniquè vexatus defenſor obſecro, ex voti ipſius natiua, ac propria, quam tibi breuiter exponam, notione. Qui tyrocinij biẽnium in ſocietate traduxerit, votum is facit paupertatis, quo ſuarum omnium rerum, quas poſſideret, proprietate, vſuque ſe abdicat: quamquam ſibi earum ius retinet ſummum, vt ſi dimitti illum contigerit ſummam Societas habeat libertatem eum Religione, re integra,

CAPVT LXIIX.
Calumnia de voto paupertatis efficta.

Fol.160.

Fol.164.

Hæc Catechiſta digna concluſio.

Vota paupertatis ſimplicia in Societate cur nos iure bonorũ non ſpolient.

liberandi; ille verò bonorum nullam iacturam patiatur, neu precario, & mendicatò viuere necessitate quadam adducatur. Voto confecto, ad sponsionem ipsa tractatio, atque vsus accedit; iam ab illo viuitur pauperum more, nec de reliquo quicquam possidet, quod suum esse, ne familiarem quidem vestitum dicere audeat. Ad bona 154
interea, si qua nactus esset, nihil attingit; vlla re vti tanquam propria æquè societati, ac illi interdicitur; Societati etiam magis, quòd ea nullum sibi eorum nec vsum, nec ius vendicat: quam rem nominatim conceptis legibus profitetur, eique sine fraude, ac dolo malo primum indicat. Atque scurræ hac parte mendacium nimis perquàm inuerecundum, & nefarium extitit, qui Societati imponit, non alio consilio tyrones admittere, nisi vt in eorum bona inuolet, procrastinata, prorogataque in longinquum tempus, quo summa augescat interim, professione. O miserabilem hominem! Ipsa falsitas, si loqui posset, possetne rem sacram, omni summa prudentia constitutam, summo Pontifice auctore inuectam, & Catholicæ Ecclesiæ vtilissimam libidinosè magis interpretari? Societatis leges sanctæ, castæque nullam horum bonorum partem aucupantur: eas pessimas artes detestantur: nostri vsitati candoris, & perspectæ omnibus sinceritatis quotidiana experientia perjurium manifestè confutat, seseque satis contra calumniam ipsam tuetur. Nunc, vti ad id, quod potissimum in quæstionem venit, intueamur; quid prodigiosum, atque repugnans; quid inuisum,

Societas ex nouitiorum bonis nihil expectat.

Quonam pacto bonorum dominatus nihil religiosæ paupertati officiat.

inuiſum, & fœdum hoc in voto paupertatis deprehendit?quam opulentiam inde parabilem putauit hic Iuriſconſultus inſcientia,nequitia,omni ſcelere opulentiſſimus ? idcircône eſt,quòd penes vouentem remanet dominatus ? Atqui hoc paupertati vel ſtrictiſſimæ nihil officit : nam pro ſuo , vel proprio nihil obtinet , ſed apud ſequeſtrum,quaſi depoſitum,ex præpoſitorum ſenten-
355 tia , tantiſper collocat , dum de eius conſtantia fit , & de indole,& de tota probitate periculum, paratus omnino ſuo illo iure cedere , ac prorſus abiicere omnia , cùm illi primum fuerit, imperatum , quo modo iam affectu , & voto omnem proprietatis vſum , atque ius ipſum in Præpoſiti fide ,vt magiſtra voluntate depoſuit, ſeq́ue quoad in ipſo eſt , rebus omnibus ſpoliauit : quod abunde eſt , vt pauper, & religioſus, puta ſpiritu pauper , & deuotione animi , ex ipſo Chriſti ſeruatoris oraculo cenſeatur. Quod ſi id vniuerſi , & communis iuris noſtro homini ad proprietatem non ineſt , non igitur ad opes poterit,ergo cū ſumma paupertate cōſiſtet poterit igitur Religioſus procul dubio in pauperibus numerari, cum illo hæreditatum iure ita deſcripto. Quin etiam reipſa hoc in pleriſque alijs religioſis ordinibus videmus,quos iſte , vt fronte ſit ferrea,religioſos eſſe inficiari non auderet : ſed alios iſte nihil curat , Ieſuitas modo deuoret : & obliguriat:in his Carthuſiani,Bernardini,Celeſtini,Minimi , aliæq́ue partim antiquitate , partim egregia religione ſpectatæ familiæ verè , ac nemine, niſi impio repugnante , pauperes habitæ, cenſæ-

Beati pauperes ſpiritu Mat. 5.

Plerique alii Religioſi etiá cum bonorum poſſeſſione ſine controuerſia paup[eres].

que, quod nullius apud illos ea bonorum donatione, quaſi re aliqua ſibi addicta abutatur. Id generis ſunt etiam noſtri, qui ſtatis, certiſque penſitationibus annuis hominum liberalitate collatis victitant in collegiis. Si ex ſuo genere rerum ſuarũ ius illud paupertati Religioſæ alienum eſſet, non communiter id magis toti homini, quàm priuatim cuilibet liceret: neque verò enim vim eam habet, vt virtutem facere poſſit ex vitioſitate communitas; nec ferenda magis eſt, mea ſententia, in Republica, quàm in viro 356
priuato ſordida auiditas, & auaritia; nec etiam clam me eſt alios inueniri, qui preſſiorem mendicitatis quandã ſpeciẽ profitentur omniũ bonorum ſuorũ non vſufructu ſolùm, ſed iure etiam abdicato, ſtipe vicatim corrogata, ſine fundo, viuere aſſueti: quo in genere ſunt Franciſcani, & conſimiles alij; cuiuſmodi ſunt etiam profeſſi noſtri, qui ſeparati, in profeſsis Societatis domicilijs verſantur; quemadmodum quæ Romæ Ieſu dicitur, Mediolani ſancti fidelis, & varijs alibi in locis, vbicumq; eiuſmodi domicilia fundare Chriſtianorum munificentia deſtinauerit: etiamque talis vna profeſſa Pariſijs domus ad Diuì Ludouici viſebatur à Cardinali Borbonio ſtabilita; quibus in locis profeſsi nullo fundo, nullo certo annali ſtipendio, propria Societatis munia exſequuntur, præter vna gymnaſia, quæ ſolis procuranda Collegijs relinquuntur. Verùm enim arctior illa mendicitas alteri non officit; neque hoc præſtat, vt religioſo quodam modo bonorum obtenta poſſeſsio non queat cum religioſa

Variæ religioſæ paupertatis genera.

Domus profeſſæ ſocietatis Ieſu.

gioſa paupertate coaleſcere. Hoc neſciebat iſte, qui omnia neſcit;ignorabat hos gradus, hæc varia genera, has familiares differentias paupertatis:quamobrē ex ſua pluſquam feſcennina ignoratione ſuum ſibi ipſe architectatus errorem eſt; & per inauditam execrati animi peruerſita tem os ſuum illud lutulentum aperuit; vt hocce votum hæreſis, & Machiuelicæ impietatis, imò inuiſi portenti nomine commacularet. At verò ne quidem Lutherus, & Caluinus, & cæteri implacabiles paupertatis Euangelicæ inſectatores archipiratæ tam multa dixerunt, cùm patriæ parricidium moliri, Galliam inflammare, vaſtare Eccleſiam, Religionem, numenque diuinum ex opinione hominum delere ſtatuiſſent, quàm iſte perditus, qui nihil aliud præter Eccleſiam
357 Catholicam Apoſtolicam Romanam ſpirare videtur. Quod notabit, ſi placet, Maieſtas tua, ſimul omnia, quæ contra Societatis vota apertè bacchatur eadem clam, & occulte, cùm ad euertenda omnia diuina iura ab Hugonotis ſubornatus fuiſſet, in alios Religioſos ordines effutire. In nos propalam iaculatur, vt publicus, ac iuratus Ieſuitarum hoſtis, omnes vulnerat, vt venalis proditor omnium ſacrorum, atque templorum. Quod aſſerit votum eſſe nouum, nec ante hæc tempora vſurpatum, non imus inficias; vltro damus: prior illo doctor id Nauarrus antè notauerat, fueratque magna admiratione, & laudatione proſequutus: nam Pontificij Iuris erat conſultiſsimus; Religionis auitæ egregie Catholicus, ac ſtrenuus obſeruator, alia longè naturæ, ingenij

Catechiſtæ vulpina nequitia.

Votum Societatis ſimplex à Nauarro doctore cum admiratione laudatum.

ingenij & probitatis indole, quàm iste ijs omnibus adiumentis miserè destituti. Quod votum si per se sesacrosanctum, si diuinum est tot Pontificibus approbatum, tot vtilitatibus, commodisque spectatum; illi dignitatem certè, ac nouam, vt ita dicam, concinnitatem, & condecentiam nouitas impartit; tantum abest reddere vt debeat propterea despicatum, aut suspectum.

Cur Deus nouos Religiosorum ordines inuehat.

Prouidentissimum, ac fœcundissimum Dei numen terræ nouas fruges, nouam pulcherrimorum fructuum copiam, grauitatemque suppeditat, ad aspectus hominum hilarandos. Item varias, ac multiformes, & multifariam geniculatas ordinum sacrorum propagines Ecclesiæ indidit, nouis quasq; legibus, nouis moribus, nouis ingenijs, vt infinitarum suarum opum immensos thesauros, multipliciaq; veluti medicamentorũ apparatissima Narthecia, illa inæquabili varietate, reseraret; homines noua beneuolẽtia ad sui caritatẽ alliceret; animorũ gustatus, sensusq; opportunitate nouarum opum ad virtutis pulchritudinem adamandam acueret; magis ac magis semper, de ingratissimo hominum genere bene mereretur; quorum in respuendis diuinis beneficijs fastidiosam insolentiam immortali sua liberalitate transcenderet.

Quibus de causis hæc paupertatis votum ad eum modum in Societate suscipiatur.

Deinde quoniam eam mentem Societati Deus indiderat, vt suos diuturniori 358
exercitatione perspectos, & pertentatos probaret priusquam propter eas, quas attuli rationes ad profidendum admitteret; Intereaque necesse esset verè, ac propriè Religiosos esse; tum ita votiuæ paupertati adstrictos, vt sicubi dimittendi

vide

viderentur, solui, enodaríque commodè possent: idem ipse Societatis author Deus eam voti rationem diuinitus suasit, nonam quidem, sed ad eum finem pernecessariã. Omnes ordines, omnes item, leges, omnia deniq; Religiosorum instituta noua in principio fuerunt, priusquam eadem procedente tempore inueterascerent. Hæc Societas nũc vix egressa è suis incunabulis maturescet, & consenescet aliquando, ipsáque cùm tempore quæ iunior modo est, & delicatior, cùm ad eam ætatem inualuerit, quam cæteri ordines attigerũt, denouapaulatim euadet antiquior, horridiorque. Ait Ecclesiasticis sanctionibus hoc votum esse contrarium: ipsum de Religiosis votis omnibus paulo diuerso genere loquendi, & pleniore aliquantulum voce, Lutherus, Caluinus, & reliqua Satanæ coniurata seruitia pronunciarunt: tamen vti errores suos, impiaque dogmata confirmarent, horrenda mendacia confinxerunt, quæ adhibere iste omnino non est ausus, ne deprehenderetur ex vnguibus, aut ne se ipse belle proderet, cùm personatus haud paulo melius Hugonotorum fabulam agere sibi videatur, quàm si aperto marte sæuiret. Scorpij caudam extremam arripuit, caput abiecit, hæretica conclusione contentus probationem hæreticam prætermisit: quo maiorem illi habeo gratiam, cùm me eo labore subleuauit, ne distinerer ipsius probationibus eluendis, quas nullas ille penitus attulisset: nunc ille non argumenta, sed Dodonæa fundit oracula. fol. 163.

QVOD

CAPVT LXIX,

Calumnia de Nouitiorum ingentibus bonis.

SVBFINEM, quasi in extrema acie pro fortissimo, ac veluti Aquilifero calumniæ subsidio tandem opponit, ex hoc voto domorum expilationes, & subitas fundatissimarum familiarum ruinas existere; imo attingi, & peti, & labefactari ciuilem statum: nam Iesuita in Nouitiorum bona, & possessiones grassatus familiarum hæreditatem ingentium pedetentim adibit. *Atque ijs artibus tandem, tandem plurimas,* inquit, *ciuitates, vrbes, atque oppida occupabit.* Addere debuerat montes Persarum, quos ferunt esse aureos, vel Arnaldi Causidici onerariam nauem, ne vel ipse mediocriter mentiretur, vel nos parum, quando id semel oportebat, diuites essemus. Suo sibi pede æstimat omnes; credit fieri quod simili in causa ipse faceret; atque existimo ego, si eius se similes præstarent Religiosi, id quod ipse dicit, affatim aggressuros, si inciderent in eos quibuscum illas quæstuosas nundinationes facere possent. Etenim ille profecto, hac in parte, instar insani, atque emota, ac sursum versus euersa mente morionis philosophatur: namque apertè voti naturam, vimque peruertit, qui pro certo ponat calliditatem, ac fraudem esse ad quæstum, ac lucrum nundinandum; quo quid peruersius ipse ille eius author Dæmon suspicari potuisset? Atque concludit professionem pro abijciendis, abdicandisque rebus omnibus institutam, ad res omnes prædandas, & corradendas comparari: scelesta profecto consecutio ex pio, sacroque cõnexo repetita: ex summa liberalitate summam auaritiam, ex maxima paupertate profundissimas opes;

fol. 164.

opes; ex luculentissimo lumine cimmerias plusquam tenebras; ex insigni virtute, horribilem impietaté, per omnia sensu, animóq; turbatus accersit: vir egregiè cordatus, & sanus, simul ac antecedenté illam sumptionem audiret; Religiosus vo-
360 to se paupertatis obstrinxit; si item veram esse sibi eam in animum induceret; tum verò ita repéte concluderet, ex quo quidem certe consequitur suum amoré, ac studium penitus a caducarũ fluxarumq; rerũ, & inaniũ opum cupiditate segregasse, omnes terrenas facultates, & côpias toto pectore contempsisse. Iste verò contra sic ait; ergo religiosus auiditate flagrat, ardet auaritia, nouitiorũ bona duntaxat omnia expiscatur, terram, ac lutum, & sordes anhelat, pręterea nihil; regna, atq; imperia principum, non modò priuatorũ latifundia helluabitur: ac pari quidem dialectica quidni idem de votis cæteris ad hunc modum etiã argumẽtetur? Religiosus castimoniæ votum facit, igitur se in altissimã obscœnæ libidinis ingurgitare voraginem deliberauit; obedientiæ se religione deuincit; itaque se Præpositis intractatum, ac rebellem præbere cõstituit. Similiter hic, Iesuita, inquit, edito voto religiosã paupertatem profitetur; quare id agit, vt tyronum bona, opesque prædetur: quæ argumenta quis non videt, vel ab ipsa naturali ratione, quàm quæ maximè, esse aliena? Nunc ad eum modum in Christum humani generis liberatorem Hebræi aliquando sunt argumentati, cum illa sacrilegè vociferarentur. Hic homo obstructa multa, vulgóque testata complura miracula patrauit, quamobrem causæ

Catechistæ monstrosa Dialectica.

Ioan. 2.

causæ erit, cur veniant Romani, nostras possessiones licitentur, nos in miseram seruitutem abducant. Idcirco tenendus, perdendus, cruci suffigendus est. At ita potius inde illud efficere debebant: ergo eum nobis, vt prępotem principem par est, credimus fore opitulaturum; nobis vt patrem patriæ, & publicæ salutis parentem contra hostem præsidio futurum; vnde enimuero facile efficitur, meritò à nobis omni propensa caritate esse, & beneuolentia complectendum; omni summo studio, infinitoque obsequio obseruandum; omni publica prædicatione, exquisito fauore, illustrissima gloria condecorandum.

CAPVT LXX.
De voto paupertatis in Societate Iesu.

SED HOSTIVM SCELVS, tuam Maiestatem quæso, Rex magne Henrice, cognosce, qui ex alieno huius subornato ore, tanquam ex sua loquacula pica loquuntur: quod equidem effecturum me esse confido, si paucis exposuero, quanto, quàm incenso, quàm prompto studio Societas Deo vota reddere consueuerit, quæ de sociali paupertate mordicus obseruanda nuncupauit. Hominum sua ex dictis, factisue æstimato esse solet; rerum publicarum ex legibus, moribusque iudicium, pretiumque habetur; ea si rationi primò, tum etiam honestati, deinde verò ipsa sibi inter se consentiant, & personas quibus congruunt, & Respublicas à quibus manant laudabiles, atque prædicabiles esse natura, & ita in recessu esse, quemadmodum in vultu, & foris apparent, dicere, ac sentire necesse est. Nostræ, Henrice, leges vna omnes eò inclinant, atque propendent; eò consentientissima

con

conſpiratione feruntur, vt noſtris hominibus præcetur, parique ardore ſeruetur ab omnibus votiua, ac religioſa mendicitas, haud aliter equidem, quàm munitiſſimum Religioſæ vitæ propugnaculum, præſidium pudoris, ſpeculum totius honeſtatis, ſtatiua fida modeſtiæ, certiſſimum vallum, & quaſi murus quidam tranquillitatis, & otij ſocialis; decus, & firmamentum, & robur ijs omnibus neceſſarium, qui vindicis Chriſti veſtigijs inhærere, expreſſamque diuinitus Deo doctore Chriſtianæ perfectionis formam, ac veluti ideam æmulari deſiderant: quemadmodum Chriſtus ipſe paupertatis magiſter abſolutiſſimus, & ſecundùm Chriſtum Chriſtianus ille ſcriptor egregius Auguſtinus, nominatim, ac de induſtria, communiter verò priſci patres alij tradiderunt: imò quam ingenij, ac doctrinæ princeps Plato percommodam eſſe vult, & appetendam ſtudioſe, & procurandam vnicè ſtabiliendæ conſeruandæque Reip. cauſa. Tria ſunt omnino in ſocietate domiciliorum genera, NOVITIORVM HOSPITIA, MAGISTRORVM COLLEGIA, PROFESSORVM DOMVS. duo illa priora annua vectigalia, atque ſtipendia certa, ac ſtata in commune habere poſſunt, quæ fere ſolent eſſe munificorum piorum hominum ſtipendiariæ eleemoſynæ, & vectigales annuæ largitiones, quales Carthuſianorum, atque aliorum
362 id genus eſſe videmus. Profeſſæ domus ex pera, & ſtipe reipſa victitant, nullo niſi ſacculi, nec fundo, nec prædio, nec loculo, ne quidem pro ſacra ſupellectile, aut fabrica Eccleſiæ, aut

Paupertas arx & propugnaculum Religionis.

Luc. 4.
S. Auguſt. lib. 8. confeſſ. c. 6.

Paupertas Rerũ publicarũ fundamẽtum
Plato 5. de legib.
Plutarchus in Lycurgo.

Societatis tria domiciliorum genera.

Nihil in Societate proprii.

substructione templorum. Iam verò in nullis omnium harum, quas dixi, sedibus nemini, cuicuimodi ille sit, integrum relinquitur proprium, ac suum aliquid obtinere, neque pretium vllum, aut mercedulam laborum suorum admittere pro scholis aperiendis, pro aud[i]endis confessionibus, pro concionibus sacris habendis, cæterísq; functionibus, atque obsequijs obeundis, quę gratis suscipere omnia pro re publica ex nostro instituto debemus. Quæ gratuita vox quęstuosos, & sordidos, & anhelantes ad stipem aliquos literarum mercatores potius, quàm doctores mirabilem in modum excarnificauit, & cruentas Tragœdias in illorum marsupijs excitauit; dum se ipsi cruciant, nósque vna ex parte, attendite hoc superi! auidos, & rapaces, & auaros declamitant; ex alia verò nos concionari, & docere gratis insaniunt, tam claro dolore, vt omnia illis in quæstu, minimè verò in animo, & conscientia posita esse videantur.

Omnia gratis suscipiuntur.

Atque vt vectigales illæ largitiones optima fide dispensentur, legibus nostris apprimè cauetur, ne Rectores pensitationes Collegiorum, aut Tyrociniorum ad domos professas transferant, néve ad alios vsus, quàm ad Nouitiorum, aut magistrorum quotidianam vitam sustentandam expendant; neve inibi professos apud se alant, nisi qui laborare, docere, scribere, aut quid aliud ex vsu collegij, aut probationis domus factitare Præpositorum iussu iubeantur. Ijdem professi, professione rite edita, peculiare votum nominatim faciunt non laturos se

Nulla Collegiorum aut Tyrociniorum bona ad domos professas deriuari possunt.

Professorum vota pro paupertate.

aliquam

aliquando, vti de consueta paupertate in Societate aliquid relaxetur; sed curaturos potius, si res ferat, vt coangustata magis, ac magis coarctetur. In Summa Societatis leges vsque adeo seuerè, horridè, constanterque paupertatis sacram illam sponsionem sanciunt; vt Catechista, qui bonam earum partem euoluerat, cogatur inuitò veritati tandem veræ confessionis hanc vocem restituere. *Hisce singularibus*, inquit, *adiunctis omnibus in vnum collectis, quæ vlla vnquam magis pertinaci, obstinatíque voto promissa, ac iurata fuit, quàm Iesuitarum ista paupertas?* verissimè dictum est: nihil tamen eam propterea hæsitat calumniari, atque reprehendere, ementitus eam minimè gentium à professis communiter obseruari, quòd gestare manticam vicatim non videantur. *Quandonam*, inquit, *gestare Iesuitas manticam aspexistis?* ô cæcum! ô impium! ô impudentem! quando totos quatuordecim annos Iesuitæ per vrbem precariò manticam deferebant; quando stipem viritim in amplissimo Regni Theatro, in ciuitate Regia corrogabant, hoc solus Catechista non viderat? ô præcipitem hominem! qui dum obscurare Iesuitarum rectè facta conatur, suam fœditatem, atq; turpitudinem ipsemet prodidit, & quàm propensa liberalitate tum esset in pauperes vel inuitus ostendit: non modò enim nullam stipem professis nostratibus erogauit, qui eam ad Diui Ludouici Parisijs commorati, tota vrbe, continuos quatuordecim annos, circumportata humeris pera collegerunt; sed nequidem

Catechistæ confessio.

Fol. 169.

vnquam inaudijt an colligerent(tantum aberat, vt qui in longinquis nationibus idem præſtarent, cognoſceret) Iámque omnis ſuæ largitionis,atque eleemoſynę loco ipſorum honorem,ac famam impunè latrocinatur, quæ cacodæmonis ſtipes, ac prædia eſſe ſolent.Porro quàm impotenter, quàm impudicè, quàm deſperatè in rebus alijs non ita vulgò notis peierabit,ac mentietur, qui,quod omnis Pariſienſis ciuitas aſpexit,neminem vidiſſe impudenter affirmat? quod quatuordecim annis vſurpatum eſt, numquam fuiſſe pugnaciter contendit? quod ſub eius ipſius oculis, in eius vicinia, ad ipſius fores eſt factum ſæpe, nuſquam terrarum id factum eſſe, omni proiecta, ac dementi ſocordia dicere audet? Pro eorum bonis, & hæreditatibus, qui ſocietatem coire, & neceſſitudinem Religioſæ vitæ nobiſcum contrahere voluerunt, qui maximè ſcopus eſt exlegi huic Iuriſcọnſulto propoſitus; noſtra ſocietas toto eo genere,eo candore,eaque excelſi, atque generoſi animi magnitudine procedit, quæ ab ęquiſſimo,ſanctiſſimo, integerrimo arbitro deſiderari poſſet, aut exigi.Primùm declarat in principio ſe ius in eorum poſſeſſiones ſperare, aut habere omnino nullum; ſub hæc tametſi Chriſti humanæ libertatis authoris illis conſilium,ac mentem exponit;quo illa expreſsè ſuadentur, VADE, VENDE omnia quæ habes, & da PAVPERIBVS quod ad vnguem ſeuerè primoribus naſcentis Eccleſiæ vſurpatum temporibus ſedulò Societas excolit; commonet tamen,ſuos vti parentes, atque conſanguineos tenuiori

Quomodo Societas ſe gerat in noſtrorum bonis partiendis.

Societati nullum ius in ſuorum bona.

Matth.9. Luc. 18.

tenuiori fortuna preſſos, ſuæque opis indigentes, cæteris vt omnibus anteponant, ſiue ad vſus vitæ domeſticos comparandos, ſiue ad difficultatem rei familiaris alleuandam, ſiue ad officij dignitatem alendam, ſiue ad ſplendorem priſtinum generis opportuno ſubſidio fulciendum. Author eſt etiam, vt multa de ſuo ad lites dirimendas, placandaque odia profusè largiantur, nec modo ad fratrum germanitatem inter ipſos tuendam, verùm ad pacem inter conſanguineos, tranquillitatémque domeſticam retinendam: ſecundum hæc liberum, integrúmque relinquit eorum arbitrio id maximè vt ſtatuant, quod ſentiāt; bonaque vt ijs impartiantur, quibus collibitum eſt, nulla vi, ipſorum voluntati, aut neceſſitate allata: ijdem ſi nobis nonnihil aſpergere decernant; ſumma ſemper exempli, & exiſtimationis hominum, mendicitatis, ac penuriæ Collegiorum ratio haberi ſolet, & repudiantur verò, recuſanturque ſæpenumero, vt etiam cùm velint, quod nulli non licuit vnquam, quodque nullius iniuria facere poſſunt, Societati tamē de ſuo iuſto patrimonio benefacere prohibeātur.

CAPVT LXXI. Vſus, & tractatio religioſæ paupertatis in Societate.

365 HÆ SVNT illæ, Henrice, Societatis leges; hi mores, hæc quotidiana exercitatio, tractatioque familiaris legibus ipſis conſentanea, quæ maximè perſpicitur in domibus noſtris, in cubiculis, in domeſtica ſupellectile, in cæteris vtenſilibus, in ipſo veſtitu, victuque, in tota conformatione conſuetudinis religioſæ, quibus in rebus omnibus nihil apparet, quod frugalitatem religioſam ad vnguem non redoleat Atque

vtinam Deus, Henrice, aut Societatis quędam ſecunda fortuna feciſſet, vt tua Maieſtas quaſi in rem præſentem aliquando propius illa ſpectaret, facile per ſe ipſa miraretur ineſſe potuiſſe hominibus ad mentiendum de noſtra opulentia tantum audaciæ:ac illos ipſos teſtes appello, qui infinitas illas opes expectatione iam deuorauerāt; qui collegiorum, domorúmque ſpolia retulerūt; qui,ſi iam audent, id quod res eſt, teſtificabuntur, multóque etiam illi melius, atque fidelius, qui ſe ſe ad noſtram familiaritatem aliquando, noſtrorúmque congreſſum applicuerunt. Namque apud nos nihil præter Numinis templa, & aras,& bibliothecas ſplendidum, aut magnificum, aut non apprime frugale inueniri facile deprehendunt; ſicubi hæc ipſa tamen ornare,ac locupletare poſſumus; ſæpe enim & in his elucet præ paupertate ſumma mendicitas; quo tamen in genere non eſt pertimeſcenda profuſio, aut ſuperuacanea immoderati luxus intemperantia. Quin ij etiam auditores, qui noſtra gymnaſia, noſtrámque conſuetudinem frequentarunt, cæteríque, qui aliquem fructum è noſtra induſtria domi, foriſque collegerunt, ſi id quod verè ſentiunt, fatebuntur, ſi integritati noſtræ, ſtudióque colendæ paupertatis, perſoluendique voti, ſi numquam violatæ conſuetudini omnia laborum noſtrorum ſtipendia repudiandi iuſtæ confeſsionis teſtimonium non denegabunt;pluſquàm centum millia teſtium inuenientur in Gallia parati iuratum pro Societate, contra Catechiſtam homunculum,dicere teſtimonium, nos
nullam

nullam mercedem aliam ſtudiorum noſtrorum, præter illam caritatis, & officij Chriſtiani accepiſſe vnquam: quanquam quid mea illud probatione indiget? cùm illos ipſos hoſtes, qui noſtras opes accuſant, confitentes habeamus, quos ita gratuita illa docendi ratio turbauit aliquando, vt ex ea ſcintilla conceperint primùm vaſtum illud furiarum incendium, quo ad hanc corroboratam proprio ſuo ſcelere amentiam poſtea conflagrarunt? ac ſi qui ſunt etiam, qui ponderare omnia minutius, ac ſubtilius velint, ſummamque ſubducere earum opum, quas gratuitò, volentéſq; contempſimus; ſic, credo, ſtatuent, quotannis in vna Gallia, plusquam viginti coronatorum aureorum nummûm millia à Societate fuiſſe reiecta, quæ magno, & claro iure, nemine reclamante, imò iſtis applaudentibus, è Scholis noſtris colligere poteramus; vbi eo, vt minimum, numero apud nos in Collegijs trium Galliæ prouinciarum, litera-

Quanta à Societate reiecta annua è ſcholis ſtipendia.

366 rum diſciplinas addiſcunt: nec grauari ſe vnius nummi aurei per ſingulos annos vectigali collato arbitrarentur. Annon ex alijs frequentiſſimarum concionum, confeſsionúmque functionibus, tantundem, aut dena ſaltem aureorum millia conſtitiſſent? Quæ ſi omnis confecta ſumma computetur, comperiemus ſanè ita triginta annis augeſcere potuiſſe, vt pene in immenſum, certè numerata, comportataque pecunia, vt ſola gymnaſia complectamur, ad decies centena millia coronatorum nummum excreſceret. Eorum parentes, atque conſanguinei, qui

ſacram ſocietatem nobiſcum coiuerunt, atteſtatentur maximam partem, ne ſeſtertium, aut teruncium quidem vſquam donaſſe; nec è triginta tyronibus vni equidem accidiſſe, vt triuncem afferret: quæ verò pauci attuliſſent, nihil propemodũ valere, vixq; vllo numero haberi poſſe. Inde vſque ab illo tempore, cùm in Gallia verſamur, amplius quinquaginta,& quadringentos tyrones in vitæ,victusque noſtri communitatem admiſimus; horum omnium ſi quiſque modo non iam quingentos, ſed centum tantùm nummos in prima ingreſſione pro ſua portiuncula aſperſiſſet, ad quadraginta mille aureos ſumma conflueret: aduerſarij, qui furaciter Societatis gazas, & opulenta æraria perſcrutati ſunt, vt malam nobis ſummam facerent, numquam diſertis verbis dicere potuerunt, nos decem millia tota Gallia accepiſſe, quin impudentiſsimè mentirentur. Perſæpe Francorum decem millia, quæ Præſes Sanctandreanus Pariſijs ſpectata pietate donauerat, exprobrarunt. Ille verò non Ieſuita Nouitius, ſed Regni Præſes Pariſijs fuit,vti & Præſes alter Diuione Godranus, qui ea in vrbe Collegium bonorum ſuorum hæreditarijs cenſibus immortali liberalitate fundauit. Nobis infinitas Nouitiorum copias, innumerabiléſque diuitias iſti opponunt, quas hactenus nullas oſtendere toto Galliarum ambitu, potuerunt.Arnaldus Cauſidicus 397
mirabilior, & diuiniori quadam Philoſophia ſapientior extitit, qui illas opes non tenuiter pijs, nouitijsque largitionibus,ſed pleniſsimis velis,ac

Duodecim millia nummum aureorum à Præſide ſanctandreano donata.

Fundatio Collegii Diuionenſis à præſide Godrano.

nau

nauibus affluenter,nec ex Gallia,ſed ex noua India, non clam, ac furtim, ſed libero, planóque Oceano,ventis,& Nymphis, & Tritonibus omnibus afflantibus, & obſecundantibus, illa oneraria naui Ieſuitica multis onuſta millionibus comportauit; quam ab extrema inde America, vſque ad Pariſienſis Curiæ cancellos miris machinis potens declamator aduexit: ne ſi illa per Sequanam, aut per Ararim veniret, nimis lentè, & frigidè mentiri videretur: tam longa, ac lata eſſe, quàm vaſtos terrarum, mariúmque tractus, nec modò Zephiris, ſed Subſolanis, & Typhonibus,& Aquilonibus, & Auſtris, ac Lybonotis omnibus coniuratis,afflata,explicatáque Arnaldi mendacia oportebat.Nunc, vt ad ſummum dicam; ſi Societatis leges,ſi actiones, ſi conſilia, ſi ſtudia,ſi domus,ſi vitæ ratio,ſi veſtitus,victúſque frugalitas,ſi quidquid cogitamus, quidquid molimur, maximam noſtram Religioſam paupertatem non adeo loqui, quàm vociferari videntur: vndenam Deus immortalis!dictionem, & ſtylum aucupantur hoſtes? vt dicant nos non omnibus ſolùm copijs circumfluentes,ſed auidos,ſed auaros, ſed omnium opibus, atque fortunis imminentes? vbi tua,Catechiſta ſcelerate; mens? vbi ratio? vbi naturale hominis, inſitúmque iudiciũ, qui ex voto Religioſo, ex noſtris cum inuiolatiſsima paupertate coniunctis omnino rationibus, ex illa ipſamet paupertate argumenta ſumpſiſti, vt nos Crœſos,nos Craſſos, nos Arabes,nos Tantalos faceres?vt ſuſpicareris, ſaltem diceres, nos non aliam ob cauſam Religioſam

Dicta factaque de mente teſtantur.

vitam esse professos, nisi ad opes accumulandas? Ad coaceruandam, exaggerãdamque pecuniam? Ad ciuitates, ad vrbes, ad oppida, ad Regna ipsa, ad Imperia, ad totum denique orbem terrarum deuorandum? Quæ porro nobis ratio? quæ mens? quis sensus esset? cuius bono illa prædia pararemus? illos ingentes quæstus faceremus? Hæc portentosa æraria conflaremus? potest, Henrice, res ea in mentem venire vlli naturę, quæ consilij sit, atque rationis particeps, quemquam non furiosum, non vecordem, non mente vesanum, non teterrimo aliquo dæmone captum, obsessúmque hominem suis se hæreditarijs bonis, & commodis spoliare constituisse, vt in domum hospitalem pauperum, ad opes non iam sibi, sed alijs congerendas irrumperet? votum de repudiandis rebus omnibus nuncuparet, vt omnia raderet, raperet, prædaretur? sacra se, ac sancta sponsione castitatis adstringeret, vt libidinosus, & intemperans; obedientiæ, vt perduellis, & intractatus; Christianæ summissionis, atque modestiæ, vt superbus, & arrogans, & omni insolenti contumacia elatus euaderet? nam cui credibile esse videatur, tot summis familijs ortos homines, plerosque omni copiarum genere abundantes, multos nobili loco natos, non paucos Barones, Marchiones, Comites, Duces in Societatem nostram se coniecisse, vt opes, & copias colligatis manibus colligerent, cum summo peccato, cum certa proposita pœna, cum ingenti difficultate, atque periculo, cum immortali omnium hominum offensione, cum inexpiabili numinis iniuria: præsertim quas

Votum virtutis causa suscipitur.

368

quas vel domi ſub manu numeratas, atque parabiles habere, vel parare ipſi cum libertate, cum laude, abſque ſcelere, vel poſsidere, cum voluptate, & dignitate poſſent? Quid vaticinatur? quò peregrinatur iſte qui illa dicat? Qui eas conſecutiones connexis eiuſmodi annectat? qui omni laterum contentione exclamet à Ieſuitis voto paupertatis euerti familias? præfocari ſtatum? ſpoliari Regnum? ciuitates, vrbes, oppida occupari cum tempore? Nos ingentiores theſauros triginta annis eſſe nactos in Gallia, quàm ipſis trecentis reliqua omnia vniuerſæ Galliæ ſacroſancta Cœnobia? ô ferum hominem! Certè hæc ille, quæ ſcribit, ſi non intelligit, mente captum eum, & amentem, & furioſum eſſe neceſſe eſt: ſin intelligit, immortaliter impudentem, & nequam, atque ſacrilegũ, qui ea ſcribat, quæ quando ſuſpicatur, non dicam quando ſcribit, formidoloſum numẽ irridet, homines ludificatur, conſcientiam abiicit, omnia Chriſtianæ pietatis, & ſanctioris diſciplinæ ſtudia, atque opera impudẽter eludit: qui etiam, ad eundem locum, demiſſionem, ſuique contemptum in authore, ac parente Societatis Ignatio, ſcurrili dicacitate, per ſummum ſcelus, exhauſto pudore deridet, quod Prępoſitus Generalis electus ſe ad ſordidiora culinæ ſeruitia abiecilſet, vt fratribus eſculenta pararet. Neque verò in Ignatio Catechiſtæ ſiſtit impietas; in eo enim vno omnium ſanctorum
369 irridet exempla, quorum Religionem, & ſingularem animi ſummiſſionẽ æmulatus Ignatius vir & genere nobiliſsimus, Catechiſta fatente, & incre

Catechiſtæ ratiocinatio. fol.141.

Beato patri Ignatio humilitatẽ exprobrat.

incredibili prudentia, parique sanctimonia præditus, se ad vsque ipsa vilissima culinæ obsequia deprimebat, non vt offa, & adipe saginaretur, sed vt ad eius diuinæ veritatis, quæ nos cœlo attollit, amplexum, comprehensionémque descenderet.

CAPVT LXXII. Exprobratio hominis ignari atque improbi quoad summissionem Religiosam & abiecta culinæ obsequia.

ISTE SIMVLATQVE culinæ nomen exaudijt, aliud præter abdomen, & adipem, & nidorem ollarum cogitare non potuit. Atque qui aurem præbere debuerat, gulam tantùm hiulcam aperuit, homo rerũ diuinarum ignorantissimus, idemque tum sua inscitia impudentissimus, tum sua impudentia scelestissimus. Diuini viri se in culina Religiosos, & diuinos exhibent; iste in rebus etiam diuinis scurrã agit, & sannionem: se studiosè ad Petri Patelini popinas, ad Frãcisci Villonis gurgustia, ad Panurgi Rabelesij ganeas, ad Lutheri pateras, & ollas, ad Caluini macella, & cacabos, ad Bezæ lupanaria, atque sartagines exercuerat, quos venerabiles suos ipse Doctores appellat: vbi strenuè laboratur, vt magister ipsorum artis, ipsorumque ingenij largitor vẽter ganearum illo nidore, ac fumo ad opimam quandam, & adipalem crassitudinem immenso farcitum abdomine distendatur; verùm Religiosorum culinam numquã nouerat, vbi ex pædore, sitúque ollarũ, eius pulcherrimę virtutis splendor exquiritur, quam ipse ne de nomine quidem vnquã nosse potuit: vbi diuinæ animulæ, instar columbarum in domestici laris pædore candicantium, inter ollas emicant, vt illa Dauidis in illos ad vnguem expressa proferantur, *si dormiatis inter*

Sancti vbique pii Catechistæ doctores quidam. Fol. 170. b

inter medios cleros, pennæ columbæ deargentæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Nesciebat Beati Benedicti, cæterorúmque Deo deuotorũ ordinum regulas sanctiores, quæ suos iubent alios ex alijs, ordine, ex Catalogo, quasi ex numeris, recitatione nominum huiusmodi abiecta munia inter illa sublimia contemplationis, & doctrinæ studia,
370 exercere, vt quodam veluti ascensu ingressi, rursumque mutua quadam facta descensione, in illo vitæ Christianæ, Religiosóque curriculo, se ad Christi authoris exemplar informent, qui modo ad montium altitudines, quo propius ad cœlum accederet, conscendebat, modò ad plebem se iterum demittebat, vt abiectionis exempla proponeret. Diuus Bernardus, cuius ex ore melle dulcior manat oratio, quémque vnum, vel teste Caluino, omnis sanctitatis hoste teterrimo, plusquam nectaream sanctitatem spirare qui legimus, videmus; cùm omni præclaro præconio Diuum Malachiam prædicasset, hanc præ omnibus vnam ei laudem tribuit, quod suo loco, ac numero culinæ seruiret; neque dubium esse potest, quin ipse Bernardus, deposita ad tempus cura orbis terrarum, quem totum solicitudine fuerat complexus, ea ipse præstaret, quæ in alijs ipse miraretur. Quis verò tam rudis, & hospes in hac communi rerum gestarum luce inueniatur, cui sodalitatum omnium sacrarum laudatissima hoc in genere cõsuetudo, aut obscura, aut dubia esse possit? Gallicorum scriptores annalium sibi Carlomannum Pepini fratrem huius Imperij Gallici eximium Regem nunquam satis in cœlum

D. Benedictus in Regulis, Regula 35. de culinæ ministerio.

D. Bernardus in vita sancti Malachiæ.

Carlomannus Ado. & Regino in Chronicis.

lum amplis laudibus efferre videntur, quòd, Regia purpura cum Religioſæ paupertatis panniculis permutata, hiſce ſordidiſſimis in ſpeciem officijs vacaret,adeóque,ô incredibilem Religionem!ipſemet coquo inſeruiret, haud paulò maior, & glorioſior, cùm vaniſsimam arrogantiam, atque luxuriam illa admirabili ſui deſpicatione calcaret,quã illuſtrior, atq; nobilior,cum Regni ampliſsimi adminiſtrator humanæ ſuperbiæ obſequeretur? Quid igitur tandem habet iſte cauſidicus ad cauillandum, ad iocandum, ad exprobrandum huic noſtro ſancto? quòd coquum pro eius honore, & religione egerit, qui pro perdito hominũ genere, cùm Deus eſſet, non ſpurciſsimam hominum naturam, non infima quæque obſequia, non crucem, non necem,non denique tumulum eſt auerſatus? præſertim in domo conſecrata,vbi Dei ſeruulis miniſtratur? vbi, præter peccatum,nihil culpæ, aut dedecori vertitur?vbi contemptiſsimę quæque,& humillimæ humano 371
vulgari iudicio actiones, æſtimatione numinis, inæſtimabilis pretij eſſe cẽſentur? Nunquid Catechiſta apud ſe nobiliſſimæ,ſanctiſſimæque hoſpitæ Marthæ derideret obſequia, quòd culinæ, & foco operam daret? quòd viliſsima quæque munera exequeretur? quòd ſeruatori quotidiana cibaria appararet?Imo nonne iculariter in Chriſtum etiam Rabeleſita cachinnum attollet, qui mantili circumplicato, vrceolo inſtructo,ſuffuſa, atque cõparata frigida, Apoſtolorũ pedes eluit? Quanto maiori inſolentia, omni hiſtrionica importunitate luſiſſet celeberrimũ illũ principem Chri

Beata Martha. Luc. 10.

Chriſtus pedes lauit Apoſtolorum.

Chriſtianũ, potentiſsimũ bellatorem, ſenatorem nobiliſsimum, tota Europa Catholica præclariſsimis domi, militiæque mirabilis animi, atque corporis magnitudine geſtis facinoribus nominatiſsimũ, iucundiſsimum, cariſsimũ ſanctiſsimis Imperatoribus, nomine Gallicanum, virum clariſsimum, ſi eum impius Catechiſta videret, illa militari gloria, & Principali pompa, & immortali celebritate clariſsimi nominis conculcata, obire, habitare, verrere pauperũ noſodochia? ægris adeſſe, atque valentibus? lances lauare, & patinas? tergere ollas? euertere certatim, ac ſternere lectulos, cacabos, abacos, domũ? reliquam egentium ſupellectilẽ verſare, tractare, abſtergere, & illa omnia diligenter arripere, quæ ancillulæ, quæ mediaſtini, & viliſsima mancipia vili mercedula, nulla laude, in herorum ſuorum ædibus facere ſolent? quæque Religioſi, ſacro in Dei domicilio, certa fiducia Regni cœleſtis, & remuneratione gloriæ immortalis ampliſsima prolectati ſuſcipere conſueuerunt? Quæ Chriſtiana decora, Lutheri crapula, Caluini abdomen, Bezæ proſtibula, Catechiſtæ adeps capere non poſſunt. Numquam ille legerat, quæ graues, & ingenioſi poëtæ ſcripſerunt? Clariſsimos Imperatores, ac Principes olim, cum magna hoſpitalitatis commendatione, mẽſas extruxiſſe? Numquam Achillem audiuerat Principem, Imperatoremque; ianaum non raro culinã procuraſſe? mactaſſe? belluas? diſcos, lanceſque cum ſocijs Automedõte, & reliqua nobilitate Græciæ circumtuliſſe? Quid Ænææ comites? non legerat vnquam eos cum

Gallicani viri clariſſimi ſumma ſummiſſio. Surius.

Achilles Iliad. 24.

Lib 5. Æneid. Æneas.

cum insignitè nobiles,ac primarij duces haberē-
tur,epulationem,& cibum,& mensas adornasse?
tergora ceruorum costis diripuisse, viscera nu-
dasse, quos venatione cæperant? Tum igni tor-
rendam prædam exposuisse? reposuisse mensas?
omnem escarum apparatum quàm diligentissi-
mè exegisse? quę fictiones etsi solida, veraq; ne-
gotia non prosequuntur, tamen absque menda-
cio præ se ferunt antiquis illis, heroïcisque tem-
poribus nihil indecorum,aut sordidum in his,ne-
que infimis obsequijs, neque fortissimis, lauda-
tissimisque hominibus deprehensum fuisse. Ne-
Nobilitas Poloniæ. scitne etiam hodie tota Polonia lectissimam no-
bilitatem, aliasque,Septentrionem versus,natio-
nes summo in pretio, atque ornamento habere,
vt quondam omnes ferunt Thessalos, huiusmodi
omnia esculenta negotia inter se callere? Quòd
si ea sine dubitatione vel concedebantur, vel vi-
tio summis viris, ijsque vilissimis humanæ lau- 373
dis mancipijs non tribuebantur, quid religiosum
hominem accusat, quòd inanissimæ celebritatis
gloriolam in culinæ ignobilitate, & humilitate
protriuit?epulisque cœlestibus, dum corpus pa-
tinarum situ obsolesceret, mentem expleuit? Ec-
ce quem se causidicus excutiendo voto pauper-
tatis, Pontificumq; diplomatis redarguendis ex-
hibuit: ipsum porro duo castitatis,& obedientiæ
vel reliqua ponderantem ad punctum breuissi-
mi temporis audiamus. Ego tuæ Maiestati rem
omnem paucissimis verbis expediam.

CAPVT LXXIII.

FRANCISCVS A MONTIBVS in
ea defensione quam pro Societate nostra
edidit,

edidit, ſcripſerat, aliquo loco, cõſtare ex diplomate Gregorij decimi tertij ſummi Pontificis, voto ſimplici caſtitatis Societati vſitato impediri matrimonium contrahendum, idemque contractum antiquari, ſi votum eiuſmodi datam matrimonij fidem anteceſſerit; idque recenti Pontificio priuilegio, quemadmodum in profeſsione aliorum ordinum, ſolenne votum hoc item poterat iure antiquo. Hic iſte Leguleius quod inter Pontificij iuris interpretes notiſſimum, atque vulgatiſsimũ eſſe ſolet, non intellexit: qui vbicumque de legitimis hiſce impedimentis verba faciunt, hoc aiunt, obſtare matrimonio, vel vt iuſtum ne ſit, & habeatur velut infectum, ſi voto ſuſcepto ineatur, vel vt omnino fieri non poſſit, ſi diuinus ille

Puerilis ignorantia Catechiſtæ de voto caſtitatis.

Votum caſtitatis ſimplex in Societate reddit irritũ matrimoniũ, nõ ſecus, quã ipſa aliorum ordinũ vota ſolennia.

374 nexus prior coniugationem illam anteuerterit: Latinè communiter dicunt *Impedimentum impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum.* Non recepto igitur hoc trito genere loquendi, quod ipſi Iuſtinianæi, vt ita dicam, veteri verbo, dupundij norunt, bonus Iuriſcõſultus mira ſubtilitate ingenij ex eo Fontani loco collegit viros in matrimonio certo iam, ac ſtabili collocatos, vxoribus cauſa leuiſſima repudiatis, nuncióque remiſſo, poſſe, voti illius arrepto colore, ad Ieſuitarum ordinem, aduolare: quibus in verbis ea dementiſſima interpretatione ab eo deprauatis, perperámque conceptis, ingentis pugnæ campum ſubſtruxit, in quo per tres paginas maſtigophorus miles excurreret, armis, laruíſq; ſuæ pluſquam prodigioſæ inſcitiæ contra Ieſuitarum votũ ſimplex, nouus Aiax Oileus inſaniret

D. Thomas 2.2.quæſt.88.

Aſinina Catechiſtæ ignorantia.

ret. Audi, Henrice, & aſpice, obſecro, quomodo lanigeros Graios ſternit! quomodo cornutos Vlyſſes flagris mactat. Quot armentorum exercitus; quot laruarum acies fortiſſimus heros affligit! hæc, quæ audies eius verba ſunt, nihil effingo, abſit vt faciam. *Quod nouum igitur monſtrum,* inquit, *iſtud eſt, quod Ieſuitæ in noſtram Eccleſiam inuexerunt? Eum, qui in Societatem cum illis ineat poſſe, nullo peccato vxoris, matrimonij ſui nexum abrumpere? Itaque minima ex cauſa, & mariti leuiſſima offenſiuncula, miſera fœmina, triſtis, ac mœrens ex illis Ieſuiſmi legibus innupta manebit? interimque tamẽ alteri viro nubere non poterit, quod Chriſtianiſmi leges id prohibent?* O noſter, mulieroſe miſericors, quid facis! fere flebat, cùm hæc ſcriberet! ô Iuriſconſulte diues annis, & profunda locuples ignorantia! Ad ſcuticam expectas vt te amandemus, vbi tuæ artis rudimenta cognoſcas? Quid verò, Henrice, hoc hominis eſt, qui quadraginta annis ſuæ artis vulgata vocabula illis dodrãtalibus auribus 375 capere non potuit? Qui rationis ſimpliciũ, ſolenniúmque votorum ignorantiſſimus, de illis tamẽ ſcribere audet? Quid dico ſcribere? imo verò Põtificum ſcita reprehendere? Qui euolutis, verſatisque, tot annis, adeo nequiter, Societatis conſtitutionibus, ô inauditam decem ſeculis, vel ſtupiditatẽ hominis, vel pecudis nequitiã! aut non potuit, aut noluit capere votum Societatis ſimplex, ſolẽnis voti aliorum ordinum naturam, vimque prærogatiuam, idque authoritate Pontificum obtinere? id quod præterea Nauarrus Doctor egregius, quem ipſe citat, ipſemet, illi clariſsimè expo

Digna notatu Catechiſtæ conqueſtio.

Miſericordia in mulieres.

expoſuerat?Improbiſsimus criminator iuxta, atque indoctiſsimus canonũ Doctor, qui ſuæ profeſsionis hæret in limine; qui tantum abeſt, vt in Ignatio excelſitatẽ animi, fortitudinémq; ſuſpexerit, quòd procuraſſet ita voto ſimplici noſtro, caſtitatis propoſitum ſtabiliri, vt voti ſolennis firmitudinem nanciſceretur, vt potius ſummam eam laudẽ in libertatis immoderatæ, & fraudis, & violati matrimonij probrum verterit. Hic præterea quid facit? prout crimen læſæ Maieſtatis exaggerat, quòd ſacerdotes in Societate patris nomine appellentur. Quod crimen? quæ culpa? quæ accuſatio? Codicem nunquam legit, aut decreta Põtificum, vbi Epiſcopi, & Sacerdotes promiſcuè communi patrum nomine deſignantur? ſed nunquámne apud Sacerdotem Catechiſta confeſſus eſt de peccatis? Numquam profecto, nam in ſolenni confeſsione primum hæſiſſet, & Magiſtrum Rabeleſium ex machina inuocaſſet, vbi in verba ea peruentum eſſet, ET TIBI PATER.

Sacerdotes patrum nomine appellati.

Episcopi & Sacerdotes paſſim in iure patres vocati. Nouell. atque alibi ſæpe.

376 Quid? illa didicit? illa protulit aliquando? Non potuit: non reprehenderet optimus Catechiſta, quę faceret, & immania ſua ſcelera ſacræ confeſſionis pudore caſtigaret. Quid? neſcítne etiam homo Catholicus Apoſtolicus Romanus? cano iam vertice? obſoletis annis? defluentibus è mento palearibus? tutor, atque arbiter Gallici Imperij, omnes in Catholica Apoſtolica Romana Eccleſia ſanctiſſimo ſacerdotio præditos patrum loco haberi, nõ modo nominari? verùm, inquit, Deus ipſe cauit, ne quis præter ſe, pater vocaretur in terra. Rectè equidem; cur

ergo ipſe à liberis, ſi quos iam ſuos habet, ſe compellari patrem, Deo prohibente, permittit? vel ſi vocari à liberis pater poteſt, nihil violata, aut læſa Chriſti iuſſione, qui ſolum illis corpus, contulit, ſi contulit tamen, quorſum veluti pro parricidio exprobrauit, quòd ſacroſancti, & ſacra nouacula initiati, atque coronati verticis homines, qui piaculari fonte animos procreant, ſacra diſciplina, Paulo Apoſtolo teſte parturiũt, fouẽt, nutriunt, ornant, cæteris pietatis Chriſtianæ myſterijs educant, patrum compellatione, ac numero cenſeantur? Ipſe, ſi patre certo natus eſſet, erubeſceret, frugi homo, procreatorem ſuum, patris honeſto cognomine ſalutare?

Cur Sacerdotes patres vocati.

CAPVT LXXIII.

Ignorantia ac nequitia Catechiſtæ de voto obedientiæ.

VENIO AD VOTVM obedientiæ, in quo ſe ille, vt in cæteris ſuæ eruditionis indicijs bellè deſcripſit. Noſter, Henrice, fundator Ignatius obedientiam Societati, vti parentem, virtutumque maximarum nutriculam commendauit; certiſſimam, atque præſentiſſimam opem omnis benè moratæ ſodalitatis, eique potiſſimũ vſquequaque neceſſariam, qui hoc ſibi ex profeſſo propoſuerit, vt vitia fortiter expugnata labefactaret, cuius generis imprimis omnia Religioſa ſodalitia eſſe ſolent. Quòd ſi in mundana militia incredibilẽ obtemperationẽ, & ſummam obedientiã à militibus maximi duces, Imperatoréſque deſiderant; ſine qua fruſtra ſit, & temere concepta ſpes vlla victoriæ; multo id magis in hac Religioſæ vitæ cõtentione requiritur. Iulius Cæſar militibus alia peccatorum genera omnia ignoſcebat; in perduelles, nec dicto ſatis audien-

Obedientia omni communitati perneceſſaria.

In bello præſertim.

tes se inexorabilem,& inexpiabilē exhibebat. Ac credo ego Deū optimū nostro parenti eius virtutis momenta omnia maxima, vitijque oppositi summa pericula, belli terreni quadā similitudine demōstrasse, in quo diu fuerat cū amplissima hominū gloria ipse versatus: quēadmodū idem sapientissimū numen aspectabiliū rerum exemplo ea, quæ sensus effugiūt; atque ex corporatis spiritalia mēti proponere cōsueuit. Sic Hebræum illū Mosem, Regémq; Dauidē gubernationis vim, & rationem omnem ex ouium gregibus perdiscere voluit: qua in pastoritia exercitatione, tanquā in quodā Regni, atque Imperij tyrocinio, Philo Iudæus inquit, à teneris annis ad maiora deinceps appellendū animū excoluerunt. Ita D. Petrū Ecclesiæ principē, ita reliquos fidei Christianæ propugnatores Apostolos expiscādorū hominū certam viā è piscatu pisciū Christus edocuit, neque aliter sæpe solet suos ex familiaribus, atque domesticis quibusque rebus ad suū diuinum obsequiū instituere. Ergo Ignatius, qui probè eius virtutis pretium perspectū, expertúmq; haberet, statuit vt omnibus suis numeris absoluta in Societate seruaretur, multáq; diuinitus scripta de illa reliquit. Iā vno in loco cōstitutionum, vt summatim obediētiæ vim omnē, naturámq; describeret,

378 affirmat *vt sancta obedientia sit in nobis semper omni ex parte perfecta, cū magna celeritate, spirituali gaudio, & perseverātia, quod iniunctum fuerit obeundum esse, omnem sententiā, ac iudicium nostrū contrarium* CÆCA QVADAM OBEDIENTIA *abnegādo*. Sub hęc duo, triáve vocabula, Catechista ferire, pulsare,

Vita pastoritia Regni gubernandi disciplina.

Philo. lib. de vita Mosis.

Piscatores hominum. Matth. 4. Marc. 1.

De vera obedientia lib. 6. c. 1. const.

exultare;digladiari calamo, criſpare, & incurrere chartis; impreſsiones mancas, ſcurrileſque impetus perfrequentes facere, vertere omnia. Quibus artibus nihil agit, niſi vt toties intolerabilem inertiam,cæcitatem, nequitiam,& improbitatem oſtentet:quod tantum exponere, ac ſub oculos collocare contendo, vt probationem de eruditione hominis aliquando claudamus. Principiò ita eſt à Grammatica liberaliter inſtitutus, (non vereor ne nemo rideat) vt dictione latina, & dictioni ipſi ſubiecta ſententia ignorata pro

Obeiſſance aueuglee.

CÆCA obedientia, EXCÆCATAM verterit, eaque vocis excæcatione,quaſi nucibus ſubinde colludat, dum loquutionem abſolutè ex proprietate vocabuli accipit, quaſi re ipſa oculis orbata obedientia aliqua inueniretur, quæ tropo quodam fuerat, & immutata verbi ſimilitudine vſurpata, de obedientia, non quæ palpebris, & pupilla careret, quod iſte vellet, ſed quæ cæco quodam modo Præpoſitorum voluntati ſe dederet: quo eodem genere loquendi aliam ob cauſam dici vulgo ſolet, iudicem ius dicere, quaſi

Iudices Cęci. Cæca iuſtitia.

obducto viſu,CÆCA quadam iuſtitia oportere, 379
hoc eſt iuris ipſius nō perſonæ, aut gratiæ rationē habere, nihil gratiæ cauſa, omnia pro æquo, ac bono præſtare, ſuum cuique ſine fraude reddere: quare pictores etiam penicillo, iuſtitiæ oculos obnubebant: haud ſecus obedientia obtemperantis obtutum, certa ratione tanquam velo contegit, quod par ſit,ſatis illivideri, Præpoſitum, qui imperat, eſſe oculatum.Nec homo omni cogitatione, atque animo cæcus in ſua illa

gladia

gladiatoria, quasi Andabatarum contentione,
magis vidit illa per tropum, conuersa nominis
inflexione, perfectæ omnibus partibus obedien-
tiæ, præsertim Christianæ, atque religiosæ ner- Obedientiæ
uos, ac robur contineri, quæ in eo posita habet neruus.
omnia, vt qui obtemperat, id candide, ac iucundè,
præsenti, alacrique animo, sine cunctatione ag-
grediatur, quæ præscribuntur à Præsule nulla
omnino, cur, aut quomodo fuerit iussum, argu-
mentatione quæsita. Haud alia aliquando fuit,
vel esse debebit imposterum, non solùm in do-
mibus ob diuinum cultum à contagione morta-
lium segregatis, aduersus spiritales præfectos
vsurpata ratio, omnibus, quæ imperata cunque
fuerint, nulla alia, nisi morem gerendi, accersita
cura diligenter expletis; verũ etiam in quauis be-
ne instituta Republica, ab omni hominum gene- Obedientia
380 re, qui vni imperio, ac statui sibi deseruiendum, cæca omni
atque studendum constituerint, quos necesse est hominum ge-
cæca, vt ita dicam, obedientia obtemperare, ni neri necessa-
velint omnia vno labefactata motu corrumpe- ria.
re. Nam vbi magistratus, pro statu ciuili, aut Im-
perator pro exercitu aliquid imperat, si ad rem
eam quisque suos oculos, & suum arbitriũ afferre
voluerit, & iussi rationem curiosius inuestigare,
nulla magis inuenietur neque militiæ, neque do-
mi satis tuta, aut sancta tranquillitas, quàm ob-
seruantia; ipsaque antè rei bene gerendæ auola-
uerit opportunitas, quàm omnes satis instructi,
atque edocti esse videantur. Eò accedit non esse
semper necesse iussa facturo rescíscere, quo con-
silio, aut quo fine res iubeatur; & Catechista bo-

 nus

nus ipse captus oculis, ac bene memor in ijs legibus, quas senatus iusserit eam obedientiam cæcam agnoscit, in quibus sistendum esse sine tergiuersatione contendit: ex eo etiã est, cur vsitata reticentia, communi, tritáque formula vox ea vsurpari solet; ID QVE CERTA EX CAVSA. At verò si persuasionis, ac fidei Christianæ vim ipsám cum Theologorum schola attentius expendamus, comperiemus eam omnem pene ex ea, quam exposui cæcitate constare. Nam vt monet Apostolus Paulus in captiuitátem redigimus omnem. intellectũ in obsequiũ CHRISTI. ac si hoc vellet; omne arbitrium, omnemque sententiam cæco cuidam fidei diuinæ assensui, & velut fasces diuinitati submittimus, quando mysteria, iussaque fidei, simplici, & antiqua assensione cõplectimur, quamquam obscura, & cæca quodammodo; nullaque alia demonstratione probata, quàm authoritate tradentis, & imperantis Dei. Enimuero scrutator maiestatis opprimetur à gloria: & iubemur à Christo minimè curiosam eius effatis credulitatem afferre, etsi nos fugit ipsa iussionis percepta, atque explicata ratio, quam alibi fidei obedientiam. Paulus appellat; cuius virtutis indigentia, superbi fastidio, & contumacia inflati, atque insolentes homines, tum nostra, tum Patrum memoria in teterrimum maximorum errorum, rabiosissimarumque opinionum barathrum præcipitati suæ nimium perspicacis insaniæ pœnas dederunt; dum sibi persuadere nihil possunt, nisi quod & oculis percipiant, & sub manu habeant, & suorum

Ipse Catechista obedientiam cæcam agnoscit.

Et pour cause.

2.Corinth.10.

Fidei obediẽtia.
Rom.1.

Hæretici superbiæ & rebellionis filii.

381

ſuorum fallaciſſimorum ſenſuum anguſtiſſimis capedunculis complectantur. Quod quid aliud eſt, quàm exploratorem naturalem potius haberi velle, quam ſectatorem, factoremque fidelẽ diuinæ de rebus obſcuriſſimis nobis expoſitæ voluntatis? Hæc illa eſt virtus obedientiæ, quam Catechiſta violare, atq; eludere maluit, quam, vt quid rei eſſet addiſceret, laborare: vbiq; vecors, & imperitus, & nequam, & impius: hæc illa iuris ciuilis, Pontificijque ſolertia, quàm implumis Icarus ad Societatis vota tollenda de medio ad maculãdam, atque prodendam innocentiam, ad pontificum maximorum dilaceranda diplomata comparauit; inſaniſſimus omni retro habendus poſteritati, niſi in ſeipſum inſanior ipſe fuiſſet, quod ita ſentiret, quàm quod ita ſcriberet.

Chriſtianus credit, naturalis ſcrutator videre vult ac palpare.

CAPVT LXXIV.

De probitate, atque conſcientia Catechiſtæ.

HOMINIS MIRABILEM hactenus ſcientiam aſpeximus; conſequens eſt vt parem modò eius conſcientiam deprehendamus, quam in eo inueniri oportuiſſe nuper dixeram, vt verè Ieſuitas, & fructuosè, & cum efficacitate aliqua accuſaret. Neſcio quantum in rebus, & factis cæteris ea ille vi polleat conſcientiæ: neque hîc auſim exiſtimationem meam interponere: audeo tamen, & meo magno iure poſſum affirmare maximam partem profecto, in omnibus quæ ſcripſit de aliis rebus, certè in illa ſemifera Catecheſi ſemper ad calcem à capite, nihil ei penitus neque ingenij, quod proximè demonſtratum eſt, neque opinionis de aliquo numine, quod cuique ſola lectione compertum

haberi poteſt, neque vllius conſcientiæ, & probitatis eſſe reliquum; quam ſanè conſcientiam 382 fortè in nouum Americum orbem ad Magellanum amãdauit, ad nouas expiſcandas notas, quibus veteres ſuas alternis curis, & prælis auctiores, nõ modò in lucem, ſed etiam in caminum edenda proferret. Non eſt pagina, quæ mendaciorum, conuiciorum, maledictorum, calumniarum horrenda ſentina non defluat; ſordiumque omnium omnis generis, quæ fieri non poteſt, nullo modo poteſt, vt vel ab eius pectore, qui leuem probitatis vmbram obtineat, vel ab eius ore, qui moderationis ciuilis in mente tantillum habeat, proficiſcantur.

Eius infrita mendacia, atque conuicia.

Horribile eſt dictu, cogitatuque quã prophana maledicta Diagoras Francus effundat in miracula, quæ rerum omnium præpotens Deus per Ignatium de Loyola, & Franciſcum Xauerium edidit, geminos beatiſſimos huiuſce noſtræ Societatis principes, duo noſtri iactatiſſimi ſeculi clariſſima ſydera, & apparatiſſima inſtrumenta, quibus multæ myriades hominum aut ab errore, aut a ſcelere ad germanæ fidei, & pietatis lucem reuocatæ fuerunt: quarum maximarum, teſtatiſſimarumque rerum, tota habitabilis orbis plaga teſtis; & ſpectatrix, viua, & præſens interfuit; quæ omnia ipſæ nationes barbaræ demirantur; quæ Chriſtianæ Infeſtiſſimi hoſtes Eccleſiæ fateri coguntur inuiti; quæ Chriſtiana Reſpublica, cum gratiſſima recordatione, commemorat. Omnia in illos ſacrilegus diuinæ maieſtatis violator euomuit, quæ noſtrates hæretici Hugonoti

Miracula ridet magis prophanè quàm ipſi barbari, atque hæretici.

con

conſueuerunt contra ſanctorum, in Catholica
Eccleſia, omni prædicatione celebrata miranda
facinora petulantiſſimæ linguæ licentia obtre-
ctare. Iam verò etiam vſque adeo iſte profusè
horum inimicam intemperãtiam, maledictorum
inceſto periurio ſuperauit, vt de cætero dein-
ceps omnium improborum exemplar, ac ſpe-
cimen ſit futurus, quos nefaria maledicendi de
ſuperis libido occupauerit. Neque ego vn-
quam hæreticum tam importunum, tam vecor-
383 dem, tam calamo, atque animo effrænatum,
tam ore, ac pectore inſanum aduerſus vllum
Catholicum extitiſſe arbitror; quàm hunc Ca-
tholicum Apoſtolicum Romanum contra cla-
riſsimum par hocce ſanctorum, quos tota mili-
tantis Eccleſiæ commendatione, & celebritate
publica honorabiles, atque præclaros Deus vi
ſua diuina reddidit; ſignisque ſuæ infinitæ pote-
ſtatis haud dubiis in eam nos certam fiduciam,
& credulitatem induxit, vt credamus eos in illo
alio triumphãcte cœtu beatam, ac felicem vitam
tranſigere in cœlo. Quis dicet? Quis credet?
Quis audebit etiam ſuſpicari hunc hominem,
vel hominis capillum in natura, vel inge-
nij ſcintillam in mente, vel conſcientiæ tantil-
lum in animo, vel Religionis partem in pectore Vaniſſimi ac
vllam habere? Ecce, Rex potentiſsime, Chri- pueriles co-
ſtianiſsime, nobilis Catechiſtæ maximas dotes; natus Cate-
ecce accuſatoris Ieſuitarum decora, & firma- chiſtæ.
menta. Hac indole animi, ac integritate virtutis,
hac copia doctrinæ, hac Religionis fide, his crimi
noſorum nominum clariſsimis opibus deſcendit
in

in spatium, vt Iesuitarum ordinem prorsus euerteret; vt eorum institutum perderet;famam profligaret; pacem affligeret; vt Apostolicorum Principum diuina decreta conuelleret; vt sacrosancti Tridentini Concilij, hoc est vniuersæ Catholicæ Ecclesiæ testimonia debilitaret, ac frangeret; cui hæc Societas Christianæ Reipublicæ commoda, ac necessaria certis indiciis est deprehensa, & generali suffragatione iudicata. Quid isto homulo agas? qui adeo praue, ac nequiter,ad audaciam tanti sceleris,virium suarum momenta; ad propositam materiam, suæ cognitionis incredibilem mendicitatem; ad aduersarios, quos appetebat, suæ sordissimæ conditionis infamiam ponderauit? Quid hoc opere facias? hoc libello? hac Catechesi? Quæ is artifex, eum ad finem, ea structura, eo animo, ea scientia, ea fide, atque religione elaborauit?

CAPVT LXXV.

De forma & ratione tota Catechistæ, quã in Catechesi induit.

DEMVM, HENRICE, non pigeat formam,speciemque spectare in prodigioso hoc opere Catechistæ, quam quartam illam numero principem in agendo causam esse constat, vt summis suis lineamentis, atque coloribus expictum,in singulis compositionis partibus inspiciamus. Figura, character, dictio, forma, omnis elocutionis ratio à Theatris est, à Tragœdijs, à Comœdijs, à Menippæis, & Lucilianis Satyris accersita:parum est,è schola Tartarea vna de infimis, ac nigerrimis est deprompta. Stylus continua est cardiacæ, ac phreneticæ affectionis contumeliarum atrocium, sacrilegarum irrisionum, ac salium colluuio: 384

ac

ac videtur aſſequutus aliquando eſſe non mentem, ac linguam circumforanearum, è Pariſienſi ponticulo propolarum anuum, ſed truculentiſſimarum Eumenidum omnium, quas poëtæ vſquam in illo ſuo furore, atque ardore fanatico confinxerunt: tantum copiæ, & intemperantiæ, ad omne pungendi, fodiendi, mordendi genus ex eius contaminatiſſimo gutture inundauit. Cognomenta, quibus nos in ſingulos verſus aſſueuit inſpergere illa ſunt; homines omni ſimulationis artificio perſonati, perditi, logodædali, impudentes, mendaces, helluones, decoctores, omnium fraudum artifices, Machiauelistæ, Tyranni, cacodæmone ſati, viperarum ſoboles, fures, latrones, prædones, raptores, graſſatores, archipiratæ, gladiatores, ſicarij, parricidæ, malefici, impij, ſacrilegi, furiæ, peſtes: denique proh Deum immortalem! hæretici, Luthero, Caluino, ipſo Mahomete infinitis partibus deteriores. Nihil, Henrice Rex, tibi effingo, capere potes funeſtum, ac furiale, volumen in manum. Hæc ſine fraude, & multo plura reperies, quæ vix vno toto codice enumerarentur, quibuſque omnibus ille omnium hominum, qui viuunt, digniſſimus eſt; quemadmodum eius malefica ſcripta teſtantur: quæ ego ægrè fero in eum me inuitò adactum fuiſſe bona ex parte refundere: ſed fieri non poterat, vt eius facta, dictaque aliter, quàm ſuis nominibus appellarem; cùm enim diuina eum omnia calcare dicerem, ſacrilegum eum eſſe dicere neceſſario, vel me inuito oportebat; cum furias omnes ex orco ciere, furio

Catechiſtæ horrenda in Ieſuitas conuicia.

Catechiſtæ Tartareum odium & furialis impietas.

furiosum; cum numen, superosque contemnere, Atheum; & quæ alia erant huiusmodi, quæ si ego nouis notare nominibus potuissem, fecissem profectò, neque me ijsdem, quibus ipse suam famam fœtoribus polluisset, meum ipse calamum contaminassem. Sed eius sordes, sine sordibus, eius pestes sine afflatu aliquo attrectari non potuisse vehementer doleo. Veruntamen quis decoctor, ac perditus vsque adeo res suas vmquam profudit quàm iste spectante totius orbis amplissimo theatro suam famam, suam conscientiam, suam salutem obliguriuit? Sanctissimum Apostolicum tribunal, cui cælorum claues fuerunt à Christo mundi liberatore permissæ, hanc Societatem, si aliam vsquam, omnibus votis, & calculis approbauit. Eam nascentem primùm tum sese efferētem, postremò adolescentem ad radices ipsius Capitolij 385
semper aspexit: ipse generalis Christiani orbis Tridenti, pneumate sacro Rectore, collectus, afflatusque consessus amplissimus, eam RELIGIONEM, pium institutum esse pronunciauit: omnes Principes, Dynastæ, magistratus, populi, vulgus, nobilitas, longinqui, propinqui in tripartita immensitate terrarum Catholici, diuinæ Romanæ sedis iudicia, sacrosancti Concilij suffragationes, atque afflatum vniuersè sequuntur, & præiudicata à tanta maiestate vibrantissimæ veritatis præsentissima experiméta suppetere sibi gratulantur, & sentiunt: tamen iste pannosus omnium infimus; iste Catholicus omnium maiestatum, ordinum, populorumque iudicio suum

Claues Regni cœlorum Matth. 16.

Concilium Tridentinum sessione 25. cap. 1.

Clericorum Societatis Iesu iuxta piũ ipsorum INSTITVTVM.

Catechistæ intoleranda temeritas.

ſuum audet arbitrium anteponere ; & ſe aliquid putare feciſſe, ſi toti orbi contradixerit, & viuit tamen. Eius æſtimatione, atque ſententia, imo quod nulli vmquam furiæ in mentem venit ſcripta, excuſa, vulgata affirmatione, Societas Ieſu vna ſecta eſt magis deteſtabilis, & exitioſa, quàm Lutheri perfidia, quàm Caluini infidelitas, quàm Ottomanni Mahometis omnium tyrannorum truculentiſſimi, omni execratione deteſtanda Barbaria. Infelix, ac funeſte ſenex, piget me tui: Sanctiſſima Chriſtiana Apoſtolica maieſtas, auguſtiſſimum, diuiniſſimúmque Concilium, quibus vniuerſæ Eccleſiæ vtiles viſi ſumus, Reſpublicæ, Reges, ac Principes, qui ciuitatum, prouinciarum, Regnorum nos iure donarunt: ſacri Antiſtites, qui noſtro, toto paſsim orbe, labore fruuntur; populi loginqui, propinqui, exculti, & barbari, quibus tota vniuerſitate habitabili noſtra probatur induſtria; omnes grauiſsimi, ac ſapientiſsimi Senatus, qui nos contra iniuriam ſuis conſiliis, ſua authoritate, imo ſuo corpore pene texerunt; omnes omnium nationum celeberrimi ordines, hominéſque, qui nos magnis ſumptibus, longis itineribus, inexplebili ſtudio, inexplicabili beneuolétia, ſi nō habēt, flagitāt ſi habēt, amāt, ac venerantur; huius putidiſſimæ carnis ſentētia, ad vnū erūt vecordes, ſtupidi, inſani, execrabiles, qui Ottomānicâ furia teteriorem furiam intra latera, viſcera, medullas ſuas acceſſunt, fouent, retinent, ſuſtentant. vnus Catechiſta prouidus, vnus ſapiens, vnus indole, atque conſcientia delicatus, in toto gene-

re hominum mentem,& ſagacitatem habebit,vt ſolerter dignoſcere,aptè iudicare, prudéter conſtituere grauiſsimas quaſque res Chriſtianæ Religionis debeat; quamquam ne primora quidem vnquam eius elementa recte didicerit. Patria, te appello! tale tu nobis monſtrum parere, ô liliata pudicitia, potuiſti? Quid dicam amplius, de illa diuinę Catecheſis admiranda ſtructura? Equidem quod ſæpe oratores figuratè amplificando ſolent,ego ſemel nunc verè, & ex animo dicam: verba mihi ex tota latinitate non ſuppetunt,quibus nouam, & inauditam hominis cæcitatem prout res ferret,non dicam exaggerem, ſed vel ſimplici narratione commemorem.Poſteaquam indigniſsimè contra decreta Pontificum perbacchatus,omnibus omniũ hæreſum,ſimulationum, perfidiarum, proditionum, aliorumque, 386
quæ dixi, quæque non dixi, criminationibus coniectis,litem, vt ſibi videtur, non modò largè,ampleq; inſtructam,ſed compoſitè, ac ſplendidè ornatam, imò iam adultam, & iudicio maturam,iudicum aleæ denique mandat, definitiuæque ſententiæ. Sed, obſecro,Henrice, te, quo in Senatu? quibus iudicibus? qua grauitate? qua conſtantia, cauſam omnium, quæ agitari poſſunt, pene maximam,Religioni, ac ſtatui, aut exitio[illegible]m, aut præ omnibus perneceſſariam futura[illegible] agitare voluit? certè qua Rabeleſij aſsiduum auditorem,& commẽtatorẽ decuit: neſcio riſurumne potius,an indignaturũ eſſe te, Rex,dicã hac tam importuna ſtultitia, hoc tam efferato furore inſaniſsimi hominis:eſt quod vtrũmq;merito

Catechiſtæ Senatus, ac iudices.

rito

rito facere poſsis. Ille Senatus, illi iudices, illa iudicia, Henrice, ea ſunt Paſquinus, & Marforion Romanę Citerię: magiſter; Petrocuncrius, & ieiunator, Dij inſanorũ Termini angulati Pariſienſes, papæ! ſed feliciter tamen, atque ſuſpectè, nam ille Paſquinus Catechiſtæ cognomento, ingenioq́ue germanus, ſedebit non iam Cachinnabundus in latiali angulo, ſed iudicaturus pro tribunali catechiſtico: Marforion, neſcio qua ſorte, pauculis è medio vocabulo literis, ſcilicet tribus præcisè medijs interpolatis, amputatíſque vnum Franco-rabulam, declamatorem alterum nomine prodit; duo ijdem certè iudices futuri, qui accuſatores extiterunt. Suſpecta res, & felicioribus geminis anagrãmatibus, quàm illud de Loyola Catechiſtæ Paſquini: ſed ne horum anilibus ineptiis adhæreſcamus (ita enim ſunt inepti, vt non ineptire expurgandis illorum ineptiis non poſſimus) quæro iſte vetulus è Paſquinorum iam familia aduocatus geſtarétne ſtatuas, laruas, Sphinges, idola, cercopytecos in capite, cùm hanc quæſtionem inſtrueret? hos iudices ſubſortiretur? hoc puparum, & manducorum tribunal adiret? hæccine, Henrice, non curia? hoccine non iudicium? hoc aduocato? hoc diſceptatore? hac lite digniſsimum? hæccine non inuentio centumuirali magiſtratu, miniſtroq́ue Regio conſentanea? ſcurrilitas maturitati, grauitatíque ſenili conuenientiſſima? inſania homini? infidelitas Chriſtiano? improbitas Catholico? perfidia, hæreſisq́ue Romano accommodata! ô infortunate! ô infelix! dura, & deſperata ca-

Paſquinus. Marforion Petrocuncerius, Ieiunator. Cabala.

lamitate Paſquine ſenex, hoc ſcripto, editoque tam prodigioſo opere? non ſatius fuiſſet è materno vtero informen molam? aut ſi formari debuerat, præmaturum, & intempeſtiuum abortum? aut ſi naſci aliquando ad Galliç dedecus neceſſe erat, ſuæ picturę ſimilem ſine manibus, imo ſine capite prodijſſe? vt ne aliquid vnquam ſcriberet, neque hanc reliquam fabulæ partem, huncque veluti extremum actum adhuc reſeruaret? *Huic vita ſua post hæc principia, atque exitus vitioſa, & miſera, nec vitalis vita?* In prima tenera ætate, aliqua videtur eſſe intempeſtiuitas; ſi tamen vllum opportunum tempus inſaniç eſſe po- 387
teſt: at ſenem inſanire, ſuperi! quæ iſta dementia, quæ extraordinaria vexatio furioſa medullas, & viſcera depaſcentis ægritudinis? *Tres ſpecies odit anima mea*, ſapiens inquit, *& aggrauor valde anima illorum; pauperem ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem fatuum, & inſenſatum.* Hæc tertia macula, perfecta demum, cumulatáque calamitas eſt. Vlterius iri ab inſano non poteſt; pertinet ad metam. Ea verò ſummè cum cæteris in iſto homine inuenitur: pauperem ſe, & mendicum prodidit, cùm veteramentarium opus ex tot obſoletis, ſordidisq; pannis reconcinnauit: arrogantem, & impotenti faſtu elatum, qui ita loquatur, qui aggrediatur quod perficere non poſſit: inſanum, cùm omnium Baccharum bacchantium illa delira, ac depontana ætate dementiam, ac rabiem vno nec eo ingenti volumine ſuperauit: ſitne ille poſſeſſionum affluentia copioſus, ac diues, ipſe nouerit; noui ego mendaciis, & per

Eccleſ. cap. 25.4.

Senectus ſtulta Deo execrabilis.

Catechiſta pauperrimus.

Arrogans.

Stultus.

& periuriis eſſe opulentiſſimum : turpis canicies calamitoſam illius deſignat ſenectutem ; delira catecheſis præcipitem ſenſum, fractam rationem, euerſum iudicium, prima fronte declarat; ne aliorum operum, quæ effundit teſtimonia deſideremus. Infeliciſſimi hominis deploranda omnibus modis, atque miſeranda conditio: cui ego confido impendere fatum aliquod, & pœnas iam diu improbitati, nequitiæ, ſceleri debitas aut inſtare iam planè, aut appropinquare, aut certè iam inflictas eſſe arcano Dei vltoris, iuſtóque iudicio, qui aliquando ad eum puniendum aperuit oculos, vt ſacris tam diu, tam ſæpe, tam impiè violatis, feræ, ſed inſtæ tamen, & debitæ pœnæ ſoluerentur, vt illi ſacrilego criminibus eius aut præteritis aliquot, aut præſentibus tantis prouocatum numen mētem eriperet, quando ea plus pollere deberet, vt vi irritare, maledictiſque laceſſere innocentiſſimum ordi-
388 nem auderet: iámque ętate præcipiti ſtolidiſſima quadam pulſatione in ſocietatem impingeret, & capite ad rupem obtrito maximum, ac miſerrimum naufragium in portu faceret ſuæ famæ, quam ſolam vnicè adorabat: ſentiretque etiam viuus, ac ſoſpes in vita, atque lueret eas acerbiſsimas pœnas, quas diuina ſeueritas infligere Religioſorum hominum hoſtibus, & obtrectatoribus conſueuit; quos variis temporibus, prouidum numen alleuandæ, propugnandæque Catholicæ Eccleſiæ ſemper inuexit. Neque eſt opus anxio, & ſolicito animo eſſe Renatum à fonte, vt Catechiſtæ, quem illi minitatur tumulum

Mendaciis opulētiſſimus.

Dei in calumniatorem notāda iudicia.

Calumniatores Religioſorum ordinum communiſſi-

mè hac etiam in vita extraordinariis supplicijs afficiuntur.

inscribat: illa Catechesis erit Catechistæ pro tumulo, tumulo ferali, funestæ memoriæ, non diuturnæ equidem scriptionis, sed ad sempiternam infamiam reseruatæ. Extat Epitaphium, moriatur licet Catechista, cùm volet: famæ viuebat, egregiam verò suo busto famam, ac laudem senex in hac ætatis postrema periodo parauit. Non totus morietur, immortale cum Pasquino, & Marphorione in eodem gentilitio tumulo æuum exiget. Eum tamen ego prorsus viuere deposco: viuat, me authore, & viuat, non ad continuandam maledicendi, maléque agendi licentiam, sed ad meliorem se aliquando frugem ex illo vitali naufragio recipiendum: téque ego, maxime Deus, veneror, obtestor, & quæso, vt illi perdito tandem suam mentem, sensúmque restituas; ne si existimationis, ac famæ hactenus inexpiabile damnum accepit, salutem etiam, atque animum perditum eat. Hăc illi vnam, & summam vltionem pro Christiana, & Religiosa voluntate deposco: atque illum, quæ meæ, imo quæ cuiúsque Christiani, & viri amici hominis sunt partes, quanto maximo Religiosus; ac Iesuita scriptor potest desiderio, etiam moneo, ac denuncio; superos testor, & homines numquam diuino illo Beatę æternitatis conspectu fruiturum esse, sempiternísque incendiis spirantem, ac viuum conflagraturum, nisi facti, scriptíque eum pœniteat, eósque volũtarios cruciatus sibi ipse scelere expiato consciscat, quos expositum luci volumen exposcit, impurum, & nefastum opus, & consceleratum nefariè contra

Tumulus Catechistæ.

Viuat, vt eum pœniteat aliquãdo, & resipiscat.

ius,

ius, fasque elucubratum, diuinitate contempta; contra societatem, humanitatémque communem, ipsa natura impiè violata; contra Christianum officium, Christi vicario principe, & vni-
389 uersa Catholica Ecclesia conculcata; contra veritatem, æquitate prodita, diuendita, licitata; contra conscientiam, intolerabili bonorum omnium quæsita offensione; contra famam, ampla materia proposita, tum sui deridendi Catholicis, tum Christianæ Religionis ludendæ, & contemnendæ hostibus, vel qui transfugæ ab eius signis ad castra hostilia euolarunt; vel qui infidelitate deuincti, nihil vmquam antiquius, quàm vt Christi salutarem doctrinam eluderent, habuerunt. Si resipiscet imposterum, quod posthac breui nusquam licebit; si ad se ipse, vnde exulat, tandem aliquando reuerterit; si mentem receperit si sensum, atque conscientiam reuocarit; comperiet profectò hæc mea monita, atque consilia ex optima fide, atque beneuola mente profecta, vera, & fidelia, & opportuna esse; pectus, animumque pulsabit; sese colliget aliquanto; studia saniora capesset; exiguo circunscripto senectutis reliquæ spatio, infinita præteritæ vitæ supplicia, vtili breuiq; compendio compensabit. Desperata, atque conclamata anima, id ego te rursum hortor, ac suadeo; vt me, vt te, vt hoc tandem tandem exaudias. Atque audi. si in ea insanabili cæcitate perstiteris obfirmatus, tua te mala denique condocefacient; tuum tibi exitium serò, sed aperiet tamen tandem oculos; tarda te capiet pœnitentia, vt inutiliter, atque inuitus intelligas

amicè tibi ante vaticinatum esse me, quæ tuo magno malo, desperato, & frustra implorato tunc omni remedio experieris. Ecce tibi, Rex, quem vatem, quem Augurem, quem futuræ totius Iesuitarum factionis Laocoontem fuisse dicebat vociferator ingenuus, qui primus Durateo equo hastam intorsit. Ille ille est Catecheseos veteramentarius interpolator, qua matrice mendaciorum voragine, quo immenso declamationis ingenuæ commentario, primo, & veterrimo, hoc toto Regno, Iesuitarum criminatore intempestiuus iste antiquioris pestis abortus, veluti ex suo capite, redundauit.

CAPVT LXXVI. De vtilitate eiectæ, atq; proscriptæ Societatis ab aduersario ad extremum inculcata.

IAM AD ILLVD extremum, atque ad illam alteram partem venio, qua omni vocis, & laterum contentione pesuadere nititur aduersarius, fructuosum, atque vtile esse, vt Parisiensis in nostram perniciem lata rogatio vim suam teneat, nósque tota Gallia, quidquid omnino de cætero sit, exturbemur: probat tam scitè, tam præclarè vtile esse, quàm iustum esse probauerat: eadem argumenta, eædem voces, eadem mendacia, & sacrilegia, ijsdem ex factis, ijsdem ex fontibus arcessuntur. Ex vnionis fœderata factione, ex meditationum cubiculo, ex doctrina, & potestate Pontificum, ex summo erga Hispanum 390
Mediolanum. studio, apud quem Iesuitæ tantum authoritate, & gratia valeant, vt si quem externum Mediolanum, inquit, appulsum visendę arcis cupido incessat, eum amorem, & eum, vt eo verbo vtar, fauorem inibi consecuti sunt, vt crates ei, pontémque summittere, & maiores portas pandere,
expe

expectabam vt adderet,& tormenta maiora bellica complodere, &muros, & turres,& propugnacula obuiam mittere Iesuitæ facile possint. Insuper adiungit id esse molitos, vt Lusitaniæ Regnum Hispani in manum veniret; affirmat numquam non periculosos, & perniciosos futuros. Namq; cũ generali Præposito se voto deuinxerint,sicut Christo IN OMNIBVS,ET PER OMNIA, *atque excæcata quadam*, vti Catechista loquitur, *obedientia* obsequendi, si Reges interfici iusserit, si Regna, statusque peruertere (addere debebat, nescit mentiri) si lunam, vt aiunt,generosè dentibus lacerari; solem plicari; maria exsiccari; globosam terræ molem è nutu suo deturbari, enimuero eos esse obtemperaturos ex tempore:quare vt in tuto omnia collocentùr, opportunum, & commodum videri, vt Senatusconsulti lege agatur in illos; vt Iesuitæ igni, & aqua interdicantur; quidquid Pontifex postulet, quidquid Iesuitæ spondeant; quidquid populus fremat;quidquid Ecclesia patíatur;quidquid conditionum, prouisionum, cautionum ab eis offeratur:non magis eorum verbis esse fidendum,quàm piratis, ac prædonibus mercatores soleant, affirmantibus se numquam amplius esse latrocinaturos. Nam errare homines,si illos audiant; non seruaturos se vmquam,quin se rebus publicis, statuique politico immisceant;Statistas nouato vocabulo ab illis vocari eos, qui statui,qui Regno,quiRegni optimę gubernationi studeãt,quo inuidiam eorum nomini, odiumque concilient. Qui si iam non exploduntur,

Lusitaniæ Regnum.

Pontifex maximus.

non ablegantur, non extinguntur; quid verò fiet illa columna? Næ! illam Pyramidem collocatam ante palatium anne deturbari, proh nefas! oportebit? Nosne iucundè cum coniugibus? amicè cum ciuibus? tranquillè cum exteris esse victuros? In summa Galliam spirare, extare non posse, quamdiu Iesuitas vel in lõginqua vicinia exules videbit: ijs saluis, insanire homines, si Regnum incolume fore confidant. Contrà, si semel exterminatos esse senserit, denique omnia quietis, tranquillitatisque plenissima futura; omnia beata, omnia summo rerum omnium flore prospera, æquabili, perpetua, atq; affluente fortuna, omnibus Saturniorum Regnorum copiis, & commoditatibus redundatura. Ad summum, tanquã in scena, anum fatidicã Suadam Rhetoricã prodire iubet ex teruncio, aulæa tolluntur, scabella concrepant, illa facunda præfica Pytho, paulũ vẽtre succusso, laniata gena, vno ad Dianam in cœlũ, altero ad Hecatem in Tartarum vibrato supercilio, mœsta, & sordidata, funebri stola, pallido ore, lacera, & auulsa coma, manibus passis, flens, & eiulans; *aspice Philoctetam magnitudine dolorum eiulantem*! trahit misera sese per pulpita; omnia vult alia, quàm viuere. Ille suspirantibus curis, singultu grassante per ima præcordia plorantem, & complorantem, fessum, languentémque calamum inducit miserabiliter: hic quis adeo ferreus lacrymas contineret? *nam*, inquit, *has lacrymas fortasse multæ Francorum myriades comitabuntur. Hem! qui* ORATIONEM INGENVAM *meam legent aliquãdo. Hoc si nostro seculo non erit, erit altero*

Pyramis pag. 111.

391

Conquestio ridicula plãctusque mimicus aduersarij.

altero. Ita. Serentur de ista arbore in alterum seculum propagãdi surculi? ex quibus pendeas; sub hæc, commiseratione lectori fodicat viscera; suffodit pectus. hem! quem adeo flentem, adeo patriæ vulnera, atque funesta exitia complorantem aspicit. Ego, Henrice, illa per Epilogum denuo inculcata, iterataque summa capita non statui iusta, aut noua aliqua opera confutare, ne Regia ista maxima audientia abuti, tuæque Maiestatis patientissimis auribus molestus, & grauis esse videar: neque necesse est: ijs enim, quæ à me disceptata sunt hactenus, omnia, quę iste in extremam suam orationem, quasi ad caudam collecto veneno coniecit, sine exceptione clarissimè refelluntur: quòd si me super hæc aliud pro sua incredibili humanitate, atque clementia dicere iubet, nulla earum rerum, quas ego dixi, fastidiosè ite-
392 rata; obtemperabo, ea lege, vt epilogi instar, quæ pauca dicam, non ea fusa oratione disputentur; sed strictim potius conglobentur ad illustriorem lacessitæ innocentiæ explicationem, tum ad maiorem exultantis sycophantarum audaciæ ignominiam, cum ita constringentur, vt aliquando ista ilia, quæ sunt inflata, rumpantur.

CAPVT LXXVII. Refutatio breuis ad probatiōnē ab vtili. De fœderata vnione.

AC NE LONGVM faciam, vtque ad vnam summam omnia referam; hoc ego pace dicam tua, aduersarium nisi pudorem omnem decoxisset, pudere vehementer debuisse, tam sæpe, támque inconsideratè fœderatæ vnionis toties decantata facinora recensere; eaque nobis imponere adeo saucio, atque acri animo, adeo molesta, atque incredibili importunitate:

cùm illa intolerantiſſimè iterata, regijs edictis cõtraria, & inimica commemoratio alium vſum habere nullum queat, præter eum, vt tua decreta violet, vt voluntates quamplurimorũ à tuo amore, atque ab obſequio diuellat; vt ſummorum hominum omnium ordinum corda vulneret; vt tuæ Maieſtatis aures inſolenter offendat, quæ nimis eius generis multa audiuit; denique, vt ardentiſſimarum diſſenſionum, atque defectionũ ſtirpem, ac ſemen, odioſiſsimarum rerum recordatione redintegrata, ingenti concordiæ publicæ intertrimento, in Gallorum animis ſpargat, quos florere, quos beatos eſſe, quos pace tuis triũphis ſtabilita diuturna frui, quod Hugonotorum omnium ingenium eſt, fert indigniſsimè, eáque feliciſsima Regni hæretico ingenio ſemper moleſta proſperitate diſrumpitur. Quòd enim furioſi homines inter arma, ſeditionéſque proſeminati nõ cruentos mucrones, vt volebant, vt ſolebant, efferunt; quòd viuis nobis arma deponere coacti ſunt; quòd illis de manibus ferrum extortum eſt; quòd incolume Regnum, quòd ſtantem Eccleſiam, quòd auctis viribus pietatẽ Catholicã adoleſcentem, ſeſéque corroborantem in dies, quòd Pontificem maximum glorioſum, quòd Regno addictum, quòd Regi magis, quàm Oreſtæa germanitate deuinctum aſpicere coguntur; quanto tandem illos mœrore afflictos, & profligatos putamus? iacẽt enim illi nunc pene proſtrati; à præcipuis Caluinicæ ſectæ capitibus quotidie magis clara, celebríque defectione deſeruntur: ſe percullos, atque abiectos eſſe ſentiunt: impendentem,

tem, imo præſentem Hugonoto nomini ruinam vident, & retorquent oculos profecto ſæpe ad reliqua hæc templa, & religioſa cœnobia; ad hęc intacta, & intentata ſuo furori oppida; ad infinitas Catholici orbis pulcherrimas prouincias, quę ne oculis quidem, nedum vnguibus attingere vnquam potuerunt, quæ omnia ex ſuis faucibus erepta eſſe lugent, diſcordiarúmque, quæ ipſi cumque poſſunt, incendia, per ſuos Paſchinos, & Marphoriones concitant; quibus in ſpeciem ad Catholicæ Eccleſiæ angulos defixis Hugonoti quas volunt furiarum, & bellorum, & odiorum, & maledictorum ſchedas, & codicillos adglutinant, quas ipſi non ſuo, quod ſaxeum eſt, ſed Hugonotorum, ſuppreſſo à tergo ore, promulgent.

De meditationum cubiculo, quod pari ardore frequenter inculcat, nihil habeo quod aſcribam ad illa quæ ante diſſerui, niſi peſsimè conſultum Rabulam fuiſſe, qui criminoſam quæſtionem, in re quæ tanti eſſet ſtabiliuerit: porro illi, & compotori Catechiſtæ perneceſſe fore seriò, ac dedito ſtudio, in id ſtudium ſpiritalium exercitationum per vnum, aut alterum mēſem incumbere, probo quopiam, & curioſæ Religionis moderatore viro, nec ſine funali flagello, vt addiſcerent aliquando, quod numquam venit illis in mētem, vti eorum non ſcripta modo, ſed multo magis facta teſtantur; id inquam addiſcerent, iam caduca, ac vieta ſenectute, quod adhuc ignorant, precari; atque venerari ſuperos; à conſcientia quotidianas rationes exigere; de magno illo formidoloſo compitalitio, & comitiali horrendi iudicij die

De meditationum cubiculo.

393

die cogitare, qui falſas criminationes, atque calumnias, & ſcelera omnia reſerabit, vindicabitque: expiare ante eum diem, & voluntaria caſtigatione corrigere admiſſa peccata, conſideratè loqui, non flagitiosè ſcribere; bene agere; & quæ aliæ ſunt Chriſtiani partes officij diligenter obire: quibus artibus oſtiolum effugerēt tenebricoſæ cuſtodiæ, quæ inconſideratos manet, & improbos; vbi non picturę, ſpeciesque, quemadmodum in meditationum cubiculo, ſed ſpectra ipſa ſpurciſsima, formidoloſiſsima, atque præſentiſsima cacodæmonum conſpiciuntur: quos apparitores, atque carnifices tribunalis æterni ad repetenda ſupplicia, à ſontibus, præſertim verò à veteratoribus, atque periuris diuina ſuprema iuſtitia deſtinauit.

De poteſtate ſummi Pontificis.

De authoritate Pontificis præcisè de nouo reſpondeo, atque contendo, omnia vera, & certa, & Chriſtiana eſſe, quæ dixi; Societatis diſciplinā, ac mentem, haud aliam eſſe, quàm Catholicæ totius Eccleſiæ, quàm Sorbonenſis vniuerſi conſeſſus, quàm doctiſſimorū, & clariſſimorum hominum, vel qui florent adhuc in Gallia, vel qui retro actis longe ſæculis floruerunt; eam præterea nihil omnino ſingulari, atque immuniſsimæ dignitati Regum Francorum officere; cito iterum; laceſſo; prouoco aduerſarium: nego habere vocem reliquam vllam, quam hiſcere audeat in contrarium; rurſus ex iure manu conſertum voco; premo, vrgeo, vellico cutem, fodio latera, vt reſpondeat: nō faciet, ſi totus cum Catechiſta medullitus diſſecetur. Dico, præter hæc, hanc ſi ille fulgentiſſi

tiſsimam veritatem non vidit, cùm ſuam maledictionem ingenuam conciperet illo triennali concocti furoris impetu, atque otio; illa tot ly-
394 canthroporum ope, quàm liberaliſsimè è reformatæ caritatis capſulis, cauſalibusque marſupiis ſubminiſtrata; inſcientiſsimum, inquam, eorum omnium fuiſſe, quorum ad eum ſpectabat exquiſita cognitio: incautiſsimum, & imprudentiſsimum, qui ad ea ſcribenda, demonſtrandaque alijs ſit aggreſſus, qui necdum ſuæ ipſe artis elementa tritiſsima didiciſſet. Quæ ſi nouerat, aut ſi loquentem è pulpito ſacro concionatorem audiuerat, contendo, & aſſeuero eius orationem perpetuum, ac ſolenne conuicium eſſe extraordinario ſupplicio puniendum, vtpote inuſitata nequitia, & improbitate confertum: tum interea clam, & ex inſidijs hoc ſpectare illum, hoc velle, hanc vigiliarum, cõtentionúmque ſuarum mercedem efflagitare, vt doctores omnes Catholicos cum diſciplina omni Catholica prorſus exterminet: nam ſi, eius ſententia, Ieſuitæ pellendi, exterminandique ſunt; ij ſanè neceſſariò etiam eijcietur, qui in eadem cauſa cum Ieſuitis erunt: atqui profectò, nemine excepto, hac parte cum Ieſuitis Doctores Catholici omnes ſentiunt; conſequitur igitur vt Rabulæ fraudulenti iudicio, & voluntate omnes è Gallico Regno, ſuiſque penatibus exturbentur: hoc verò coniuratæ pridem Hugonotorũ, ac deſperatæ factionis caput ſummum, ac ſtudium extitit. Ergo hoc ingenuum Hugonotorum venale cadauer, in Ieſuitarum cauſa, Caluiniſtarum cauſam; in eorum exilio, horum felicita

Inaudita Catechiſtæ peruerſitas, atq; aſtutia vt Catholicam doctrinam penitus exterminet.

citatem, ſecuritatemque reponit. Itâne vero? Quid tandem, ſi ingenui vota valerent, confideremus furiarum fore, non iam in Regno, ſed toto Chriſtiano orbe? ſi quæ iſte illis ſuæ infidelitatis tenebris, cæcíſque odiorum, & impietatis nubibus, ac procellis, cùm ſummum Pontificem à gubernaculis Galliæ deieſſiſſet, Doctores Catholicos è ſpecula, atque ex pulpitis exturbaſſet, ipſi archipiratæ Miniſtri, cùm grege transfugaıúm impuriſsimo, pleniſsimis velis nauigarent; 395
ſi quæ, inquam, ıſte promulgauit, conſtituit, flagitauit de Ieſuitarum, & Catholicorum ſpeculatorum exitio perficere potuiſſet; qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinarijs faſcibus, atque imperio Caluiniano fuiſſet? cùm ſoli deſerta ſpatiarentur in Gallia cum Catechiſta, & triumphatore patrono ingenuo? cùm florentes, omnique reformato adipe ſaginati, illa præclara imminutæ Pontificiæ maieſtatis vmbella protecti leges ſuo arbitrio inciderent? alias omnes, extra ordinē, ſine ſorte, nominatim, reformata authoritate reſcinderent? volitarent in foro, in templis, in agris glorioſi? denique, quod iam dudum animo ſuis vigilijs ſpoponderunt, belliſſimè, & tranquilliſſimè Regibus exactis, populari licētia ſtabilita, noua rerum omnium adſcita facie, imperarent? Quæ conſecutio clara è Rabulæ ingenui præſumptionibus apertè collecta, ſummaque neceſſitate clariſsima argumētatione repetita concluditur. Hanc viderat, hanc non obſcurè præſenſerat aduerſarius; idcirco, vt Sepię, ne à piſcatoribus capiantur, liquidum amnem turbant, attramen

mentum effundũt,tenebris ſe, & turbido cœnotuentur:ita hic verſicolor, prætérquàm quod caput abſcondit, hìc etiam, vt hunc immanem, ac neceſſarium meum ictum effugeret, in extrema peroratione, inane velum vna, aut altera magica clauſula intextum obtendit, & cataplaſma ſomniculoſum inſperſit, familiare,atque pancreſtum ſuum medicamentum. Eximia laude ornat antiſtites,ac Doctores, qui ſupererunt,expulſis nobis. Religioſos cæteros ordines egregiè pios appellat,inſigniter probos, & eruditos, & omni fideliſsimæ obedientiæ ſtudio,amore,obſequio,in tuã Maieſtatem florẽtiſſimos, ſexcentis partibus ad Religionem Catholicam noſtram, inquit annoſa vulpecula, amplificandam aptiores, inſtructiorésque ijs, qui hac infeſtiſſima, & periculoſiſsima hæreſi imbuti, infectique ſunt, quæ hoc columen,hoc fundamentum conſtitutum habet, ac propoſitum,vt Regna permutet; quæ vni tollat,alteri mancipet:Ieſuitæ videlicet, quibus tam impudenter, quàm nefariè imponit, eam doctrinam profiteri, quam ſibi de poteſtate Pontificis homo ſtupidiſsimus ipſe confinxit. Bene habet quod viros eximios, & claros collaudat, ac verè hoc ait diuino beneficio tuæ Maieſtati pleroſque Eccleſiaſtica dignitate illis omnibus ornamentis illuſtres ac principes eſſe conceſſos: ſed eius veteratrix,atque perſonata oratio præ ſe fert palam totam hanc prædicationem,& laudem ad deceptionem, & fraudem eſſe compoſitam: vocem Sirenum eſſe, aut Circæum poculum ad occupandos,conſopiendos,ac perdendos eos, qui illis ſe

Cana vulpecula laudat, vt perdat. pag. 112.

395

se siuerint maleficis præstigijs incantari.

CAPVT LXXVIII.

De Societatis in Hispaniā coniurato studio.

QVOD OBIECTVM est de nostro in Hispanum coniurato studio, toties, ac tanta importunitate, vsque ad stomachum, decantato, addo argumentum, quod arripit iste hoc loco de versatili Mediolanensi ponticulo, quo nos Hi- 396
spanos esse, & summa apud eos gratia conatur ostendere, addo argumentum, inquam esse, de ponticulo vanè complosum in aëra; atque si mendacia, quæ iste in sua declamatione profudit corporea, & aspectabilia esse possent, horum minimum in totam Mediolanẽsem arcem perrumpere non posse, tametsi cum illa omni, qua valemus, fide, & authoritate, & pontem abijcere, & pandere portas, imo etiam, vt equo Troiano, diuidere muros, & mœnia frangere castri iuberemus: vsque eo spissa ea sunt, atque immẽsa mendacia; illúdque imprimis, quo impune mentitur nostra opera Lusitaniæ Regnum in potestatem transiisse Regis Hispani. Summa rerum mendicitate, Rex, isti laborant, sensus, & ingenij inusitata inopia opprimuntur, qui tam sæpe, & tam multum obsoletum illud æs, & affectum ad mensam, & calculum afferant, atque Hugonotorum Ministrorum rationes sequantur, qui in Papistarum abusus vesanè bacchari, & furiosè vociferari consueuerunt, simul atque eos vel memoriæ thesaurus exinanitus, vel ieiunæ inuẽtionis horrea exhausta, vel fictionum rota fatigata deficere, vel ipsi vertigine, & inanitate fanatici capitis, necinopinatò digredi à proposito cæperunt.

Ingentia aduersariorum mendacia.

DE

CAPVT LXXIX.

Aliæ ex obedientia adductæ calumniæ.

DE OBEDIENTIA habeo verbum, quod aduerſarij inſcitiæ, & improbitati, quemadmodum antea feci Catechiſtæ, reſpondeam. ille ex voto obedientiæ homicidia, latrocinia, rapinas acciuit, veluti alter ex ſumma, ac ſolenni paupertate diuitias: adeo nequam, &
597 deprauato, & nefario genio agitantur. Affirmat, ſi Præpoſitus generalis occidi Regem imperet, fore vt iuſſis illius obtemperemus, quòd interpoſito ſacro iureiurando ſpopondimus illi, tanquam CHRISTO præſenti, iubentiq́ue PER OMNIA, ET IN OMNIBVS obſequuturos; ac citat in margine paginam tercenteſimam ſeptimam ſummæ noſtrarum conſtitutionum, quæ nuſquam typis vllis impreſſa triginta cum paginis lucem aſpexit: neque aduertit Arnaldum, vir bonus, hac de re fuiſſe multo ante correctum, ac monitum, qui pari fide, pariq́ue ſcientia illa citauerat. Hac ſi ex obedientiæ regula efficit nos, ſine exceptione, omnia eſſe facturos, concludat etiam igitur ſi ire iubeamur ad Conſtantinopolim obſidendam, ſi lunam ad cornua vngue peruellere, ſi cœlū conflare, ſi maria ſternere, ſi alpes coæquato æquore complanare, enimuero nihil recuſaturos, omnia examuſſim eſſe exequuturos. Quas ſi ille conſequutiones friuolas, & inanes eſſe intelligit, quòd eæ res finibus obedientiæ non circumſcribantur, quòd noſtras apertè vires exuperant; fateatur quoque id quod ille conſequens eſſe voluit anile eſſe, qui colligat nos cædes, nos parricidia eſſe, ſi Præpoſitus iuſſerit, perpetraturos. Nam eæ illæ ſanguinolentæ res cum

Aduerſarii toties decantatū per omnia.

lege diuina caueantur, in rationem obedientiæ cadere nō poſſunt. Atque Paulus Apoſtolus ſcriptis tradidit quæ huic concluſori reſpōderemus, cùm affirmauit animalem hominem puta animum, ſenſu, & cœno, abdomine, & humo, talparum in morem, obrutum, res diuinas percipere nō poſſe. Aſinus ad lyram. Iſte eſt de antiqua parœmia cum Catechiſta, barda, ac ſtupida bellua; bellua ſcelerata, & atrox; ac more belluæ, inſtar feri, atque languidi animalis accuſat, quæ non capit, non ad lyram Aſinus, ſed ad clitellas, atque piſtrinum idoneus. Quare & ipſe, & qui proinde, vt ipſe ſcribere, qui non ſecus quàm ipſe loqui, ac rudere potius contra obedientiam deliberarunt, ſi ſibi, ac famæ cautum eſſe vellent in poſterum, nec ſcriberent porro, nec circumferrent tot, támque ineptis iterationibus ſuum illud inaniſſimum DISDIAPASON, IN OMNIBVS, ATQVE PER OMNIA (quod ex ſua fictione, non de conſtitutionum commentario repetiuerūt, quem plus ducētis citant paginis poſt finē) quàm enim eos id non decet, Deus bone! haud paulò beatiores cantores, quàm ſaltatores; qui non modò tota paginarum iugera ſaltant, ſed balba de nare rancidulum hocce diapaſon efflant.

Calumniatorum Diſdiapaſon.

Quid ni verò inſanorum id more faciunt, qui impreſſas ſemel perturbato ſenſui vagas, & quaſi illa Democriticæ amentiæ fluitantiū atomorum concurſione fortuita agitatas imagines numquā abijciunt? Idcirco in omnibus ſuis libellis, atque accuſationibus hocce PER OMNIA, ET IN OMNIBVS tenero palato ſupplantant. Nos nullam

Cuiuſmodi ſit obediētia Religioſa.

Præpo

Præpoſito Generali iurauimus obedientiam, ſed Deo eam concepto voto promiſimus, quam cæ-
399 teri Religioſorum ordinum ſacri viri, ad Præpoſiti manum ſolent, quem loco Dei & numerant, & venerantur, cui per omnia, quæ ipſorum muneris erunt, ſummiſsè, ſed ſapiẽter obtemperent; modò nihil quidquam, iubeat Religioni, atque voluntati numinis aduerſum, vel caritati, ac probo homini alienum. Quæ nominatim exceptio eſt conceptis verbis, non modo cum dicitur obediendum eſſe homini, ſicut Chriſto, qui ſcelera imperare non poteſt, ſed in cõſtitutionũ etiã ipſo contextu clarè perſcripta; ſi iſte oculorum aciem effoſſam non haberet: atque etſi etiam non nominatim adſcriberetur illa conditio, ab homine, vel tenuiter ſano intelligi tamen oportuit. Quod autem adiungitur obediẽdum eſſe veluti CHRISTO, vnde tam acerbam offenſionem hæ albiculæ animulæ acceperunt, in diuina ſcriptura ad verbum expreſſum habetur, quæ hortatur, ac præcipit quos Deus Rectores appoſuerit, ijs verò perinde, ac Deo obtemperandũ; illa enim ſunt verba Apoſtoli nemini obſcura, *Quodcumque facitis ex animo operamini*, SICVT DOMINO, *& non hominibus.* Atque etiam monebat Chriſtus Apoſtolos. *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* In præpoſitis igitur propter CHRISTVM CHRISTVS agnoſcitur: quemadmodũ etiã, Regis cauſa, paretur tanquam Regi Règio magiſtratui. Ergo ſi Rector iuſſerit vti alieno iugulo vis inferatur, inquiunt, ſani, ac frugi iſti Dialectici ſemper in cædibus, ſemper in ſanguine volutati, pa-

Exceptio in obedientia.

Coloſſ. 3.

Luc. 10.

rendum erit prout CHRISTO. Ego verò nego id 400
ſequi. Cùm enim id ſceleris haudquaquã CHRISTI nomine præcipiatur, illi præfecto iuxta, vt CHRISTO audiẽtes eſſe neutiquã oportet; quòd ſuum ille munus, ſuæq; poteſtatis fines tranſcendit: neque hoc dubitationẽ vllam habet, aut difficultatem; præſertim apud eos, qui vel auribus ſunt non deprauatis, vel non peruerſo, diſtortoq; animo. inquit Apoſtolus. Filij obedite parentibus PER OMNIA. Serui obedite PER OMNIA Dominis carnalibus ſicut DOMINO, & non hominibus. Quid? ſi hominem mactari? Regẽ interfici? patrem trucidari iuſſerint? planè, niſi iſte homo concludendo inſanit, à Paulo Apoſtolo iubentur interfici; obediendum erit; repudietur omnis exceptio. Mandat igitur parentibus, atque dominis, ſicut Chriſto per omnia audientes eſſe ſeruos, ac liberos: mandatque primoribus Chriſtianis, qui fortè parentes, herósque barbaros etiam tum habebant; neque verò vt illam ex ea conſecutione concluſionem conficere audeant, omnia explere ſe, quæ fuerint iuſſa, nullo delectu, nullóque diſcrimine debere. Quas ob res, adúerſarij argumentatio, quæ certum, indubitatúmque vult eſſe nos ea vi voti obedientiæ, omnia quantumcunque funeſta, atque aſpera eſſe auſuros, ſi à Recto- 401
re fuerit latum, Aſinina meræ pecudis argumentatio eſt, quæ Chriſtianæ, Religioſæq; obedientiæ ſpeciem, ac tenorem capere non poſſit; quæque aduerſus Societatem delirat, eadem iniurioſè contra aliorũ ordinum omnium vota bacchatur, cùm, quoad hanc partem, ratio ſit omnium

Coloſſ. 3.

eadem

eadem, eadémque conditio: quem si sua libido non à cōmuni etiam sensu alienasset, excæcauissetque radicitus; huius obedientiæ vulgarē vsum, eámque, quam dixi notionē, non dico in hominibus, domibúsq; sacratis, sed in omnibus omnium ordinum, ciuilibus etiam statibus, ac generibus comperisset. Regi obedire per omnia debet populus, Imperatori miles, Doctori discipulus, quisque suo cuique Præposito. In hac tamen omni obtemperationis varietate, hoc demum semper intelligi oportet, vti illa exceptionis clausula teneatur. *Rex velit honesta, nemo non eadē volet.* Si quæ suarum erant partiū, si non aliena legi diuinæ imperabit: sin minus nemini vlla ratione parendum est; morsque oppetenda potius, quàm ab officio Christiano, vel transuersum quidē vnguē, abeundum; quod sacri vates plerique omnes, quod innumeri Christiani generosi Athletæ martyres Christi, quod in ipsa prisca infidelitate permulti, qui naturā ducem sequebātur, faciēdum sibi decreuerunt: eamq; ceperunt optionē, vt sanguinē vna, vitámq; profunderēt, funestóque, & cruciatuum omnium crudelitate armato letho occumberent potius, quàm vt principibus, qui iniqua poscebāt, cultúsque inuisos è stipite, & saxo adūbratorum Cacodæmonū, résque diuino scito cōtrarias imperarent. Quam in sentētiam omnino

Obedientiæ Vsus in omni statuū & gubernationum genere pernecessarius.

Qua in re obediendum non est.

402 prȩclarè, vt cætera solet, ingeniosissimus Augustinus. *Si aliquid, inquit, ipse Proconsul iubeat, & aliud iubeat Imperator, numquid dubitatur illo contempto, illi esse seruiendū? Ergo si aliud Imperator, aliud Deus, quid iudicatis? Solum tributum, esto mihi in obsequium.*

S. Augustinus Serm. 6. de verbis Domini. & Grat. 2. qu. 3. qui resistit.

Recte; sed non in Idolio. In Idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerẽ, ille gehennã minatur. Hic iã tibi assumenda est fides tanquã scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Denique ita sententiã argumẽti concludo, in hac obedientia nihil penitus, nisi certissimã rationem summi cãdoris, exquisitę caritatis; eximiæ iustitię reperiri: nihil ècõtrario, pręter insidias, pręstigias, dolos, nequitias, atque conuicia in huius Franci cursoris, eiusdemque sceletis hominum maledictis subesse: quos omni nefaria turpitudine detestabiles, quos diuinæ legis ignorantissimos, quos ad res sacras omnes perturbandas, miscendas, violandas tantùm idoneos, magne tu Deus, ni resipiscant, tandem aliquando, tota subterraneorum ignium æternitate mulctabis.

CAPVT LXXX.

Ad ea quæ obijcit contra summi Pontificis postulationẽ de Societate restituenda.

Summus Pontifex Societatis restitutionem efflagitat.

QVOD TVAM MAIESTATEM citatis, quomodo aiunt, quadrigis, denique adhortatur, vt sedulò prouideat ne summum Pontificem de Societate restituenda, quod satis pridem tantopere flagitat, postulantem exaudiat: nihil ego hoc miror, mirarer magis, si homo superûm, ac Pontificum hostis aliter aut sentiret, aut faceret; quamquam etiam, Henrice, credo, si cælo delapsus Genius quispiam, aut ipsemet CHRISTVS è suo edito tribunali descenderet, vt suis ipse verbis idem te, Magne, quod vicariæ Maiestatis interpretatione iam petijt obtestaretur; fore tamen vt iste censeret, ei omnia esse deneganda; fremeretque hoc ipsum esse ciuilem statum euertere: tam inexpiabili, tamque desperata rabie, Societatis vel ipsam vmbram,

&c

403 & cogitationem animo auersatur. Tametsi verò nec persona sanctior toto spiritali in Christiana Ecclesia dominatu, nec authoritas sublimior, nec amicitia dulcior, aut fundatior, nec fides maior, nec sanctimonia illustrior vllius mortalium esse potest, quàm Clementis Octaui; qui id a tua Maiestate toties expoposcit: quamquam præterea res quæ poscitur & rogatu honestissima est, & concessu peræqua, & factu perquàm facilis, cùm tuæ Maiestati visum erit: & pro sacro vno ordine poscitur, qui tibi vtiliter deseruire, Regnoque nonnihil conferre & optat, & potest: hoc dicam tamen, & certa quadam ratione, & pace dicam, Henrice, tua; nec alia aliunde, quàm ex Frãcis huius ingenuisque clamoribus coniectura petita, eam in sententiam iturum hunc Rabulam non modo Põtificem omni inficiatione recusandum, sed recusandũ potius, quàm intercessorẽ quemquam alium; quòd eo ardore incenditur, vt Regem Francorũ à Romanæ Apostolicę sedis communitate, atque cõmercio dissociatum, vt Gallicam Maiestatem à Christiana, & Pontificia, plusquàm ab vlla alia Maiestate distractam auellat. Nec non si palam auderet, atque ingenuè oris, & pectoris vectes, atque repagula remouere, tibi suasor esset, atque hortator, vt tua Maiestas, quæ quasi in sinu Pontificem habeat, discingeretur, eamque à se apertè abijceret, excuteretque, tum oblata hac occasione clare illiùs Societatem abrumperet: eaque prima veluti clarigatione Iesuitas ex tota Gallia manifesta Pontificis, quo illum vteres, offensione, atque

inuidia, propulſaret, cùm primum iterum de illis reuocandis verba cõferret: atque adducor facile, vt mihi perſuadeam, eam eſſe eius clauſulæ ſummam ſententiam, quam furioſus, ac deſperatus fanaticè, ac deſperanter euomuit. *Verum*, inquit, *ſi Henrice, ipſorum (ſcilicet Pontificum) adſtipulatôres, & pragmatici fideles, atque officioſi tibi iugulum premunt; nunquid neruos habes aliquos, ac lacertos?*

Clauſula deſperati Kabulæ notatu digna. Pag 95. Eius modeſtia.

Nec magis miror, quãdo ſemel inſanit, cũ dicere, nobis nihilo eſſe fidendum magis, quàm piratis, 404
atque latronibus, nihil nos eorum, quæ ſpopondimus præſtituros; ſemper adminiſtrationi publicæ inhiaturos eſſe nos; ipſum Hugonoti in medio ardore furioſarũ concionum, ipſum Caluinus ipſe dicere vellet; tantũ voraces lupi de canibus, vbi eos adlatrãt atque à pecuarijs abigunt, ſi loqui poſſent, vlularent. Si à Catechiſta Hæretici, ſi ſoboles Dæmonis nominamur, ſi nos ijs, quæ tua Maieſtas audiuit, onerat maledictis; quid noui, ſi iſte nos piratarũ ſimiles eſſe ait? Nos verò de cætero nihil, Henrice, ſpopondimus, niſi effecturos, quantùm induſtria, viribuſque contendere poſſimus, vt omnes abſolutæ Religionis numeros expleamus; in hoc verbo ſunt ſita, ac repoſita omnia: deinde vitã, atque hunc omnẽ, quẽ trahimus ſpiritum in diſcrimen impensè oblaturos, quod alibi apud alios Principes Chriſtianos hactenus, nõ pœnitẽdo ſucceſſu, pręſtamus, pro Religione numinis, & Chriſtianæ Reipublicę dignitate, pro tuæ Maieſtatis obſeruantia, pro vtilitate Gallici populi retinenda. Etiã eæ ſunt cautiones, eæ conditiones, ea capita, quæ propoſuimus: nec ſatis

Hæretici ita Doctores Catholicos oderũt, vt canes lupi.

Noſtræ ſponſiones.

perci

percipio sibi iste quid velit, cũ prouisiones, cautionésque adeo animosè aspernatur, quas tuæ Maiestati à nobis expositas ait; perinde ac si à sacris, atque deuotis ordinibus obsides Prouincijs dari necesse esset, ad quas accesserint, instar captorum hostium iure belli, aut oppidorum, quæ pacisci cum hoste consueuerunt.

CAPVT LXXXI. De Statistarũ nomine, déque ijs, qui fidelitati nostræ afferre testimoniũ possunt.

STATISTARVM nomen exprobrat, tanquam à nobis in eorum inuidiam excogitatum, qui statum, ac Regnum singulari fide, ac studio prosequuntur. Ea vox, Henrice, homines imperio tuo subiectos nihil attingit, sed eos potius, qui tuæ iuxta, atque diuinæ Maiestati, hostiliter se, atque ferociter inofficiosos, ac perfidos exhibẽt; qui vlla peccata accusari, carpiue, sine magno stomacho, ferre non possunt: si auaritia hominum, si auaritiæ mater ipsa luxuria, si peculatus, aut ambitus, si profundæ hominum libidines, si scelus, atque impietas paulo liberius perstringantur, mox vt tantillum vulnus perfricueris, clamant, & conqueruntur nos digredi de cursu, euolare abreptos à causa, inuadere statum; perrumpere Regnum; atq; ex ijs opinatis figmentis cõuiciorum suorum telam ordiuntur: haud aliter, quã ij Athenis solebant, qui in summa causarum, ac criminũ penuria inimicos de ficubus ex Attica regione, contra quàm lege fuerat cautum, aliò exportatis insimulabant; eorumque hac de causa nomen ad magistratum deferebant, idcirco SYCOPHANTÆ criminatores ficuum cognominati, prout isti STATISTÆ dici queunt, qui statum obtrudant iis omnibus, qui eos ad Sycophantæ.

conſcientiam excolendam, totóque, ac ſalubri ſtatu reponendam adhortantur. Tua Maieſtas his octo annis cognoſcere ipſa, & ſpectare oculis potuit (quod ſpatium ſatis diuturni temporis, niſi fallor, inſigne, & legitimum ad Societatis explorandos, internoſcendoſque ſpiritus eſſe debuit) an politicæ gubernationis negotiationibus 406
implicemur: perſpicaces nacta eſt, Lynceoſque oculos; procul iſto acuto per omnes Gallici imperij angulos, pertinenti obtutu pertingis, idque tibi iam eſt familiare, vt quæ media luce cæteri non videant, tu meridie noctis aſpicias: vtar hoc loco ea defenſione, qua vſi alias etiam ſumus; quæ certiſſima eſt ex ſe ſe, ac modò, quàm vnquam equidem certior, ad fidem minimè dubiam veritati, atque innocentiæ, quæ hic agitur, faciendam. Maieſtas tua in Aquitania optimos habet, & fidiſsimos omnium ampliſsimorum ordinum, qui teſtabuntur an promiſſa ſeruemus, quę iſte inquit, ſi alias contentiones, & curas accerſimus, quàm vt Deo Religiosè, tibi fideliter, populo fructuosè inſeruiamus. In ijs maritimorum Regius Tribunus Aquitaniæ Gubernator Thalaſsiarchus Alfonſus Ornanus, qui vt robore, atque virtute inter primos, atque potentiſſimos duces inſigniter elucet, atque inter eos ſummis ſuis meritis numeratur, qui ab ineunte ætate, ſe totos forti, inuictóque animo, pro vtilitate, & dignitate Regni maximis ſæpe periculis tradiderunt; ita ſtudio, & fide, & integritate nemini fideliſsimorum omnium eſt ſecundus. Ille congreſſus noſtros, conſuetudinem victus, ſuſceptas

Pro Societate publica teſtimonia.

Dominus de Ornano Thalaſsiarchus Aquitaniæ Gubernator.

ptas agendi rationes intuetur, potestque de nobis,sicubi erit opus,explorata, ac certa reddere testimonia. Poterit ipse quoque Princeps Senatus Burdegalensis ac summus Curio summæ Regiæ iurisdictionis in Aquitania, Guillelmus D'Afisius, vir immortali virtute præditus, omnibúsq; ad summum eius iudiciariȩ purpuræ splendorem accommodatissimis ornamentis exultus, quique mihi vnus ex omnibus videatur re docuisse non verbis,aut toga,quid à prȩstantissimo, & eloquentissimo viro,tũ sui muneris amplitudine,tum tui amoris maxima necessitudine dignissimo in Republica, atque in Senatu, aut fieri, aut

Guillelmus D'Afius proto præses Burdegalensis.

407 expectari oportet. Omnes hi optimates, qui tuæ Maiestatis,atque Reip. deseruiunt, qui arma tractare,quíve æquitatis lãces librare pro suis maximis in Regnum obsequiis,tamdiu,tamque honorificè potuerunt,incredibili prudentia, egregio vsu,singulari integritate, expertissimo in Gallica Lilia studio, atque amore spectati homines: ac præter hos ciuitatis Burdegalẽsis amplissimi magistratus norunt, & sentiunt facta nostra,cogitatáque omnia, nihil præterquàm commune bonum spectare, nósque à linea, vt aiunt, ne transuersum quidem pilum,vlla occasione deflectere. Nostri,concessu tuo, in maximis quibúsque harum Regionum vrbibus versati, concionatíque sunt:Massiliȩ,Aquis Sextiis,Arelatȩ,aliisque Prouinciæ Phocensis in oppidis. Rursus Gratianopoli,Valentiæ,Montlæmari, & toto reliquo Delphinatu: super hæc Nemausi, Mompelij, atque vbi Hugonotorum tribunalia sunt, quæ bipartita nomi

Nostrorum congressus atque rationes agendi,in his partibus cuiusmodi.

nominãt Ceſſerone plurimis annis, Neraci menſibus circiter duodeuiginti in Burdegalenſium vicinia, vbi tum temporis iuri dicundo cum ſumma ditione præfuit Andreas Neſmondus Cheiſacij dominus, alter à primo in hac Liliata ſanctiſſima curia Præſes, vir tuæ Maieſtati fidiſſimus, atque optimè notus, celebratus ſermonibus, & glorioſa prædicatione omnium, eoque ſemper loco habitus, ſine controuerſia, vt rebus celebri grauitate, eruditione, eloquentia, probitate, ac Religione peractis ſuperiorem neminem, paucos etiam forſan æquales habere poſſit, inter eos, qui iuridiciali petaſo, & ampliori ſella inſignes principes in Senatu, leges, ac iura moderantur. Ipſe, omneſque Catholici Burdegalenſes, ſi noſtra ſtudia, noſtráque curioſius obſeruatam conſuetudinem, non modo probant, ſed ſupra quàm deſiderabile ſit, commendant; ſi ipſi hoſtes infeſtiſſimi Hugonoti nihil conqueſti ſunt (quod 403
feciſſent profecto, ſi vel occaſionem lacinia apprehendere potuiſſent) quid eſt quod dubitet Maieſtas tua integritatis, ac fidei noſtrę teſtificationem, vel horum ſilentio, vel ex illorum prædicatione clariſſima, manifeſtam, atque exploratam accipere? Audio dicentem aduerſarium quod ſæpe facit, atque in ea velut arundine, more ſuo, pueriliter equitantem, nos tua maieſtate ſuperſtite, haud quaquam noſtrum negotium tranſacturos eſſe, marte aperto, ſed omnem auram aucupaturos, intereáque clandeſtino ſcelere, atque conſilio, ex occulto doctrinam de ſacris pontificij interdicti fulminibus furtim, capa

Semper contra ſedẽ Apoſtolicã.

captata opportunitate ſparſuros.Eo periodorum omnium veluti intercalari verſiculo, ea eius ingenij, & Religionis homine digna cantilena paſsim vti ſolet: ad quæ ego omnia ſatisfacere vno verbo poſſum,ſi hoc affirmo quod optamus ex animo, & precamur omnes, non expetendum modò,ſed omni humana,ac diuina ope curandum, vt tua maieſtas quàm diutiſsimè,& quàm feliciſsimè, vt Chriſtianum Regem par eſt,& viuat beata,&imperet glorioſa;vt diſpiciat ipſa, ac ſentiat iſtum haud paulo infeliciorem, ac nequiorem coniectorem eſſe, ad prædicendum, quàm oratorem ad dicendum, quæ ſpeciem aliquam obtinent veritatis.Noſtra doctrina de cętero, lõge alia eſt à doctrina Lutheri,atque Caluini deliciarum ſuarum latebroſiſsima,plena receſſuũ:eſt illuſtris,&clara,Catholica sãctio:ipſa ipſa Hęreſis eſt Tartarea ſobǫles,quæ nõctem,& Latebras, ſtabula, & proſtibula quærit:doctrina Catholica,quã profitemur celſa,&erecta,& glorioſa publicè incedit, ac loquitur,angulos dete-
409 ſtatur,nihil cõſcientię lucẽ extimeſcit.Nos priuatim nihil omnino tenuimus, diximúſque, quod coràm,tua maieſtate exaudiente,quod ſpectante toto orbe terrarum, proferre nolimus: quod docemus publicè, quod aut ſentimus, aut ſcribimus, ea doctrina continetur, quam hac mea expoſui defenſione; opinioni, ſententiæque Catholicæ congruentiſsima, penitúſque germana ſcientia; ab ijs probata, & propagata,qui Gallici imperij ante te gubernacula tenuerunt: à Doctoribus Gallis memoria Chriſtianorum temporum

omnium expoſita; orthodoxa, antiqua, diuina, publicæ concordiæ, ac pacis, proſperitatiſque nutricula; certiſſimæ alumna fœlicitatis; non qualia Hugonotorum aberrantium eſſe videmus, abſurdiſſima, & turbulentiſſima paradoxa. Horum nihil aduerſarius moratur, aut curat, nulli earum rerum ſuam credulitatem accommodat; idcirco quia eum pridem conſcientia, nuper eum deficere fides cœpit, tum quia decurtatum habet ſenſum, atque ingenium. Exuberantem verò contra nos, atque infinitam inuidiam vlla re eius pectus expleri, vllo medicamento furor eius deleniri, niſi ruina noſtra non poteſt: immortalis,& inexplicabilis diffidentia, quã de nobis iam dudum vel ipſe concepit, vel apud alios ſuis maleficiis concitauit, certiſsimo argumento eſſe poteſt, eum, & ſuos eiuſdem inſaniæ ſatrapas coniuratos hoc vnum ardere, vt nos profligatos, ac perditos, tantum abeſt, vt fidos, & vtiles tuæ maieſtati Chriſtianiſſimæ &obtemperantiſsimos intueantur; eáque noſtrorum viſcerum carnificina, quaſi Diomedæo quodam pabulo, cùm animos ſatiare non poſsint, oculos paſcunt ſuos.

Furor, atque inuidia aduerſariorum infinita.

CAPVT LXXXII.

De pyramide & profanis in ea ſculptis votis.

DE PYRAMIDE quod longis inanium verborum anfractibus eſt proſecutus, cùm Catechiſta, quam ſtare ante palatium, Senatus in celeberrimo loco voluerat ne ſuauiſſima tuæ maieſtatis conſeruatæ recordatio moreretur, néve tentati à Caſtello parricidij execrata memoria ſimul cũ ipſo obliterata interiret. Manifeſto reſpõdeo iſtos in capitis huius amplificatione

ridiculos esse, & importunos. Hoc primum. Nam de illo erecto trophæo perinde triumphant, quasi in hoc marmore omnium præclarè gestorum à tua maiestate facinorum omnis gloria, omniaque ornamenta consisterent: aut perinde, ac si in eius acuminato fastigio defixa essent omnia præsidia, decora, fortunæ, & spes Galliæ. *Siccine tu Rex patiere*, inquit, *te notari primum omnium ab annalibus in perpetuum, qui iussioni* ROMANÆ *flexibilis, ipsemet tuas vel lauros propria extirpatas manu peruelleris, vel palmas protriueris, vel monumenta miserum in modum euerteris, victoriarum tuarum, & benefactorum in ciuitatem tuam Parisiensem tuorum, sedem, ac domicilium summi huius imperij decus Europæ, mundi miraculum?* Hæc ille: siccine verò tu Rex, inquam, Christianissime, patiere, hunc Rabulam declamatorem improbissimum te inter, summúmque Pontificem alteram Alecto Stygio Cacodæmonum verbere agitatam, furiales seditionum faces interijcere? inter communem parentem Ecclesię, & primigeniam prolem Ecclesiæ? inter Apostolicā sedē, & Christianissimum Galliæ solium? inter claues, & lilia? ac quamquam frustra conatur Alpes è suo loco dimouere, & tempus terit perduellis in superos Cyclops; atque quod optat etiam furiarum omnium agmine stipatus haud magis consecuturus est aliquando, quam Pélion Ossæ impositurus; quousque, Rex Christianissime, tandem patiere hunc ratione, & oculis captum declamatorem grammaticulum, ista tanto cum stupore coram Rege maximo, tanta támque indigna

pag. 11.

Contra summum Pontificem.

410

gna

Aduerſarii iniurioſa, atque ridicula inſultatio.

gna nominis Gallici, Religioníſque Catholicæ macula, atque iniuria declamare? Atqui vbi vbi eſt ratio eius glorioſæ Rhetoricæ? vbi mucro eius ſufflatę,ampullatęq;periodi:Quid indignius, per Deum immortalem! quid tuæ Maieſtati, aut toti Galliæ magis iniurium, & contumelioſum, quàm tot res tuas geſtas, tot bellicas laudes,tot triũphos,& honores tuos vnius,non magnæ pyramidis perãguſto,eoq; nõ excelſiſsimo faſtigio circũſcribere?in qua nihil penitus,non dico tua magnitudine,vel in ſaxo,vel in puerili ſcriptura dignum,ſed ne tuum quidem,prętęr deſignatam 411
quandam proſperam huius Regni,tuámque fortunam agnoſcas? quæ trophæa marmorea antequam ſtarent, nihilne dignum gloria, nihil dignum immortalitate perfecerat maieſtas tua?An poſteaquam ea edace rerum omnium vetuſtate collapſa defluxerit, quæ Ægyptiarum miracula priſca pyramidum, quæ ſumptuoſa Cariæ mauſolæa, quæ infinita Babyloniæ opera,quæ alia id genus fortunæ, hominumque ludibria, ſuis obnoxia nutibus, atque imperijs, ruinis expoſita, tempori obuia labefactauit, & obruit: an verò reliqua immenſa tua decora ,tuaque fama,ſi turbidior ventus afflauerit, in illa mole cum marmore auulſa obliterabuntur? iámne non immortalis erit, ſed Auſtro ,& Boreæ Henrici IV. ſubiecta gloria? An Pariſij poſthac tunc non viſentur Pariſijs amplius? Hoc liliatum imperium an ſine domicilio deinceps erit? Aut Europa ſine gloria? Aut mundus ſine miraculo?Aut cœlum ſine ſole? aut Francia ſine fortuna? aut ſine ſpiritu

Omnia humana fluxa,& caduca.

ritu vita hominum? Certè quidem hic declamator ad ſcholam ad ima ſubſellia relegandus eſt,vt vel addiſcat topices artem, vnde exquirat Regum laudandorum,& defendendi Regni proprios locos. Ad ſcholam igitur,ô Rabula,ad ſcuticam maſtigia.

Aio ſecundo,ac reſpondeo iſtos homines magis vanos, magiſque fungos eſſe, quàm pueros, qui in circulis ex luto, aut latere caſtella fortuitò coagmentata exſtruunt,quę mox eadem arte deſtruant: nam hi non ſecus ſibi adumbratas inanium ſomniorum moliuntur imagines, vbi deinde pueriliter calamum, & linguam exerceant. Fingunt, idque omni exquiſita nequitia ſuadere conantur hominibus, nos acerbè ferre illa Regiæ fortunæ collocata extare trophæa; nóſque ardere ea maximè cupiditate, vt euerſa, atque obruta intueamur. Falſum eſt, ſomnium eſt, mentiuntur; non perceperunt quæ de ea re eſſet noſtra ſententia: quid verò aliud nos fecimus ſemper, quàm ſummi Senatus ea parte prudentiam, beneuolentiámque laudauimus, quòd frequentiſſima in parte vrbis inſigne monumentum fortunæ, proſperitatiſque Regiæ, amoriſque popularis in principem erexit? Sed conqueſti ſumus; homines, ſuperóſque teſtati ſumus, Regiæ maieſtati expoſuimus, ipſius tribunalis fidem, & æquitatem admonuimus, immitia marmora,per ſummum nefas, præter ſententiam Senatus ampliſsimi, ſummo dedecore, æternáque infamia Gallici nominis,quàm plurimis,iiſque luculentiſſimis contra nos excogitatis

Aduerſariorum vaniſſima viſa, & ſomnia.

Nn menda

mendaciis, atque periuriis onusta, & sculpta fuisse; tam incredibili, inexplebilis, atque æterni cuiusdam odij, ac furoris apparatu, vt erecta potius nostræ infamiæ, quàm Regiæ gloriæ illa trophęa videantur; eoque consilio Regium nomen mutuatò quæsitum, vt Iesuitarum fama immortali, & Regia specie, colorato dedecore, deformata, ad posteritatis infinitam memoriam in crudelissimo marmore sculperetur. Idcirco isti primum, vt fama est, vtque iam communiter id loquuntur omnes, indoctissimũ Grammaticulũ vsq; Ollandiam adiuerunt gloriosulũ, non modo scala, sed furca, vel eo vno nomine dignum, atque eũ quidem, vsque ad extremam turpitudinem arrogantem, & Hugonotum, qui illa non ex Nitiobrige sensu dictaret, sed ex barbaro œstro describeret in Iesuitas, quæ barbari olim idololatræ in Christiani nominis infamiam interprete Dæmone profudissent. Hoc non contenti, quod insatiabili libidine incendebantur, vt inusta marmori magis, quàm nobis cõtumelia latius manaret, peragraretq; pestifero halitu orbem terrarum: aliásque crepabant, quod vel moueri loco, vel volare satis grauis ea, & põderosa moles minimè posset: quod proximum fuit, eius mitioribus in ære typis impressam imaginem scalpelli non tam acumine leni, quam mucrone crudeli sculpserũt; tum in charta expressam lõgissimè tota Europa ventilatam disseminarunt, quod de mirandis quamplurimis non Galliæ solùm, sed orbis vniuersi spectaculo dignissimis operibus haud quaquã fecerũt. Neq; dubium mihi quidem certè est vllum, in ea nisi

Aduersariorum inexplebile odium in pyramide exsculptum.

Aduersariorum inuectum orco excitum.

Pyramis mitioribus in ære typis expressa, & edita.

nisi reliquum loci aliquid superesset, vbi Iesuitarum nomen infami nota, ac litera, non eam magis
413 istos expolitioribus typis fuisse sculpturos, neque promulgaturos magis, aut extra Sequanam emissuros, quam crucem Croquetiam, quam isti pyrămidum redemptores vixdum in homines omnium maiestatum Reos erectam non solùm non impresserunt, sed exturbari extemplo curarunt, neque id modò, sed omni sempiterno silentio sepeliuerunt. Nunc inter illa hoc saxo excul-pta mendacia, duo sunt in primis maximè horrenda: vnum optimo statui Regni perniciosum, alterum vniuersæ Galliæ iniuriosum. Illud in eo apertè cernitur, quòd in voto descripto dicitur hanc Societatem *vnctos domini, viuásque ipsius imagines occidere populariter docuisse.* Immane, horrificum, ingens mendacij monstrum, superi! cælo inuisum, atque infestum: nam nemo homo fuit vnquam, quod sæpe dixi, qui feram illam, tetramque doctrinam vel ex ore nostro acceperit, vel in libris nostris aspexerit. Atque dirum illud, truculentúmq; figmentum VOTO insertum, ac DEO OPT. MAX. consecratum, nuncupatúmque est, D. O. M.
cui vllius mendacij Religiosè dedicari periurium, ne minimum quidem, absque ingenti sacrilegio nullum potest: cùm sit summa, & intemerata veritas ipse. Præterea exitiabile est, & notabili hominum cum offensione vulgatum: namque iis, qui eam quærunt, occasionem, atque ansam dare potest, àggrediendi omni abiecta Religione, sine consciētia personam Regum, rati idoneum se authorem, ac vindicem conscientiæ Mendacium exitiabile, atque sacrilegum.

nactos eſſe Religioſum vnum ordinem , qui hoc doceat populariter licere: imo in quo multi reperiantur viri eruditione, potiſſimumq; Theologia excellentes , quos nos eſſe , poſtquam metum ſuum exhalauit , ipſe deſcribit aduerſarius.

Contra Senatuſconſultũ ſummæ Curiæ,

Poſtremò peruulgatum in omnes ac publicè editum fuit , repugnante , atque prohibente Senatu, qui cùm ſagaciter proſpexiſſet perniciosam eſſe, offenſionisque pleniſſimam diſciplinam,cauit, ac 414

In ipſo Senatus conſulto,

tulit,fecitq; ſapientiſsimè , *omnes vt inhibitum , & cautum eſſe intelligerent,perduellionis pœna propoſita, vt ne quis dicere , aut proferre vllo aut priuato , aut publico in loco illa verba auderet.* Dicta , ac reſponſa Caſtelli , vtpote Deo , æquitatique repugnantia ſcilicet intelligit.Quid cogitabant igitur Religioſi illi votorum architecti , cùm illa vota marmori figerent ? Typis exprimerent ? Toto mundo ſpargerent , & decantarent ? iſtorum verò vbi conſilium ? vbi illa frons ? vbi conſcientia ? qui nihil aliud penſi iã habere videntur inde ab octo annis, quàm dicere,ſcribere, intentáque veluti buccina proclamare,hoc Ieſuitas tradere , tradidiſſe ; facinus longè tetrius , atque atrocius , quàm ſi tanquam à Caſtello prolatum,frequentiſsimis circulis circumferrent ? Non ita Regina Angliæ , quæ

Ars Reginæ Angliæ,

ex aduerſo,quemadmodũ ante retulimus,publicè promulgari iuſsit Guillelmum Crittonum Ieſuitam docere , nefas eſſe moliri Reginæ inſidias, haud inconſultè ratiocinata id ex ſuo vſu , ſuique capitis ſecuritate , ac ſalute fore.Aſpice,Rex,quo inſanabile iſtorum odium eorum trãſuerſas mentes impulit. Vide num cæca inuidia obſcuram caliginem

liginem eorum animo, furorem, ac rabiem calamo importarit: vt ſauciare nos ſine diſcrimine capitis tui nec vellent, nec poſſent, nec ſolerent: quod tuam maieſtatem, vt quàm attentiſſimè cogitet, obteſtor. Alterum ſolenne
415 mendacium in VOTO altero exaratum, etiam DEO OPT. MAX. inſcriptum habetur: vbi Societas *noua*, *&* *malefica ſuperſtitio*, non enim mirum ab impudentiſſimo Hugonoto, appellatur. Quæ impia fálſitas ſanctæ Apoſtolicæ ſedi facit iniuriam, quæ hunc noſtrum ordinem ſeuerè, ac lentè per ſe, & per alios, vti crebro diximus, ponderatum primò laudauit, tum approbauit; denique multis maximis priuilegiis exornatum in ſacrorum ordinum numerum aggregauit. Deinde Apoſtolicæ Eccleſiæ ſummæ infamiæ vulnus infligit, quæ frequenti conſeſſu orbis terrarum in œcumenico Tridētino Concilio, afflante, moderantéque Spiritu Sancto: hanc ſummi Pontificis ſanctionem authoritate publica in perpetuum confirmauit: & RELIGIONEM SOCIETATIS IESV, AC PIVM INSTITVTVM, vti alio loco deſignauimus, nominauit. Denique toti Gallico Regnó ſpeciatim, atque omnibus vniuersè nationibus contumeliam, & probrum inferunt, quæ Religioſos nos eſſe conſentiunt: nos ea cauſa complectuntur, & ornant; nos eos eſſe clariſſima omnium mortalium, qui nunc in orbe Chriſtiano viuunt, generalis experientiæ luce non tam vident, ſuis ipſæ oculis, quam palpant, attrectantque manibus: neque verò vllus tam amens

Alterum mendacium ſanctæ ſedi Apoſtolicæ iniurioſum.

Concil. Trident. ſeſſ. 25.

hactenus est inuentus, præter Hugonotos maledicentisſimum omnium hominum genus, qui Societati superstitionis non dico nomen, sed ne ſuſpicionem quidem imponere ſit vnquam auſus. In quo ego tuam maieſtatem, Christianisſime Rex, vehementer obſecro, vt redintegrata iſta mirabili beneuolentia, rem ad iſtorum ſcelus, inueteratumque in nos, atque in Christianam Religionem odium deprehendendum auditu, notatuque digniſſimam, attendas: ea eſt has ipſas voces, quæ nos attingunt, ad egregiam eius formoſi voti ſubſtructionem appoſitas à Suetonio ſcriptore barbaro idololatra, IESV CHRISTI, Christianæque Religionis implacabili hoſte mutuatas inde manaſſe, ex eodem ore, ac pectore, vnde iam olim deteſtabilis ille diuinitatis irriſor, ac fidei in Christianos maledicta, atque calumnias depromebat. Nam cum Neronis tyranni omnium hominum qui fuerunt, ſunt, erunt immaniſſimi, & generi Christiano vſque ad immenſam rabiem infeſtiſſimi, an vitam, an carnificinam deſcriberet Suetonius, eadem oratione Christianos, qua iſti Romani Catholici Ieſuitas lacerauit. AFFLICTI, inquit, SVPPLICIIS CHRISTIANI, *genus hominũ* SVPERSTITIONIS *nouæ, ac maleficæ.* Quæ eadem ipſa verba ſunt terminatione duntaxat nominum pauliſper inflexa, contra nos in marmore impreſſa. PVLSO *præterea tota Gallia, hominum genere nouæ, ac maleficæ* SVPERSTIONIS. Conſpirabant omnia ſi diceret, AFFLICTI ſuppliciis Ieſuitæ. Hanc latinita

Conſpiratio notatu digna

Sueton. In Neron. ca. 16.

tinitatem percipit maieſtas tua, interprete nihil eſt opus. Ita Diabolus generis inſectator humani Societatem per hoſce Religioſiſſimos Chriſtianos imperauit, ijſdem maledictis, ac machinis exagitari, quibus per Tyrannos, atque ſcriptores idololatras vniuerſam Eccleſiam olim vexarat, turbarat, afflixerat. Atque qui furialis genius illa conuicia in Barbarorum pectus inſpirauerat, vt gentem ſanctam, & genus electum proſcinderent, ipſe eadem in iſtorum animos inſtillauit, vt contra nos vomerent; votum inde ſacrum conficerent; Regem, & Deum, ſuperos omnes, atque omnes homines ludibrio haberent. Ac tibi grates, maximè Deus, reddimus immenſas, qui, quibus olim antiquis vexationibus homines tibi chariſsimos agitari pro tua ſingulari prouidentia permiſiſti, ijsdem nos etiam petitos, ſed beatos, & honoratos eſſe voluiſti. Iudicato iam igitur, Henrice, atque perpendito, quo oculo Deus hoc votum aſpexerit, eo ex fonte, & capite accerſitum, verbiſque tam nefarij authoris conceptum. Ipſum eſt
417 quod nos, Henrice, conquerimur, non autem de pyramide expoſtulamus: per quam ſi tantummodo ſtare putant, ſtet hæc beata ſanè, & florens, & incolumis, tua fortuna clara, noſtra infamia execrata columna, quoquomodo merita de nobis erit; aſſurgat per nos ad ſydera: ſedeat vna ipſa æternitate firmata, atque erecta ſupra nebulas, ſupra fortunam, ſupra tempora imperioſiſsimæ vetuſtatis: cēſeatur inter mun-

di miracula, prætervehatur magni Platonici sæculi annos, quamquam onusta famosis indicibus nostram in fronte infamiam præferat: certissima spe adducimur fore, vt vindex numen, cuius maximo beneficio id ingenium, atque eam mentem consecuti sumus, vt eius causa multo acerbiora perferre vellemus; nobis etiam tantum sit animorum, ac roboris, tantúmque constantiæ posthac imperiturus, quo in eius amore, cultúque tanta integritate persistere possimus imposterum, vt toto vitæ nostræ genere, actionúmque nostrarum quotidiano spectaculo, inuerecundi mendacij per se se ipsa turpitudo flaccescat, & corruat: ipsum verò marmor in dorso iniquissima nostræ ignominiæ nota hostiliter inustum tandem vltro, emendatore, & præiudicatore numine desertæ innocentiæ trophæum, impunitæ verò calumniæ dedecus, expectatúmque supplicium sit futurum.

CAPVT LXXXIII.

Diffidentiam tyrannicam Regi suadet.

QVÆ RES ETIAM hominem impulit, vt adeò esset intemperans, qui vt nos perderet, tuam maiestatem miseram esse vellet? Hac cæcitate æterni odij turbatus homo flagrans vindictæ incredibili incendio, tenere se non potuit, quin te moneret, vt nos metueres, vt timidus, vt diffidens, vt anxius esses; nos apprime suspectos, omnésque, qui referre de nobis auderent, formidandos duceres: diffidentiam enim optimum esse, in hac ciuilis status ratione, præsentissimúmque pharmacum. Ego enimuero hunc

hunc perditum, ac perditorem consiliarium esse affirmo: quemadmodum enim sedula cautio, ac summa prouisio status necessaria maximos vsus ad totam eam ciuilem administrationẽ obtinet, ita diffidentia certissimum exitium, atque ruinam affert Reipublicæ. *Habita fides*, Philosophus quidam inquit, *ipsam fidem obligat, multi fallere docuerunt dum timent falli: & alij ius peccandi suspicando dederunt.* Non est ista Regum, ac Principum optima ratio, sed tyrannorum carnificina, & laceratio; qui timent omnes, ipsi timentur ab omnibus; noctes, ac dies suorum intolerabili diffidentia discruciantur, vti de Dionysio Siculo tyranno accepimus, qui cum abũdaret famulorum obsequijs, & æqualium familiaritatibus, & consuetudine propinquorum, hoc pharmaco tamen scelerum buccinatoris ingenui, eò timoris est prouectus, horum vt nemini crederet, soli suæ fideret diffidentiæ. Ita propter iniustam formidinem in carcerem quodammodo ipse se incluserat. Suspectas vxores, & liberos habebat. Stabat in Palatio, item vt si in medijs hostium apparatis agminibus clauderetur: cùm fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset; eum ipsum, cùm fores cubiculi clauserat, ac dormitum iuerat, detorquebat. Idem cum duas vxores haberet, sic eas ad se noctu vẽditare ferebat, vt omnia perscrutaretur, & specularetur antè; num ferrũ celauissent, num laqueum tulissent. Quin etiam ne tonsori collum committeret primo tondere filias docuit; ita sordido, ancillarique artificio Regiæ puellæ virgi-

Seneca.

Dionysius Siculus tyrannus.

Cic. 5. Tusc. 2. offic. Val. libr. 9. c. 13. Diodor. lib. 20.

nes vt tonſtriculæ tondebant barbam, & capillum patris:& tamen ab his ipſis cùm eſſent adultæ,ferrum amouit, inſtituítque vt candentibus iuglandium putaminibus Regiam barbam ſibi, atque capillum adurerent: denique vt hominum etiam conſuetudinem, quaſi ferarum effugeret, cùm in communibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, cõcionari ex turri præcelſa ſolebat, diu ac noctu dilaniatus ſuæ diffidentiæ exulcerata conſcientia, quam iſte admirandus ingenuus pro alexicaco quodam ſtatus medicamine venditat:quo ſceleratior, atque audacior iudicandus eſt,quòd tuam Maieſtatem à ſe ipſa deſperatam, & relictam, circunſpectantem omnia, quidquid increpuerit pertimeſcentem;diffidentem ſuis rebus; ſine libertate, ſine ſomno, ſine vlla ſpecie vel authoritate Regia horrentem, trementem, inquietam videre vult:atque præſertim, vt toto furioſæ declamationis contextu apparet, nullo omnium tanto ardore ſuccenditur, quàm vt Regis animum,& beneuolentiam à ſummo Pontifice auellat,ſanctæ Apoſtolicæ ſedi diffidere, omnia Romæ inſenſa habere ſuadeat; vbi ille pro Chriſto præſidet orbi terrarum, cui eam omnes Chriſtiani, quam communi Catholicæ Chriſti 419
Seruatoris Eccleſiæ parenti neceſſe eſt, obſeruantiam, amicitiam, fiduciam præſtare diuino monitu didicerunt.

Aduerſarii diffidentia.

Sed quoniã hìc hærere non poteſt eius amentia,etiam illud ſanè videamus,quam inſanè dixerit Regem nuper extinctũ, poſt fata, porrò à nobis pugionũ mucronibus fuiſſe confoſſum:Idque ea de

Calumnia ex quadã epiſtola.

ea de cauſa, quòd in quibuſdam Romam datis noſtris literis ſcriptum fuiſſet, Regem ad eum ipſum diem fuiſſe è vita pulſum, quo nos illius iuſſu Burdegala pellebamur. In quo exultat incredibiliter: nos ſacros, nos ſicarios, nos parricidas appellat: quamquã ſanè audiuit tua Maieſtas quid huic criminationi reſpõderim: ac videt quid neceſſe fuerit reſpondere, quàm ridicula ſit illa obiectio: ac denique intelligit iſtius dicta, atque cogitata omnia non verorum criminum firmamenta eſſe, ſed immoderatæ libidinis, & iracundiæ argumenta. Nam ſi eo crimine Rei ſumus, Franci omnes, qui de illa nece Regia varias in orbis partes nuncios detulerunt, Regem iugularunt, & parricidij capitali macula notabuntur; quod ſuſpicari, niſi inſanus, nullus auderet. Quod addit à nobis trophæi loco, Regis cruentum induſium oſtentari, ſi tranſlatione, & allegoria ea ſunt ab illo dicta, neſcio quid velit; Carmenta matre, aut Cumana Sybilla aliqua ſit opus, diuinare non poſſum, abſit vt ei aliquid reſpondendum putem. Si propriè loquitur, abſque figura, ſique carbaſeum, ac verum induſium Regis intelligit, ne ille vehemẽter inſanit, qui adeo nefariè, ac temere ſine ratione, nullo vel minimo, ſigno, tanta verò impudentia inauditũ, nec modò à noſtris actibus, ſed à noſtra etiã cognitione alieniſſimum facinus imponere non reformidet. Atque equidem totus horreſco tam alto huius ſcriptoris, tam exaggerato, tam prærupto ſtupore.
420 Cui vnquam mortalium, cum maximè fureret, huiuſmodi res nobis opponere in mentem venit?

Supra c. 45.

De falſo Regis induſio. Pap. 116.

Verſat

De Senatusconsulto Parisiensi.

Versat iterum, quasi cuiusdam Ixionis suam rotam Senatusconsulti, atque iustitiæ commendatitiam exclamationem: adiungitque de nouo, ni lege in nos fuerit actum, enimuerò id aliud nihil esse, quàm administris tuis neruos, atque animos adimere; imò verò OMNES HOMINES, inquit, IN SVMMAM DESPERATIONEM adducere; seipsum videlicet, suíque sceleris socios, atque æquales intelligit; idque vult demum, ne desperet, vt Iesuitæ exterminētur. Apagite, fera desperat, nisi perimus; fœnum in cornu gerit, nisi Regis edicto Iesuitarum omne genus intereat. Extrema Deus immortalis! ægritudo, quæ id genus appetat atrocissimi medicamenti, & Constantini tabifica scabie pestilentior, quæ sanari, nisi innocentum cæde, ac sanguine non potest: nam illa duntaxat corpus arroserat, hæc in medullas, & in pectus hominis, atque in intima viscera penetrauit.

Proponit ad hæc ante oculos dulcissimi Delphini tui, Iuli nostri incunabula: monet eius vt securitati, tranquillitatíque præcautum esse velis; ideoque Iesuitis non solùm Regno, sed aqua, & igni, si id consequi vllo pacto queat, interdicas. Ego verò Maiestatem tuam, inquam, nō modò vt parentem, verùm vt Regem etiam teneri Regiæ prolis, in qua repositæ sunt, atque fundatæ spes omnes, atque opes Regni, saluti, ac bono omni inusitata, exquisitáque sapientia, prouidere; quem admirabili, quodam Dei, ac superûm omnium dono tibi, populóque tributum idcirco videmus, vt patri in huius magni Imperij admi-

niſtratione ſuccederet : communiſque ipſe tot gentium futurus aliquando parens, Galliæ nationes amplitudine opulẽtas, numero inſignes moderaretur. Ac faceret equidem aduerſarius, quod fidelem famulum deceret, qui ad neceſſariam te illam prouidentiam adhortaretur; ſi id probo ali-
421 quo in Regnum ſtudio, ac non magis cæco impetu mentis iratæ, acerbóque, quo in nos medullitus comburitur, odio ageret: quod ſuum facinus egregijs Delphini cunis abſcondit pulchro colore, ad fraudis impunitatẽ maiorem; tanénque aperit, & promulgat, dum eas artes, opéſque, quas diſſimulare non poteſt, ad ſummum conſilij ſui obtinẽdum caput, tuæ Maieſtati ſuadet; Pontifici ſummo diffidere, homines relegare, ac perdere innocentiſſimos.

QVANTO ISTE conatur plura miſcere, tanto cauſa noſtra videtur magis conualeſcere: vbi vidit homo ad quiduis mentiendum proiectiſſimus illa omnia parum valere, quæ perfrigidè declamauerat; intumeſcit, aſſurgitque ad gladios, atque ad ſanguinem. Tuam Maieſtatem admonet oris vulnerati, ac ſaucij ſui meminiſſe, cùm adeo bona verba ex noſtro prolata exaudit, Per ego tuam Maieſtatem, perque hanc tuam dextrã, Rex, oro, vt memoria repetas mendaciorum impuram ſentinam, quam vel in hoc argumento hactenus iſte hortator, vt vel nos opprobrijs, atque calumnijs, vel æquitatem fraudibus, vel Maieſtatem tuam mendacijs obrueret, ex ſuo ore ſpurciſſimo exſpirauit: ex quo ſolida, & clara deliberatione iudiciũ feras, an illa ſuaſio

CAPVT LXXXIV. Exhortatio barbara aduerſarij. Pag. 80. 89.

ex

ex tam obſcœno ore profecta fidem à Rege ſapientiſſimo in hac extremæ perorationis anacephaleoſe Tragica mereatur : recogitéſque, per Deum immortalem, de cæteris, quæ huius Chriſtiani Catholici Romani ſit fides, quæ religio, quæ iracundia, quæ deſperatio. Nam ille molitor atque liberator hominum Chriſtus Ieſus cruci ſuffixus crudeliſſimos cruciatus, mortémque turpiſſimam eſt perpeſſus, quo ab humano genere grauiſſimum iugum diuturniſſimæ, acerbiſſimæque ſeruitutis auerteret. Idem triumphata morte, non alia, quàm ſuæ diuinitatis ope ſublatus in cœlum cruentiſſimorum vulnerum cicatrices in glorioſo corpore reſeruauit : ex quarum aſpectu non eorum, à quibus fuerat cruentatus, ad vltionem, ſed eorum potius, quorum cauſa illis tot indigniſſimis plagis fuerat laceratus, ad

Ea adhortatio eſt nõ homi. is. ſed Antichriſti.

commiſerationem, & veniam recordaretur. Iſte 422
ſæpenumero tibi acceptam plagam commemorat; cupit, & flagitat vt tua Maieſtas eius aſpectu, quaſi perpetuis ad vindictam vtatur incitamentis, atque calcaribus; non cõtra Reum, qui vulnus inflixit, ſed contra inſontes, qui nihil peccarunt: quorum diuina prouidentia integritatem, & innocentiam ijs omnibus indicijs comprobauit, quæ maxima, certiſſimaque in iudicio ad aliquẽ omni ſuſpicione criminis penitus eripiendum, & abſoluẽdum eſſe poſſunt : quos demum iſte nullo argumento non dico conuincere, ſed ne petere quidem eſt auſus, quo ipſorum innocentiæ impenetrabilem armaturam labefactatam traijceret. Quamquam nos ille nulla non laceſſiuit men

Nobilis animi eſt iniuriarum, ac malorum obliuiſci, bonorum meminiſſe.

mendaciorum, ac falſorum criminum inuiſa machina, qua quæuis Religioſorum hominum vexari, prouocarique poteſt innocens, publicóque iudicio abſoluta communitas: teque, Rex, exacuere, atque armare in eos cõtendit, qui proſternere ſe, qui te implorare, qui ſummiſſo, humilique animo ſupplicare, qui nõ tam ſibi tuam gratiam flagitare, quàm tibi ſua ſtudia, atque obſequia offerre ſtatuerunt: quique etiam eò nomine, aliquam tuam gratiam mereantur, tametſi omnium falsò obiectorum criminum conuicti, compertique eſſent. Hæccine Chriſtiani hominis vita, hæccine ratio eſt? vltiones, cruorem, ac cædes anhelare? impreſſiones huiuſmodi, ſanguinolentáque conſilia in eiuſmodi homines, in tanti, ac tam humani Regis mentem immittere? Ac non ingenium potius fracti, & languidi, & prope diſſipati animi? Hominis agreſtis, atque à communi naturæ ſenſu derelicti? Barbaræ, atque inhumanæ pecudis omni numinis abiecta opinione efferatæ? immanis, ac truculenti Canibalis, qui nolit, nequit, neſcit vllã ſocialis honeſtatis, atque virtutis innatam hominibus lucem aſpicere? qui inſtar furibundi Rhinocerotis ad rabiem exſtimulati agitari ſe, ac regi ſtuporis, ac furoris ſui intemperantia patiatur?

Barbarum ingenium.

Erit, Henrice, ſecundùm Deum, erit & Chriſtianum, & verò clementiſſimæ naturæ tuæ conſentaneum, vt quoties illa tui vulneris ſubierit animum recordatio, tum verò in diuinam illam prouidentiam referas, piæ, & Chriſtianiſſimæ mentis oculos, quæ cùm infligeretur, tuam Maieſtatem

Memoria ... eo accepti ... neficii.

ſtatem benigniſſimè à ſummo certiſſimóque diſcrimine liberauit:tum etiam eius diuinæ miſericordiæ memorem te, & gratum exhibeas, vt in cæteros te miſericordem, vbi opus erit, atque exorabilem quoque præbeas: in eos præſertim, qui te venerantur,& amant,quos diuina, humanáque iudicia criminis abſoluerunt: maximè etiã cùm lege, ac moribus in eum ſententia iudicum fuerit animaduerſum, qui Maieſtatem tuam ſuo deteſtando ſcelere violarat: quod per ſe, credo, ad ſatisfactionem cuiuſquam humanæ vindictæ Regi imprimis clementiſſimo, & Chriſtianiſſimo ſatis eſſe videtur. Quam etiam omnes haud dubiam numinis opem, atque prouidentiã,quotquot virtutis, pietatiſque Catholicæ vllum reliquum ſenſum obtinent, in hoc tam inuſitato facinore agnoſcunt,prædicant,admirantur.

CAPVT LXXXV.

Diuina prouidẽtia aduerſus Societatẽ Ieſu in cõiuration[illegible] Caſtelli [illegible] improbi[illegible] te Diab[illegible]

QVOD IN NOBIS eſt, nos certè inſigniter in eo conatum, & machinationem communis mortalium hoſtis Cacodæmonis libenter agnoſcimus; aſſequimúrque gratiſſimo animo, vim illam, dexterámque diuinam ad nos tuendos,atque protegendos extentam. Nec non egregia animi alacritate,vtrumq; ſentire, vtrumque præ nobis ferre, & prædicare, quoties, occaſione data, nos diuina ad id adducit gloria, conſueuimus. Inueteratus ille Draco ad annum 1564.cœlum,& ſolum, & ſalum euerterat; ſuperos,& Acheronta commouerat,vt ſe opponeret, caueretque omni furioſo inuento ne pedem Pariſios, aut domicilium certum inferremus: néve inibi in vrbe Regia hominum ſaluti religioſam operam,

operam nauaremus : quam ille rem iuxta, cum ſuis iſtis emiſſarijs,magis quàm ipſa immortalia, quibus circumuallatus tenetur incendia, magiſque ex animo deteſtatur. Tempus,atque operam perdidit, & extorta illi arma è manibus fuerunt, illo tempore:verùm vt numquam ad facinus deſpondere ſolet animum, ea fiducia tenebatur fore, quorum appulſum in Galliam intercludere non potuiſſet, eos vt ſaltem aliquando de ſtatione deijceret, ac deturbaret, veluti iſtius affines Hugonoti. Burdegalenſes dicere ſolebant, cùm ad eam vrbem, illis frendentibus, ac ſurringentibus ad annum 1572. aduentauimus; *hos prohibere coruos non potuimus,* (ita nos Noctuæ appellabant) *quominus in vrbe cubilia ſibi, nidóſque conſtruerent, ſed erit aliquando,cùm eós è nidulo abigamus.* Et verò parum abfuerat,niſi iam ouiculæ viderent lupos. Ergo ſedulus hoſtis,qui ſtat in acie ſemper,atque ſub ordinibus ad conſerendam manum paratus, nactus punctum temporis, ad opportunitatem diutiſſimè quæſiti, non ſibi defuit, quin bellum, & iras extemplò repeteret; eoque certè quidem furioſius, quo vſu ipſo obſeruauerat labores noſtros aliorum probitate, & Religione inſignium hominum induſtriæ conſociatos ſuis conſilijs admodum obſtitiſſe:innumeros mortales ex ſua oppreſſione, ac tyrannide eripuiſſe, prædas ingentes, ex ſuæ ditionis poſſeſſionibus, maxima Catholicæ Eccleſiæ facta acceſſione, reportaſſe. Quamobrem immittit in campum effœtam, ac fractã aciem litis antiquæ, quæ afflicta, victáque
425 inde ab anno 1564. iacuerat: exſuſcitat ſpiritus

veteli illius, prostratíque causidici, vt ea ex emissitijs sordibus recollecta declamatione nouis mendacijs, calumnijs, periurijs interpolata, famam nostram iterum susciperet commaculandam: deinde quod edentuli senis infelices, victósque conatus esse cerneret, duos alios suos emissarios animauit, recentes, ac vegetos, nequitia, atque impudentia valentissimos, vt coniuratis vociferationibus ij tres pleno ore, ac pectore, bucca fluente, obstinata quadam consertorum laterum contentione quasi intenta buccina intonarent; bellicum instar trium famosarum tubarum canerent: quos cum etiam cerneret omnes irritos esse, vanosque conatus: denique tandem ex infimo orco hanc furiam, hunc inquam perditum parricidam exciuit, vt tuum caput aggrederetur, facile persuasus hac vna cruenta sica nos habitum omnes iri Reos, aut saltē ex aliqua eius confessione tormentis expressa; cùm fieri nō posse videretur humanitus, quin insanus adolescens nos oneraret, aut fugiendi supplicij causa, quod Barrerius fecerat, aut cruciatuū acerbitate, atque violentia desperatus. Veruntamen illa diuinitas, quæ sua clientela Regum fortunam, vitámque tuetur, quæque res eorum curat, quos iniquè hominum iniuria oppressos, & opertos videt, petitionem illam, & ictum, & malum, à capite tuæ Maiestatis auertit; voluitque vt Reus, quem ad nos perdendos calumniator ille Diabolus collocauerat, nos ore suo insontes absolueret, idemque sua inficiatione mirabili, firma, sanctáque aduersus homines, constanti, atque perpetua aduersus

Deus innocētum defensor, & Regū.

uersus

uerſus iuſta,extraordinariáque tormenta, intelligeretur denique omnem eius iniuſtum veterum
426 accuſationum contra nos antea inſtructum apparatum ex mera calumniandi libidine,inſtinctu veteratoris Cacodæmonis exarſiſſe. Quòd ſi illa numinis cura, ac prouidentia in noſtra illa toties probata,totque diuinis, & humanis indicijs conteſtata innocentia, permiſit tamen nos affligi, atque vexari; earúmque, quæ nobis pertenues ſuppetebant,opum iacturam pati, cõuiciatorum venenatas linguas, & calamos ſufferre:ſubire iniuſti exilij pœnas, magnam in eo gratiam nos à numine accepiſſe fatemur, quibus eam viam aperuit,vt extrema quæque pateremur, crucémque ferremus exemplo noſtri liberatoris vnigenæ prolis,dulciſsimi Ieſu, omniúmque,quos ille plurimum præ omnibus excoluit, & amauit; qui multo meliores nobis fuerunt, multóque quàm nos tulimus, plura,atque funeſtiora eius amore, ac nomine pertulerunt.Atque eius diuinã opem, fidem,& clientelã ſingulariter in illo facto, cum ſummo quodam diuinæ ſuauitatis ſenſu adoramus:nam funeſta ea nocte, in quam erupit illa Caſtellana coniuratio, quæ tempeſtiuitas vna fuit ſummæ aduerſariorum potentiæ conceſſa, atque audaciæ, planè, vt aliquando Chriſtus dixerat, tenebrarum, prouidentiſsimum numen præſentiſsimam peſtem à capitibus noſtris auertit: tum deſperatos famelicorum hoſtium mira diuina moderatione repreſsit,quando illi rabiem omni ſenſu ſpirantes cœlum, terram, maria in nos triumphantes armabant;quando omnia con-

Deus perſæpe vexari permittit innocentiam.

Mira numinis in tuenda Societate prouidentia.

uictis parricidijs perſonabant Ieſuitarum, qui authores, qui principes, qui concitatores ſceleris fuiſſent; quando amici conticuerant; inimici tripudiantes efferebantur; fremebat attonita ciuitas; ſuſpenſi omnes, ſaucijque hærebant; nos ad horribilem peſtem, atque exitium vocabamur; nullum defenſionis tempus, nulla depellendæ calumniæ facultas, nullus vel iuſtis lacrymis, vel honeſtæ querelę eſſet relictus locus; in qua ſumma trepidatione tamen, ac mortifero æſtu reciprocante, ô inauditam numinis prouidentiam! ea interminata clementia inflammatis hoſtibus, incitato populo, circumuento Senatui manum tenuit, ne præfocati omnes in illo tanto vel ardore, vel incendio, quod ipſi omni extrema cupidine concupiuerant, iugularemur; tum falſis illis imbuto rumoribus, tum parricidiali, atque indigniſſima principi ſuo illata contumelia vehementer accenſo: in quo maximum, atque illuſtre miraculum proſperi, tutelariſque numinis omni grati animi feſta memoria exoſculamur.

CAPVT LXXXVI

Rhetoricæ ineptiæ aduerſarij, eiuſque meretriciæ lacrymæ.

DEFVERAT hoc vnum ad perorationis huius omnę artificium affabre elaborandum, vt cœleſtes intelligentias, quas Angelos nominamus, túmque res mutas loquẽtes induceret. Hæc deerat ſcena ad fabulam; vt miſera Hecuba adlatrans paſſo capillo, fodicatiſque mœrore viſceribus appareret. Hoc illi non defuit: quamquam ea ipſa Tragica ſupellectile haud paulo miſerabilius vtitur, quàm cæteris illis artibus fuerat vſus; nam vna ſua vocula monogramma ciet, atque auocat Angelum ex magno cœlo.

Si,

Si, inquit, *Angelus è cœlo mearet, ac diceret.* Audi obſecro; ſtrepuit machina, cœlum concrepat; vertuntur fores ſummi poli; panditur domus omnipotentis Olympi: quid ille præco portat è cœlo noui? Iubet Aligerum nuncium ire, iubet hæc Iunonia oratio referre calumnias, quibus poëta bonus Ieſuitas infuſcat: nominatim verò Caſtelli horribile parricidium: ac perſeuerat poëta infelix! infortunate verſari in ſuis ſemper imaginibus, nullo perſonarum, quas loquentes facit, ſeruato decoro. Beatarum mentium multum abhorret à mendacio comminiſcendo illibata natura, cum honorarij ſint ſupremæ veritatis aſſeclæ ſpiritus, nullius humanæ labis contagione deprauati: vt quod decebat effingeret, & quod Græci vocant πρέπον aſſequeretur, malus Genius quiſpiam ex tenebricoſiſſimo tartaro alterius generis ex cornutiſſimis de infima cauea arceſſendus erat. Ipſi ipſi ſunt, qui ex Angelis Diaboli, hoc eſt, Græco nomine calumniatores effecti, ad id muneris, atque ad confingenda belliſſime maledicta, maximè, imò propriè ſoli habentur idonei: non felices ſuperùm, veritatiſ-
428 que prænuncij ſtipatores quàm longiſſimè à ſcelere hominum alieni: ideoque pannoſi cauſidici inepta loquentia hîc probroſa ſuperis, atque inuiſa, ſuo authori ieiuna, infortunatáque extitit; vt alias fere ſemper aſſolet, quoties ea ſe magnificè circunſpicere, aut cornua tollere, ac ſeſe in altum efferre conſtituit. Pari ſucceſſu fabulam adhibet, in qua Henrici Valeſij Regis mœſtam vmbram effingit, quem con- Aduerſarii inepta atque deploranda ſocordia.

queritur à nobis post funera, literarum nostrarum mucronibus confossum: eumque casum acerbè deplorans, nam re ipsa etiam lugubris, atque deplorandus est, perinde scribit, ac si collacrymaretur, aut eiulans trochleis altos ex pectore singultus euelleret: ita lectorem partim sua inepta, ad hæc sua figmenta tractanda, stoliditate ad risum concitat; partim illo nequissimo ementitæ simulationis artificio ad iracundiam, atque ad indignationem inflammat. Siquidem nemo adeo vecors esse potest, quin ex familiaribus eius periodis, & argumentis, quæ spectanda hactenus omni felle, & acerbitate conferta proposui, non secum hoc statuat, nullam penitus in hoc fero, atque illuuijs scabro pectore, ne meridianam quidem humanitatis vmbram oblitescere: tum eius lacrymas Crocodilorum esse, & meretricia dentata suspiria, vel ad eos intercipiendos comparata, qui intercipi ipsi, fallique velint; vel ad Iesuitas in lubricum, incitatúmque periculum conijciendos, quos in procliue præcipites labi, imo quos exsorbere, ac deuorare medullitus desideraret. Enimuerò si tua Maiestas apposita ad illius pectus, quod antiquus Philosophus expetebat de hominibus, fenestella, oculis ipsa posset abditiora huius flebilis lamiæ viscera introspicere, quemadmodū eius publice exposita scripta intuetur; videret profecto, in eius mentis penetralibus medullis multo tetriora, quam dico piacula delitescere: quāquam si homines hominum diuerticula, ac recessus internoscere non possunt, at veritatis intermi- 429
nata:

Crocodilorū lacrymæ.

natæ diuina ratio ſat perſpicaces habet, argutoſque oculos, vt cordis, ac renum arcana profunda ſcrutetur; tectáſque mortalium diſſimulatione mendaci cogitationes ante oculos, atque ad clarum ſolis iubar exponat: ſicut præſtituram eam ijdem nos ſperamus, qui numen aliquod diuinum eſſe credimus. Certè igitur auctor fleat, hoc etiam magis, diffluat ſanè totus in lacrymas; habet quod fleat, quod deploret, non fictè, & fallaciter, ſed verè, & ſapienter; non tam alienam calamitatem, quàm ſuam, & propriam. Nam quæ dixit, quæ fecit abundè teſtantur eius animæ infelicem ſtatum omni ex parte deplorandum eſſe, & lamentandum; quam neque cæleſti domicilio fruituram eſſe vmquam pro comperto ſit, ſi egrediatur ex corpore (quod ſibi imminere iam ſentit) eo in ſtatu, eóque apparatu, in quo tum erat, cùm ei manum, & calamum, ad criminoſa libelli famoſi probra ſcribenda animaret. Ac niſi etiam ante reſarciat, atque emendet ſacrilegium, quod vna cum Catechiſta infamando Religioſo vno corpore perpetrauit; ſciat ſibi certum paratum in Tartaro locum, vbi infelices æterna pœna intolerandis ſuppliciis excruciantur. Satius illi erit lugere, & gemere, ſeque non in aliquot dies, ſed in reliquum vitæ tempus includere in meditationum cubiculum, quàm deſcribere illiberales, & feras declamationes, quas præſertim confidat in hoc mundo vel in altero lectum iri; poſt centum annos; ac ſin minus legi iam placet, certè anno milleſimo ſeptingenteſimo, interim dum author,

Deus omnia ſuo tempore reſerabit. 1. Corinth. 4.

Sacrilegium Religioſum vnum ordinẽ infamare.

dissoluta,& scelerata, & seditiosa consilia, quæ ad res eas maximas conseruandas, & moderandas dedit.

NIHIL DICO, Henrice, neque discepto quas ille pœnas superis, atque hominibus iustissimas pendere deberet, quæ legibus humanis ac diuinis sunt constitutæ grauissimæ pro inusitatis, nouisque calumnijs, atque opprobiis, quæ in nostrum nomen effudit: satis mihi est illa, quod mearum modò partium fuerat, ventilasse, & defendisse, apud iudiciorum omnium, & Regni principem, Societatis innoxiæ innocentiam: vt si minus isti ex furca pendebunt, certè dignissimi ab vniuerso Christiano orbe, totaque posteritate, qui pendeāt, iudicentur. Tantum mihi tua maiestas, si lubet, exorata hoc dabit, atque hanc mihi copiam non denegabit, vt compressa plagiarij huius scriptoris, eiusque æqualium temeritate, atque audacia, hoc venia dicam tua, pro honore, & gloria Gallici huius imperij, quod illi obscœnissimè dedecorarūt, quando vel effrænatarum libidinum suarum, & præcipitis furoris veluti prætextum arripere, adeoque miserè, atque indignè eius maiestatem tueri sunt verecundati, ex vsu tuæ maiestatis, ac Regni tui fore, vt quandò tam turpiter, ac miserabiliter in eo se gerūt, sempiternū illis super ea re, Religiosumq; silentiū imperetur imposterum. Ratio illis, arsque ea est sola innata, & longa tractatione factitata, mentiri, & honestati, si fieri posset, iniustam inurere infamiam: tantum abest, vt res maximas vel attingere, vel laudare: qui si

CAPVT LXXXVII.

Silentium suauissima pœna omnium quæ infligi possunt ei qui male ac nequiter sit loquutus.

Vnum hoc sciunt calumniari.

ſordidam artem ſuam abiicere, iam vergente ſenio, decreuerunt;non tamen propterea aggrediantur, vel audeant ſcribere de gubernatione ciuilis ſtatus, aut de Regia maieſtate, neue prædicare præclara facinora Regum, vel eorum aduerſos caſus, funebremque lugere fortunam:illa verò deridẽda arrogantia eſt in minoribus nauigiis rudem eſſe, quinqueremes autem,aut etiam maiores gubernare velle:hoc tantummodo penſi habeant, vt agant de agris herciſcundis, de tutelis, ac tutoribus,de parietibus,& luminibus, de rutis cęſis,de ſtillicidiis,de teſtamentis ruptis, aut ratis,de gẽtilitatibus,agnationibus, alluuioni bus,circumluuionibus,nexis,mancipiis,cętériſq; rebus, in quibus illorum iura verſantur; poſtquàm hæc ipſa etiam rite didicerint; aut quando ea ſcient, poterúntve chartæ mandare.Intolerabile eſt eum,qui duorum ſcalmorum nauiculã in portu euerterit, in Euxino ponto Argonautarum nauem gubernandam velle conſcendere. Regia maieſtas maius quiddam,eſt quàm vt eam iſti in patinis edocti homuli poſſint attingere: eorum ceruicem longè excedit: eius ignobilis calami nimio interuallo acumen prætergreditur: concipi niſi à pẽrnobili, atque præcellenti anima, nec debet, nec poteſt, quæ ſit virtutis illuſtribus ornamentis, & fœcunditate quadam orationis excellenter ornata: nec minus formata artifici quadam, & diuina manu, vt pellucentem, atque elaboratum, & dignum Regiæ maieſtatis amplitudine, cũ quadam materiæ iuxta, atque operis dignitate, veſtitum, ornatúmque

afferat.Nobili argumento oratorem nobilem re-
432 ſpondere oportet, quemadmodum maximæ ve-
ritati antecellentem aduocatum patrocinari:
prȩſtat omnino nullum habere,quàm miſerum.
Quare mũdi ſeruator ille corporatus Deus, ipſa
veritas patris æterni neminem in claro iure
aduerſus accuſatores ſuos patronum adſciſcere
voluit: quid enim facula opus in tam illuſtri, ac
vibranti ſole innocentiæ? Aut quæ ratio eam pro
dignitate defendere potuiſſet, quam beatæ illæ
cælorum accolæ, & incorruptæ mentes ſatis ad-
mirari non poterant? Magnus Alexander ſe niſi
ab Appelle pingi à nemine, nec in marmore
ſculpi, niſi à Pyrgotele,neque ex ære fundi præ-
terquam à Lyſippo eſt paſſus, quos tres artifices
illa ætas earum artium facilè principes vna pro-
tulit. Oportet, Henrice, delectos tibi eſſe homi-
nes, qui non diſparibus lineamentis queant am-
pliſſimi tui ſtatus dignitatem exprimere,ad eum-
que rite ſtabiliendum certa ſubſidia, adiumen-
táq; accommodata ſuggerere: quo exquiſito ge-
nere hominum nunquam vacua extitit, nun-
quam deſtituta Gallia: ſoli exiſtant ij, qui res
tantas attrectare,aut ſcribere audeãt; alij pro ſuo
captu aggrediantur dimenſa,atque deſcripta ſuis
viribus argumenta: iſti nec audiantur quidem;
Carpocratiano ſe æterno ſilẽtio penitus dedant,
quouſque animum bene excultum, & inſtitu-
tum,&aliqua rerum non pœnitenda ſcientia or-
natum; calamum verò bellè paratum; porro
conſciẽtiam meliuſculè tornatam, deniq; men-
tem aliqua opinione numinis imbutam nanci-
ſcantur,

Alexander Magnus. Plin. lib. 7. cap. 37.

Quiſnã ſit ad ſtatum tractãdum atque deſcribendum idoneus.

ſcantur: quòd ſpero fore, ſi minus iſto, certè futuro aliquo altero ſæculo, in quo Rabula illiberaliter ingenuus, ſi eius aliquid prognoſtica, & fatalia carmina poſsũt, anno milleſimo ſeptingenteſimo, atque conſequentibus, ſapiet, credo, atque inter cacabos adipalis author lectitabitur. 435

Maieſtatem Regum Maieſtate Legum defendi oportet.

Regiam Maieſtatem legum Maieſtate defendi; magnæ virtutis, ac veritatis armis circumuallari oportet. Iſti ſanctiores, & nobiliores leges ignorãt; iidẽ virtutis, aut veritatis ope vti neſciũt: armamẽtaria, ex quibus ſua propria tela depromunt ſunt huiuſmodi: ignorantia, mẽdacia, maledicta, calumniæ; eorum ſumma acies, & dimicatio, alienam famam obligurire; Ieſuitarum nominatim: fremere, & clamare contra Apoſtolicam ſedem, vt te ab eius ſancto fœdere, & Chriſtiana neceſsitudine diſtrahãt, ac ſi fieri poteſt ab ea alienent voluntatẽ tuam: perinde, ac ſi Galliæ Regnũ, vt & cætera Chriſtiani orbis minus magna, munitáq; imperia abſque illa inauſpicata animorum abalienatione conſiſtere non poſſet. Factioſi, furioſi, Regnorum incendiarij homines, qui cum deberent egregia facta, & merita noſtrorum Regum extollere erga Apoſtolicam infulã, proferre decreta ſanctiora Pontificum; aliáque ampliſsima nomina, quæ fuſam, vberémque materiam ad Regia iura firmanda ſuppeditant; id modò penſi habent, vt puncta aucupentur, ac ſyllabas, aut formularum apiculos expiſcentur, pro maieſtate Pontificia euertenda, pro ſacris cenſuris cauillandis, pro vaniſſimis leuium vmbrarum, ac ſuſpicionum ciendis

Calumniæ debilitas.

Fraudulenta Hugonotorũ & coniuratorum nequitia.

ciendis,ingenerandíſque terriculis: confitentur quod inficiatum oportuit; ex aduerſo inficiantur quod confitendum fuit: haud paulo minus rerum earum rudes, atque ignari, quæ debentur
434 Cæſari, quàm quæ Deo. Quos deteſtari, ac fugere; quos tanquam auſpicium malum auertere, atque mactare,Henrice, debebis impoſterum: nam garrulitatem eorum, & improbitatem vſurpant, qui exitiale bellum ſpectabili Eccleſiæ ſanctæ Vicario capiti indixerũt,vt eodem filo ſummo principi, qui ſub aſpectum non cadit IESV CHRISTO arma inferant: nihil omnino vel bonum, & commoda ſtatus curant, vel cordi habent ſalutem tuam, niſi in ſpeciem mentito, & fucato colore,nequiſſimi, & importuniſſimi adulatores potius, quàm prudentes, atque cordati conſiliarij, aut fideles,& ſtrenui adminiſtri. Satis ipſi ſe produnt quid arcani pectore incluſum,animo obſeratũ habeãt aduerſus Reges, & Regiam Maieſtatem, ſi in eum ſermonem aliquando extra Ieſuitarum cauſam inciderunt. Tua Maiẽſtas Catechiſtam anteà,cùm de Clodouæo, de Carolo Magno, de Diuo Ludouico loqueretur, audiuit. Quod omni ardentiſſima cupiditate, quod toto comparato pectore, quod recto filo, & ſtylo;quod primario ſcopo intento deſiderant; haud aliud eſt,præter Ieſuitarum,qui illos pungunt, Religioniſque Catholicæ, quæ nauſeam illis, & ſtomachum mouet, extremum coniuratum exitium. Hæc ea obſtinata libido eos concitat, ea illorum tanquam admotis calcaribus mentes extimulat, ea decla

Quæ ſunt Cęſaris Cæſari Matt.22.

Hugonotorum familiaris oratio.

declamatoriis, rabiosisque clamoribus propositam thesim exhibet, aliud agere, cogitare, moliri, dies, ac noctes minimè queunt; capere illorum indomitam cupiditatem, & iracundiam Gallia non potest: reliqua quæ venditant, quæque publicè ostentant omnia falsa sunt, 435
& simulata, & speciosas ad causas, præclarósque colores, quod diximus, quod meminisse, quod inculcare persæpe necesse est, comparata.

CAPVT LXXXVIII.

Aduersarij vtilitas atque iustitia in Iesuitarum ruina fundata.

ADVERSARIVS magno apparatu verborum tuam maiestatem hortatur, vt etiam, atque etiam quæ iusta, quæque vtilia tibi, & tuæ posteritati sint futura, cognoscas. Rectè id quidem generatim in summa amplissima thesi acceptum, nisi veluti serpens in vepretulis, ita summa fraus in hypothesi adhæresceret: quemadmodum tuam maiestatem meminisse arbitror, nihil propositum habet hæc adhortatio præter Iesuitarum, aut exilium, aut exitium: in quo, ille omnem eam iustitiæ, vtilitatisque rationem constitutam putat. Iam si quæ ego hactenus dixi aduersus illa conuicia, vera, explorata, testatáque sunt, vt profecto sunt, expedita nunc tuæ Maiestati veniunt omnia, vt intelligat eius vtilitatis, atque iustitiæ fundamentum niti in ea comitiali ægritudine æstuante extraordinarij, & denunciati odij, quod in nos habet penitus medullis infixũ; magis quàm in vlla solida, ac proba ratione, aut in vllo in Regum recto, honestóq; studio quod possit obtendere. Sed ille declamator Rabula, iuris non illius ciuilis, sed huius verrini Lutherani consul

Vtilitatem atque iustitiã in suæ deerrantis opinionis vanitatibus reponit.

consultus, nullámne aliam in toto corpore iuris, in vasto historiæ profanæ curriculo, in vniuersa Christianarum legum immensitate venam, aut scatebram æqui, atque vtilis ad ciuilem firmandum, atque stabiliendum statum nancisci potuit, præter hanc vnam ruinæ, & dissipationis insontium Iesuitarum? Absit, Henrice, absit hoc à te, hoc à tuo capite nefandum omen Deus auertat; vt tam funesto Regni Maiestas, tamque nefario fundamento nitatur. Ego ille sum exiguus, atque humilis è Societate Iesu Religiosus, parum, aut nihil in ciuilium rerum tractatione versatus; sed noui sanè multo melius, quod nosse isti, eiusdemque farinæ homines debuerunt. Equidem dicam ex animo, Henrice, quod sentio, & quod te audiente, sæpe iam dixi: tuo ego imperio non Alpium vallum contra adscensum, transgressionémque exterorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantem, Lutheranorum, aut Turcarum immanissimis gentibus, nõ nostrum Oceanum aduersus vicinitatem insulanam antiquiorum huius Regni hostium; non Pyrenæorum prærupta, atque horrenda propugnacula Regnis Hispanorum amplissimis; non mediterranei pelagi vastitatem incultæ, ac barbaræ Africæ teterrimis populis obiicio, & oppono; perficere potest vna Christiana iustitia Christianissimi status hoc est, Henrice, tui magistra, maiorum inquam tuorum fides, & Religio, & diuinæ legis obseruantia, vt si montes resedissent, amnes, & maria exaruissent, non naturæ opibus, sed iustitiæ præsidio Galliam munitam habere posses. Ea,

Religio verum ac certum ciuilis status fundamentum.

ea est sine cõtrouersia, quæ Francorum Regnum erectum, inuictum, beatum, gloriosum, ac florens mille ducentûm annorum continuato spatio contra inconstantiam, & leuitatem, & imbecillitatem, & tortuosum; atque inflexum Euripum rerum humanarum tenuit. Commoda tua Rex, tuáque opportunitas maxima, atque, vt dicam aliquid amplius, tua summa felicitas, & gloria, imo tuorum, & tui status, ea est vna, vt Dei amantem, obseruantémque, vt diuinarum legum defensorem inuictum, vt Ecclesiæ sanctæ filium, vt populi parentem, vt innocentum propugnatorem, vt sceleratorum, & perduellium vindicem te præbeas. Singuli homines liberorum, quos quisque procrearunt sigillatim patres haberi solent: suorum Regum tot familiæ, liberique censentur, quot homines, quotve populos subditos habent: ea demum iustitia, ea vtilitas statum fundandi, propagandi vim obtinet, si illis consulas, non vt ordines Religiosos extermines, quod suadere vellet Rabula perditus: qui de ciuili statu cum multa acriter, ac multo plura etiam dixisset, quàm necesse fuerat, multa de mundo, multa de sanguine inferciisset, ne vocem quidem vmquam de pietate, de cœlo, de conscientia, aut de Deo misit; haud magis quàm cùm de humanitatis literis loqueretur, vbi profana, & inuisa omnia regnare volebat: qui in humanam suam, ac barbaram declamationem nulla re alia, aut scripsit, aut pinxit, quã atri cruoris cruentis eluuionibus, quàm vltionum diritate, quàm homicidiorum, ac cædium immanitatibus; quàm iugula

Vera vtilitas.

Reges populi communes parentes.

Aduersa immanitas.

iugulationum, ėxpilationum, mactationum horrendis latrociniis, aliisque id genus sui ingenij, suæque naturæ figuris, ac tropis: similiter, ac si librum scriberet, non quem Regi Christianissimo offerret in Gallia; sed quem omni crudelitate efferatissimo, & cruoris humani sitientissimo Tyranno in media truculenta Tartaria, aut cui-
437 quam Polyphemo carniuoro in antro deuoueret. O Gallica indoles! Francum ingenium! ingenuitas popularis! quò peregrinamini ab ingenuo? Non istud, Henrice, est quod facit vtilitatem Regni persuadere: ipsum est aucupari, atque suffurari potius aperta subsidia explendi, exsaturandique immortalis odii; exponere, atque ostentare libidinem obuelatam assimulatæ veritatis inuolucris, ementitæque fidelitatis personatam integumentis; imitari priscum pictorem illum frugi, qui scortorum suorum obscœnas imagines pro Dearum expictis tabellis ingeniosissimè diuendebat. Vnum certum, firmum, expertæ soliditatis, constituendæ monarchiæ fundamentum est, quod ego dixi, quod qui haud quærit, dico quod res est, is Deum authorem, conseruatorémque Regnorum, quem esse scriptura docente didicimus, esse non credit; ac ne numen quidem in mundo esse aliquod suspicatur.

Pictor Praxiteles. Clem. Alexan Orat. ad gēt. Arelius ex Plin. lib. 35. cap 10.

Deus Regnorum author & conseruator. Dan. 4. prou 8. Rom. 13.

CAPVT LXXXIX

Duæ rationes grauissimæ Regi

QVOD SI EXTITIT Rex vllus vmquam aut nostra, aut maiorum nostrorum ætate, qui in eam partem incumbere, Regnique diuini, Christianæ, inquam, Ecclesiæ rem promouere, & amplificare deberet, is, mea

pro bono sui status ponderanda.

sententia, is ipse tu es, Rex Christianissime, idque duabus maximis grauissimisque potissimum de causis ex tua prętanti fortuna repetitis, quas hac mea extrema oratione, tuæ maiestati, ratione, animoque lustrandas antè oculos ponere constitui, vti hanc meam expostulationem ea vna fidelissima interioris animi erga tuam Maiestatem apertione concluderem, in quo me vna consolatio illa sustentat, quoquò de cætero nostræ res cadent, quòd erga te, Henrice, nullum à me amoris, nullum studij, nullum fidelitatis officium fuerit prętermissum, nullum sincerum, ac certum neglectum obsequium humillimi clientis, tuæ salutis, ac tui status desiderantissimi: in quo diuina quædam sors nasci me voluit, eáque mente, atque indole nasci, vt eo nomine omni adstrictissima obligatione deuinctum esse me intelligerem, ad te amandum, & honorandum, tuisque non modo imperiis, sed studiis; nec studiis tantùm, sed voluntatibus; neque volũtatibus solùm, sed nutibus etiam, quantum viribus contendere, ingenio, & studio consequi potero, obtemperandum. Vna causa igitur, 438
eáque ex duabus illis maxima, omni mentis acie circunspicienda est ea; quam memini me alio loco, nec semel, nec importunè tuæ maiestati proponere: quam propono etiam, quàm exaggero, atque inculco; quod in ea omnia summa esse duco, quodque eam æstimo non gratiorem Regiæ auri tuæ, quàm vtiliorem saluti fore. Dico admirabilem numinis illam rationem, ac prouidentiam, quam adhibuit, vt sui te populi

Prior ratio, Dei singularia in Regem collata beneficia.

puli Regem constitueret, quæ tanta, tam noua, tam inusitata equidem extitit, vt te Regem vnus inaugurasse, vnus te sua cōsecrauisse manu Deus videatur. Nihil assentandi causa dicam; hęc commemoro, quæ omnes & vident, & sentiunt, & loquuntur: nam vis illa est diuina numinis, quæ res tuas tot summis implicatas difficultatibus expediuit; quæ tuum caput sæpe tantis, tam improuisis, tam incertis periculis liberauit; quæ tuam inaugurationem, tuúmque Regnum tam ingentibus beneficijs, inauditisque miraculis cumulauit; vt verè hoc mihi videar, quod nemo non prædicet, affirmaturus Deum Deum esse, qui vnus tibi vel vitam dedit, vel fortunam erexit, vel prosperitatem adduxit, vel statum stabiliuit, vel coronam imposuit. Atque è duobus circiter, atque sexaginta regibus, qui huius imperij clauum tenuerunt, inueniri posse facile neminem, quem meliori iure, quémque certiori de causa, quàm tuam maiestatem, Regem victorijs fortunatum, inclytum laude, & immortalem, omnibus bonis, liberísque beatum, & omni earum opum, atque copiarum genere, quas magni homines faciunt, gloriosum denominare, proprióq; iã veluti cognomtéo appellare possimus. Ea obligatio, isque nexus est nō illustrior, quàm potentior, ad tuum amorem, & obseruantiam beneuolentissimo numini, quasi torque aureo quodam omni lapillorum, ac gemmarum præstantium pulchritudine ornato deuinciendam. Quando Dauidi Regi Natham prophetam sacrum diuinæ voluntatis interpretem destinauit,

Plura beneficia plures obligationes.

qui cũ de exædificando templo loqueretur,& cui potentiſsima demõſtratione, quęq; multũ haberet efficacitatis, ſingularem obligationé exponeret, qua ad numen redamandum, ei ſeruiendum, & obſequendum,præ Regibus omnibus tenebatur;hæc ad eũ eius vatis ore commemorauit. *Ego te tuli de paſcuis ſequentem greges, vt eſſes dux ſuper populum meum Iſraël; & fui tecum in omnibus vbicumq; ambulaſti, & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie tua;fecique tibi nomen grande* IVXTA NOMEN MAGNORVM,*qui ſunt in terra.*Hoc tibi,Henrice, dictum accipe:ne ea tibi verba aliena exiſtima, cui apta rerum ſimilitudo, atque verborum euentá conſentiunt; non te abduxit è paſcuis; ſed quod caput eſt,ex periculis,aut genere ipſo, & magnitudine incredibilibus, aut multitudine infinitis:cætera conſtant, ac tecum ad verbum bellè conueniunt.Quorſum igitur tot beneficia, tot ſignificationes diuinæ in te beneuolétiæ, niſi vt te obſtrictum, incitatum,prouocatum memineris eſſe ad bene agẽdum,& exacto officio prouidendũ,tũ ad enitendum,vt vel eius ſacrum domicilium,quippe ſacroſanctam Eccleſiam exędifices,qui tuum extruxit, vel eius gloriam, ditionémque promoueas, qui tantum attulit ornamentorum tuæ,vel populis tibi ab eo permiſſis, & liberorum loco concreditis ſtrenuè conſulas, qui tibi ipſe parentis loco ſemper adfuit, tuáſque res omnes, pluſquam paterna ſolicitudine procurauit.

Nathan ad Dauidem miſſus 2. Reg. 7.

Deus ſua cõfert beneficia vt inde recipiat obſequia.

Altera ratio perpetua Regię poſteritatis cura.

Altera à me propoſita ratio non aliunde,quàm ex ipſo te,Henrice,repetenda, te plurimum permouere

mouere,&dulcissimo amoris sẽsu titillare debet.
440 Ecce tibi,quo pacto in hac illustrissima Regia Diui ludouici familia nouam magnorumRegum propaginem, &. seriem ducere primus incipis, cuius te stirpem, & caput esse diuina quædam sors esse voluit; si, vt Christianissimum Regem par est, dignam hoc tam salutari nomine vitam institues; si numinis amore,& superûm flagrabis, si eius nutus,atque mandata verebere; si insignibus aliquot obsequiis, gratisq; studiis eius summam benignitatem, & caritatẽ agnoscere laborabis,qui te tot,tantis,tam eximijs beneficiis miro quodam artificio Regem creauit; primùm te, ac salutem tuam in tuto haud dubiè collocabis: nam veluti qui nec Deum timet,neque eius Maiestatem reueretur,ipse tutus esse nõ potest; omniáque alia eum timere,atque circunspicere necesse est; ita qui eius amore,& Religioso metu ducitur,satis,superq; fortis, & clausus,& septus, & munitus est contra iniuriam,is timere,aut vlla trepidatione sese commouere non poterit,satisque magnum præsidium esse in conscientia positum existimabit.Deinde quãtum in te est, firmissimum fundamentum iacis,in quo Regium hunc statum exsurgere,stare, crescere,vigere, florere, stabilem,opulentum, & gloriosum oportet, aduersus omnes hostium conatus, & impetus, aduersus temporis,& vetustatis iniurias,aduersus rerum humanarum sæuissimas procellas,& tempestates pro te,ac tuis ad spem cuiusdam amplissimæ posteritatis, fortè etiã vsque ad extremum huius defluentis, ac fragilis mundi exitum perennaturæ

Ratio certa ac tuta contra omnia pericula.

Firmissimum stabiliendi status fundamentum.

naturæ. Christianorum Regum pietas ipsorum Christianæ Monarchiæ firmamentum, & sacra anchora, & stabilitum robur habetur: & probitas parentum, atque Religio sementem quamdam affert felicitatis, atque fortunæ liberorum. Memoriam habet tua Maiestas, quæ super hac re sæpius supra disserui; nam, vt Plato inquit, pulchra decies repeti, sæpiusque necesse est; eademque sæpenumero à Catholicis concionatoribus, cum exponerentur, audiuit, Abrahami fidem eius soboli continuatam plurimarum ætatũ prosperitatem, perpetuumque omnium secundarum 441 rerum florem attulisse: Dauidis verò egregia pietate, singulari præsertim mansuetudine effectum esse, vt eius in Regno perpetuata, & fortunata posteritas in multa nusquam interrupta sæcula propagaretur. Contra verò Saulis erratum recentis, nascentisque Regni progressum, successionemque, pro eius liberis interrupisse, ac repressisse: tum Salomonis impietate, eius successori filio imperium fuisse decessione decem tribuum imminutum, ac decurtatum; duasq; solummodo Dauidis parentis causa, & amicitia, reliquas esse factas: nec fortasse deessent de hoc genere, nostra memoria, haud pauca funesta historiæ recentis exempla, quamquam nihil est necesse me pluribus rem vulgatam, & claram exponere. Quare hoc sit in primis omni experta, & confirmata fide deliberatum, quę alia tibi omnia excæcati huius sæculi sapientes, hoc prætermisso, ac spreto virtutis, atque iustitiæ Christianę præsidio, subsidia, ac firmamenta endituri, suasurique sunt pro statu

* Abrahami fides eius posteris perutilis.

ſtatũ firmando,&pro ſtabiliẽda huius imperij ſecuritate,vaniſſima eſſe,& puluerulenta,& fœnea penitus fundamenta: quæ porro à Rabula Atheo demõſtrentur fundamenta eſſe Turcici,ac Tartarei cuiuſdam imperij è peſſima cœnoſa voragine, improba,& ſcelerata manu expreſſa,iacta in aqua,expicta in nebula,nequiſſima omnium, & exitioſiſsima, quæ vel à publico vrbium incendiario excogitari,vel inuehi poſſunt.

CAPVT XC.

Duæ contrariæ Regi poſtulationes oblatæ.

DICTA EST A ME cauſa, Rex Chriſtianiſsime, & perorata; aduerſarij argumenta non modo refutata, ſed conculcata; eius conſilia,nefariáque ſtudia patefacta;illuſtratæ inſidiæ,depulſa auersáque flagitia, machinationes, & fraudes deprehenſæ, repreſſa, & aliquanto coërcita maledicta. Quid reſtat niſi vt orem, obteſtérque te,Henrice,vt quæſtionis ſummum caput tibi ante oculos ipſe proponas,ponderéſque non vulgari ſententia, ſed Regali iudicio duas poſtulationes ab hominibus duorũ diuerſiſsimo-
442 rum generum oblatas, varijs inter ſe, atque diſſentaneis rationibus, ſuper illo agitato toties diſceptatóque negotio de Societate in Regnum reſtituenda, vt tandem aliquando conſtituas, ac decernas,vtra maiorẽ ex te audientiam, vtra potius gratiã,fidem,humanitatẽ Regiam, vtra conſensũ acerrimi tui,æquiſsimiq; iudicij mereatur.

Deſperata Aduerſarij poſtulatio.

Ecce tibi vna ex parte inſtat aduerſarius,vrget, ſe niſi vincat, abiectum, ſe deſperatum eſſe affirmat,qui turbulentorum omnium Eccleſiæ Catholicæ capitalium hoſtium nomine, omniúmque pari ſecum cupiditate, & furore cæcorum

Cum horrendis calumniis

hominum gratia, atque ſententia, hoc vociferatur, hoc poſtulat; vt Ieſuitæ tota Gallia deturbati diſterminentur. Sūmæ rationes, & cauſæ ex calūniis, ex mendacijs, ex ſacrilegijs repetita oratio, ex publica offenſione, immaniſſimis ſceleribus coagmētata; opes, & copiæ rei tranſigendæ propoſitæ, clara, cōiurata Religionis, & numinis deſpicientia, obſtinata iniuria, & deteſtatio ſummi Pontificis; inſidioſa, & perfida dignitatis huius Regni deformatio, vniuerſi Religioſi vnius ordinis ſolennis, iurata, pacta, conſociata inſectatio, atque vaſtitas; qui iudicio publico orbis terrarum, omnium imprimis, qui incorruptè, & ſanè iudicant inter homines, vtilis Chriſtianæ Reipublicæ iudicatur. Altera ex parte Pontifex maximus ſtudio magis, quàm paterno nobis reſtitutionem perſcribi vehementer efflagitat: tui Catholici, tuæ omnes huius Regni conſpirantes vna hac volūtate tuæ Maieſtati fidiſſimæ, & obſequentiſſimę Prouincię hoc ex te ſuppliciter expoſcunt, contendunt, implorant: quę publico voto, & fœderata illa cōprecatione, vna conſentione animorū ſatis apertè cōteſtantur, quid ſentiāt, profitēturq; nos illorū bono, rebusq; cōmunibus Regni (ſecus enim id minimè agerent) præſidij nónihil, atque iñduſtriæ poſſe conferre: nec non hac ipſa ſtudiorū ſuorū percelebri apertione, atq; obſecratione cōmuni, hoſtiū amentiā, & capitales calūnias (quibus nos tanquā omnino pernicioſos, atq; peſtiferos deſcribūt) fidei, & authoritatis publicæ inexpugnabili munimēto refellunt: etſi nihil prorſus ad eos refutādos, eorū, quę dixi hacte- 443

Summi pontificis poſtulatio.

nus

nus pro publica innocētia militaret. Nos pridem votis, ſupplicationibus, ſtudijs publicis ſtudia noſtra quoq; coniunximus, ex eorũ ſententia, atq; cōſilio, qui cũ tuæ Maieſtatis fidiſſimi adminiſtri, ac ſubiecti, tuis volũtatibus obediẽtiſſimi, probitate, & fide ſpectati, atque inſignes; ſalutis verò tuę, huiuſque Imperij perquã ſtudioſi haberẽtur, authores nobis, atq; impulſores fuerunt, vt id auderemus aggredi, de quo ne cogitare tum quidem licere putabamus. Nã illas voces audiebamus aſſiduè, quibus quotidie intereramus. Adite Regem, vos cõijcite in eius ſinum, nihil tam mite, nihil tam placatum videre poteſtis, nihil minus recordari ſolet, quàm acceptam iniuriam; præteritorum meminiſſe non poteſt, manſuetum habet, & facile, & flexibile ingenium; non vos abijciet, non vota, non preces, non obſequia veſtra aſpernabitur. Ergo tuæ Maieſtati eum ad finem ſupplicem libellum obtulimus; tibi noſtram innocentiam expoſuimus; noſtra deſideria, noſtraque ſuſpiria patefecimus. Placuit in Regiam vnum è noſtris admittere: Regio fauore ſemel, iterum, ſæpius ſpopondiſti, te nos dignitati priſtinæ reſtituturum. Iam conſidera, ſi placet, vtra poſtulatio opibus, & robore præſtet argumẽtorum; vtrius adſtipulationem tuæ Maieſtati honorificentiorem futuram putes: tum an æquum videatur aduerſarium, qui occultatus, & tectus vociferatur ex latebris, qui inſectatur, atque anhelat toto pectore noſtrum interitũ, cum his, quas protulit copijs exaudiri potius, quàm vniuerſi Regni vota, quàm ſupplicationes communes pro

Supplex libellus Regi qua de cauſa oblatus. ann. 1598.

nostro capite susceptas, quarum nulla vis est, aut mens alia, nisi vt pro commodis Reipublicæ, id est tuis, tuæ Maiestati supplicent: deinde an nos, qui totius Christiani orbis prouincijs, populis, Regnis fructuosi, atque vtiles iudicamur vni Galliæ exitiosi, aut inutiles futuri simus. Denique an 444
quoque nos æquè cum tua Maiestate Catholici insuper etiam Religiosi, innocentes porro, atque integri pari libertate saltem in Gallia in animorum salutem incumbere possimus, atque omnium Maiestatum Rei, omnium flagitiorum artifices Hugonoti Ministri ibidem in hominum mentes horriferam, seditiosam, pestilentem doctrinam impunè profundere. Quis Catholicus contineat lacrymas, cum hæc audiat? vt verò nihil aliud, Henrice, vrgeret, præter illam Regiam pollicitationem tuã nõ rubore modò, sed horrore suffundi deberet Acephalus, potius quã ea quæ proponit, attingere, multo minus, quod extremæ impudẽtiæ est, suadere: etsi quid hũc pudeat? Latet. sæpe hoc dixi. tenebræ illum, & immoderatæ libidines audacem, & inuerecundum, imò procacem faciunt, vt audeat consilium dare tam parum tuæ Maiestati honorificum, quàm Regno, & statui infructuosum, missa à Rege, atque commodata vox ad Senatusconsulti sanctissimi firmitatem, & momentum pertinet; quemadmodum Senatusconsulta verba sunt Regum: porro promissio Christianissimi Regis pacta Pontifici Christi vicario solennis iurisiurandi vim, atque instar obtinet. Iste tenebrio hortator sibi, atque suasor constituit neutrius habendam esse rationem, tantum

Hugonoti Ministri omnium scelerum architecti tolerantur in Gallia Iesuitæ Catholici arcentur.

De promissione Regia.

Vox Regia Senatusconsulti vim obtinet.

vt furori suo velificetur; qui, nisi Iesuitæ perdantur, eum ad summam desperationem, & ad laqueum adigit voluntarium. Sed tua Maiestas diuino munere mentem bonam, & principis sapientis ingenium, animum Regis Christianissimi est consecuta, quæ numquam patietur, vt honestissimi homines vel qui iam viuunt, vel qui nascentur imposterum, eam de Rege Frãcorum, tantóque Rege, quantum te habitabilis omnes
445 Europæ Regiones prædicant, & mirantur, eam habeant facultatem, vt suspicentur, aut asserant aliqua temere esse locutum, quorum eum postea pœniteret: quidquam vllius aut metu, aut coactu dixisse, quod retractatum imposterum vellet: aliquid spopondisse supremæ omnium, quæ tota Monarchia continentur militantis Ecclesiæ, dignitati, quo de non multo ante, maturo, grauique consilio deliberarit; quanto verò minus apud se recepisse, quod nec præstandi, nec exsequendi voluntatem haberet? nam hæc effecta non sunt neque cum tua Maiestate, neque cum natura tua consentanea. Quas ob res, tuum iam est, Henrice, hinc tuæ sponsionis sanctitatem, illinc conuiciatoris obscurissimi consulta perpendere; vnum vt amplectare, alterũ vt abijcias ad tuam, & numinis immortalem gloriam ad vtilitatem, atque emolumentum populorum tuorum, ad salutem animæ, ad securitatem, prosperitatémque tranquillisimi, ac fœlicisimi Regni.

Excelsæ tuæ cogitationes, maximaq; negotia eius beneuolentisimæ voluntatis effectum morari hactenus aliquantisper potuerunt; atroces calum

calumniæ in nos quotidie maleficis machinationibus excogitatæ quamplurimos homines terruerunt, aut forsitan etiam adegerunt, vt te monerent rem omnem aliquandiu comperendinare, dum quid rei esset magis liqueret. De negotijs, ac rebus tuis, Hĕrice, clam nobis est, nec callemus satis cuiusmodi ea sint speciatim; hoc tantum vniuersè intelligimus summorum Regum magna, & ampla, & plerumque etiam impedita esse negotia, multóque maiora, quàm ad ea expediĕnda illorum domesticum otium suppetat: quod nos de illis maximè expetimus, quod optamus, quod à Deo immortali precamur ad eum tranquillitatis, & prosperitatis portum quàm citissimè pertingere, vt Regiæ erga nos benignitatis optabilem exitum ne remorentur; ac pro eo supplices ad cœlum in dies tendimus manus, tui supplices sumus; tuam fidem obtestamur, clementiam imploramus, potestatem, & opem intuemur: nec Maiestatem tuam dubitamus, aut diffidimus, postquam se ab hoc expediuerit, pro eius amore, qui te ad hoc maximi Regni culmen euexit, ab eo eam summam gratiā inituram, eamque incredibilem felicitatē consecuturam, quam dignam eius infinita liberalitate sperare debemus, vicissimque munificum, ac largum numen eas maximas opes, atque ea noua, & certa præsidia suppeditaturum, quæ ad cæteras Regni difficultates, quæ te aliæ ex alijs impediunt explicandas, atque expediendas sufficere videbuntur.

Regum negotia maxima, ac spissima.

446

44

CAPVT XCI.

QVOD SI QVIS, præter te, Henrice, antehac mirabatur quid esset, quod tā multæ, tam

De calumnijs in Societatem iactatis.

támque atroces calumniæ contra nos iactatæ, scriptæque inueniantur; ex hoc tempore miretur potius summa prudentia, & singulari illibatæ cõscientiæ virtute homines, imo tot amplissimas ciuitates, tot Principes, tot Prouincias hodie reperiri, quæ falsò, atque indignè illa esse omnia in nos conficta non modò certum, sed testatum habent, atque persuasum penitus: nam si sæpenumero opinionem vulgi parua, ac circumforanea imbuit, atque commutat aura rumoris, vel à cursore desultorio, vel à nuncio quoquam leuissimo disseminata; magnum, & mirum, & prodigij consimile videtur nullam penitus fidem fuisse adhibitam tot infandis criminationibus, quæ prolatæ, quæ scriptæ, quæ asseueratæ, iuratæque, quæ iactatæ, ac sparsæ; quæ dilatatæ, ac promulgatæ, tanto inexplebilis inuidiæ apparatu, tot machi-
447 nis, atque artibus, tam multorum omnis generis hominum rumusculis, sermonibus, clamoribus; tot cursores desultorios, tot non veridicos, sed veredarios excursores; tot libellos, & libras, imo hastas, & fora, & compita nactæ fuerunt; mirum, inquam, mihi est ne leuiter quidem ijs creditum fuisse, potiúsque ijs omnino contraria esse, ipsa re magis loquente, quàm obstrepente calamo, persuasa; ista tempestate præsertim, cùm nihil est tam volucre, quàm maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius dissipatur. Mirum nos etiam tot annos veluti inter sacrum, ac Saxum, vt aiunt, positos inter extrema, atque disiuncta hominum hinc beneuola studia, illinc malefica odia medios fluctuasse semper erectos,

Societas inter duo extremæ summæ laudis, & summæ inuidiæ collocata.

ac

ac velut gemina lance libratos, atque suspensos: cùm alij nos miris laudibus in cœlum ad summa sydera efferrent, alij in profundum vsque ad ima Tartara maledictis, criminibúsque deuoluerent: itaque nos eodem hoc ipso tempore summè execrabiles, & summè laudatos, & amabiles, imo pene admirabiles esse visos: certè ad quamdam expressam similitudinẽ eorum, quæ ad nos condocē faciendos innocẽtissimus Iesus generis nostri restitutor, ac liberator ipse pertulit, de quo inueniebantur qui dicerent, *quia bonus est*: alij qui contra contenderent, *non, sed seducit turbas.* Vitæ nostræ instituta ratio materiã harum tot opinionum, horúmque sermonum attulit: ac duo diuersa, & inter se plurimum dissentanea hominum genera horum varietatem, atque repugnantiam procrearunt. Hi cum accuratè perspicerent nostra consilia, dicta, facta esse ad vnguem Christianis legibus consentientia, Ecclesiæq; Catholicæ peropportuna, & commoda: exinde cùm ijdem ipsi & honorati, & optimates probi, & Catholici essent certam argumẽtandi rationem arripuerunt, secum vt in hunc modum haud dubiè ratiocinarentur, sincerum, atque integrum oportere esse nostrum ordinem ex Iesu Christi salutari doctrina, qui cognosci ex fructibus arborem imperat; quare etiam magni fecerunt, complexique sunt, inusitata quadam vel inclinatione summi amoris, vel propensione conspirantium animorum: idque pro certo, ratóque documento, atque effato tenuerunt fieri non posse, nullo modo posse arborem esse malam, quæ fructus afferret

Ioan. 7. — Bona arbor fructum bonum. — Matt. 7.

vberri

448 vberrimos,& ſuauiſsimos. Hoc viderunt ex quotidianis operibus Societatem pro ea tenui, quam habet ope, enixe ſaluti animarum operam dare, teneram, atque flexibilem iuuentutis ætatem, ad pietatem,& literas inſtituere, deſeruire Reipublicæ, pro tua Maieſtate ad ſuperos vota, precéſque tranſmittere; diſsidentium hominum inimica iurgia,& animoſas contentiones reconciliata pace componere; petere, ſternere, affligere hæreſes, à ſceleribus, ac peccatis ad frugem improbos reuocare; ab infidelitate, atque ferocia barbaros ad Chriſtianum cultum adducere; nullam mercedem induſtriæ, præter diuinam gloriam, atque hominum frugem, & commoda deſiderare: idque quòd omnem admirationẽ æquare videtur, aggredi potuiſſe adeo ferociter vexatam à barbaris, raptatam ab hæreticis, laceratã ab improbis, petitam à proditoribus, & præuaricatoribus Catholicis, exercitatam domi, negotioſam foris, denique cum infidelitate, cum errore, cum ſcelere, cum teterrimo ipſo humani generis hoſte fremente, iam ab ipſis ſuis incunabulis, deſtinato marte luctatam. Quibus tantis, tam certis, tam expoſitis ad aſpectum omnium nationum antecedentibus ex rebus, ſapientiſsimi illi homines conſecutionem hanc neceſſariam effecerunt, nos certo eſſe Chriſtianæ iuuentutis correctores, non corruptores; nos otij publici conciliatores, non inſidiatores; nos ſtatus, ac Regis famulos, non æmulos; nos Reip. fructuoſos, non proprijs commodis quæſtuoſos; nos Religioni Catholicę vtiles,& neceſſarios, non exitiabiles,& aduerſarios,

Societatis Ieſu publica & probata ſtudia.

nos

nos probos,ac frugi Religioſos Chriſtum,ac cœlum omnino ſpirantes,non quæſtum, ac cœnum ſperantes. Verùm quia illæ res non ſatis ad guſtũ, & ſenſum inuidia crepantis Cacodæmonis arridebant;illique cor intimè vulnerabãt, vbi odium immortale virtutis,& ſalutis hominũ concoqueretur,atque iamdudum ebulliret,quid egit hoſtis truculentiſsimus? quod illius artes, quod caninam rabiem decebat, conuicijs, falſiſque criminibus appetiuit, vt authoritatem rebus illis, & exiſtimationem, & famam apud mortales eriperet; vt nobis præſentiam illam animi,& robur 449
egregium, ſpem,& fiduciam aut debilitaret, aut frangeret: vt ante in medio ſpatio laborum noſtrorum curſum abrumperet, quàm portum optatum aſpicere potuiſſent; aut ſi id non poſſet, qui videret hanc nobis potius excidendam linguam fuiſſe, qua vel euulſa,ſpiritu ipſo eſſemus noſtra libertate ipſius libidines refutaturi; certè hoc niteretur, quod iam multò ante ſperaret, vt noſtram ſaltem tantiſper induſtriam retardaret. Quamobrem diuerſa ſtipata ſeruitia, appoſitóſque ſatellites concitauit,optimis illis, atque honeſtiſsimis viris penitus contrarios, vt illorum opera noſtro nomini infamiã pararet, & nomina imponeret naturæ rerum à nobis geſtarum prorſus aduerſa, & aliena: ita veritati falſitatem cæci anteponerent; integritatem noſtræ doctrinæ ſe[illegible]n, atque hæreſim appellarent; paupertatem auaritiæ; Religionem ſimulationis; obedientiam arrogantiæ; frugalitatem intemperantiæ; inuiſa atque indigna appellatione peruerterẽt. In ſumma

ma illa dicerẽt, illa ſcriberent, quæ duo portenta generis Chriſtiani Rabula anonymus, & Catechiſta deſperatus præ omnibus intemperãtiſsimè conſcripſerunt. In quo ingentem gratiam ſuis libellis à calumniatoris Diaboli inflammatis furijs iniuerunt, operámque illi non tam egregiam, quàm omni Diabolico conciliabulo deſideratiſsiſimam nauarunt. Sed ille haudquaquam quæ deſtinauerat omnia eſt aſſecutus: nam herum habemus, ac Dominum omnipotentem, qui frænum iniecit, qui miras habet artes, atque rationes in promptu prodendi, vindicandique mendacij: qui ſeruulis ſuis eam mentem, id robur, eos animos, atque eam virtutem ſubminiſtrabit, qua & animoſo marte contendere, & debellare hoſtem infeſtum poterunt, in eo campo, ac ſtadio vbi exercitati primùm, probatique, tum coronati, remuneratique ſumma tum ſua, tum præpotentis numinis gloria, æterna verò dæmonis, & operarum locatarum ipſius infamia omnes glorioſiſſimi Chriſtianæ virtutis athletæ fuerunt.

CAPVT XCII.

Varij Dei famuli variè calumnijs appetiti.

MOSES olim à ſuis, non modo ab hoſtibus in Ægypto calumnias, & probra, &
450 inſidias tulit; ſic vt è Regia Pharaonis aufugere, atque in Madianitarum vaſtas ſolitudines, vt mortem euaderet, recipere ſe cogeretur: præterea deinceps populo peruicaci præpoſitus, quem ab Ægyptia tyrannide, & grauiſſima oppreſſione diuinitus vindicatum in tutum educeret, quæ tum ille conuicia, quę falſa impoſita crimina, illa quadraginta annorum moleſtiſſima ruſticatione *Moyſes.*

ne, per desertas, & derelictas abruptæ Arabiæ
Ioseph. Regiones est passus? ante hunc Iosephus adolescens, ætate, ac pudicitia florentissimus, ab illa ipsa in crimen, atque in discrimen capitis indignissimè vocatur, quæ non solùm impudica, sed etiam procax illum ad stuprum, non modo flagrantia oculorum, & meretricia libertate sermonis, totáque illa prouocatione nefaria, sed vi etiam, incestaq; rapina pellexerat; atq; ea iniquissima criminatio ipsum totos duodecim annos in
Dauid. carcere, & in vinclis tenuit. Nemo nescit Dauidem fortissimum, & inuictissimum Principem apud Saülem non famæ solùm ingentes ruinas,
Daniel. sed etiam vitæ summa pericula subijsse. Daniel quotus est quisque, quin audiuerit aliquando, quàm multis maleuolorum hominum iniustis insectationibus fuerit lacessitus; tandémque in Leonum caueam inimicissimorum hominum falsis accusationibus, Rege annuente, coniectus?
Mardochæus. Omitto Mardochæum, & omnem Hebræorum nationem periclitatos, atque in extremo insidiosæ voraginis margine collocatos tantumnon præcipites actos fuisse factione calumniatoris Amanis, germanissimi illorum temporum Catechistæ, qui sacrum populum falsò apud Assuerum Regem Persarum, Medorumque detule-
Susanna. rat. Taceo Susannam omnis pudoris, & pudicitiæ sempiternum mulieribus nostris propositum exemplar, quæ præsentissimum lapidationis, iniustissimi, ac fœdissimi adulterij discrimen adijt, impurissimorum senum, ac iudicum (non modo aduocatorum, & Catechistarum senum) inaudita

dita mille sæculis falsitate, ac tyrannide, qui illi
mirabili fœminæ nefarium stuprum inferre, ipsi
vilissima totius obscœnitatis mancipia, euer-
so, prostitutóque iam animo, destinauerant.
451 Nunc vnigena Dei præpotentis soboles Chri-
stus Iesus omnium mortalium, quotquot hunc
vitalem spiritum vmquam hauserunt, atrocissi-
mè maledicentissimorum hominum sermoni-
bus exagitatus, ijsque potissimum in rebus, quæ
illius diuinis studijs, atque virtutibus, quantum
vlla res alteri rei potest, aduersabantur: verita-
tis authorem, doctorum magistrum, ipsam æter-
næ sapientiæ antitypam, vt Græcè cum Basilio
dicam, atque expressam imaginem mundo
cum immortalis pater immiserat. Hunc vete-
ratorem, hunc plagiarium, hunc veneficum
appellarunt. Eò descenderat, ac penes eum erat,
vt diuinas leges stabiliter obseruandas propo-
neret, nominatim persuaserat quæ Cæsaris es-
sent, pendere Cæsari: ipsum reipsa ipse præsti-
terat: didrachmum pro vectigali in ciuitate Ca-
pharnensi persoluerat: tamen Cæsaris hostis,
Cæsareæque Maiestatis contemptor habetur,
ac dicitur; imo defertur de læsa Maiestate, quasi
pensitare vectigal Cæsari prohiberet. Suffraga-
tionem, electionemque populi vocatus, vel po-
tius vi raptatus ad Regnum recusauerat. Mi-
ra conuiciatorum amentia! mox prehensati, af-
fectatique Regni accusatur; venerat vt quasi
intermedius arbiter, & sequester hominem re-
duceret, reconciliaret, restitueret in gratiam
cum patre Deo, vt ipsos homines inter ipsos, fir-

Christus ipse ipsa veritas.

Veterator. Ioan. 7. Matth. 27.

Auctor omniũ optimarum legũ, ac Regum. Prou. 8.

Hostis Regni habetur & Cæsaris. Ioan. 19.

Regnum recusauit. Ioan. 6.

Prehensati regni accusatur. Ioan. 19.

Princeps pacis seditionis, & factionis insimulatur. Luc. 23.

mata pacę, componeret; ipſe pax æterna hominum, Princeps pacis: ecce tamen, qui illum factioſum eſſe, qui ſeditioſum, qui turbulentum inſimulent. Agitatores obſeſſorum corporibus Dæmones abigebat; ipſum Dæmonum anteſignanum, maleficum, & magum, denique occupatum à Dæmone exprobrarunt. Dicto, factóque temperantiam, & frugalitatem docebat. Nihil tum, euadere non potuit, quin ebrioſus, & helluo haberetur. Tandem ipſe ille innocentiſſi- 452
mus totius integritatis, atque iuſtitiæ viua, atque infinita ſpecies, inſtar latronis iudicatur in curia, latroni poſtponitur, cruci ſuffixus ſpecie latronis indignè mactatur; inter inuiſum par latronum, tum ipſo mortis turpiſſimæ dehoneſtamento, tum Societate Reorum capitalium execrabili infamatus.

Dæmonum hostis debellatur infestissimus magus & Belzebut appellatur. Matth.12. Luc.2. *Helluo, & potator vini.* Matth.2. *Latro habetur.*

CAPVT XCIII.

Seruatoris Iesu Christi de calūnijs, & calumniatoribus admonitio.

IAM CVM MVLTO ſeruator antè proſpiceret futurum eſſe, nihil vt ſuis, hoc inſectationum, & maleficiorum genere parceretur; egregiè illos non modò erudiuit, ac de cætero animauit; ſed contra futura certamina primis ſuis, poſtremiſque ſermonibus toto familiari illo diuino colloquio diligenter armauit. Tumque imprimis cùm illa moneret. *Sufficit Diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius; & ſeruo ſicut Dominus eius: ſi patrem familias Beelzebut vocauerunt; quanto magis domeſticos eius?* item alibi. *Beati eſtis cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me, gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: ſic enim perſequuti ſunt*

Matt.5.& 10. Matth.5.

ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Nec prædictionem feſellit euentus: ab ineunte,& primùm adnaſcente primore Eccleſia ad hæc vſque maledica tempora diuinationi omnia reſponderunt: neque ego vllum genus hominum puto fuiſſe toto orbe terrarum, aut pluribus, quàm Chriſtianos, aut atrocioribus probris aliquando,
453 atque omnis exempli maledictionibus dilaceratum. Quare ſi iſta Societas venenatorum hominum contumelijs multo immiſericordiùs, crudeliusque diſcerpitur, quàm vlli alij ſodalitati Religioſæ vmquam meminerimus contigiſſe, eſt quòd exultet, geſtiatque ſuo triumpho: nec in malam id partem accipere, aut ſe afflictare præterea debent homines probi. Ipſum hæreditarium eſt filiorum Dei authoramentum;ipſa æterna,ſtabiliſque paterna fiducia, inuidorum iniuſta exprobratio. Neque non res eſt aut ad ſummam conſiderationem, aut ad ſuauiſſimum diuini fauoris exemplum ſedulo expendenda, Societati eam cœleſtem gratiam, prouiſione quadam diuina afflauiſſe, vt ijſdem ipſis ſigillatim magnis,atque infeſtis agitationibus appeteretur, quibus antiqua maiorum noſtrorum memoria, Chriſtianorum omnium vniuersè vita, ac fama aliquando fuiſſet à barbaris appetita. Magnum, & graue, & ſolidum argumentum, Deus immortalis! cœleſtis cuiuſdam beneuolentiæ, vnde cognoſcas horriferum illum Stygium Draconem omni furiali indignatione crematum, huic Societati propriè iratum, in eam maioribus quibuſdam odijs exardeſcere, quòd eius la-

certis amentatum iaculum dorſo impactum acceperit, quo veluti omnium furiarum aculeis extimulatus illo tanto, tamque implacabili furoris ardore bacchetur.

CAPVT XCIV.

Multiplices in primores Chriſtianos iactatæ calũniæ, eadem quæ de Societate hodie iactantur ab hoſtibus.

Chriſtiana Religio contumelioſè dicitur ſecta. Act. 24. & 28.

Superſtitio exitialis Tac. lib. 15.

Noua, & malefica Suet. in Neron. c. 16.

Tertull. apol. cap. 2. & cap. 10.

Chriſtiani omnibus ſceleribus coopert̃i.

CHRISTIANA Religio cum aliquo ſemper adiuncto ſacrilego, SECTA, atque SVPERSTITIO apellabatur à barbaris; à Cornicula, non enim à Cornelio Tacito SVPERSTITIO EXITIALIS: à Suetonio NOVA, ET MALEFICA. Hæc Societas eadem illa paſſim cognomina, hoſtium conuiciis, tulit. Catechiſta multo plura etiam coacervauit, quæ tua Maieſtas ex me audiſſe commeminit: ipſeque vnus ſat eſſe poteſt, ex quo vberem copiam, ac ſegetem hauias, vnde omnium maledictorum, tum quæ in Societatem à quoquam, tum quæ in Chriſtianam Religionem ab hoſtibus fuere coniecta conſtare, ac exiſtere queat plena, & exaggerata collectio.

Chriſtiani infidelium furore ſemper oppreſſi quotidianis illorum querelis, & clamoribus 454
perinde ac deteſtabiles Deorum hoſtes, atque hominum, paſsim in ſcenam, atque in circum traducebantur. *Chriſtianum hominem* (Tertullianus inquit) *omnium ſcelerum Reum, Deorum, Imperatorum, Regum, morum, naturæ totius inimicum exiſtimas.* Errones, ac transfugæ Hugonoti horum nominum plurima nobis adiuncta aſperſerant: at Catechiſta accommodat, & conglobat omnia: idcirco vt tum Chriſtiani, Rei ſcelerum omnium, barbarorum contumeliis habebantur, haud minus Ieſuitæ numinis hoſtes, Regum carnifices,

nifices, vniuersitatum furiæ, legum sacrarum, humanarumque, morum & omnis Religionis pestes, denique omnium criminum criminosa portenta huius periuri Catechistæ Catholici sacra Catechesi iactantur. Quo hanc tetram belluam deuotam, ac sacram omnibus diris auspiciis, omnium nobilissimorum calumniatorum exemplar archetypum barbaris ipsis magis barbarum possis agnoscere.

Christiani nominatim læsæ Maiestatis humanæ, ac diuinæ postulabantur. *Itaque sacrilegij, & Maiestatis Rei conuenimur*, quod Tertullianus illis exponit. Catechista cum Rabula acephalo, nos eo crimine sæpe lacessit; eúmque ad finem omnis ea coniurationum in principes, quorum nos authores, & consiliarios esse dictitant, infamis, atque inuisa architectura comparatur. Christiani læsæ Maiestatis Rei, Tertull. in Apol. cap. 10.

Christiani barbarorum dictis, atque dicteriis factiosi, omnium malorum machinatores, atque opifices proclamabantur. Hoc Tertullianum fugere non potuit. *At illis potius*, inquit, *è contrario nomen factionis accommodandum est, qui aduersum sanguinem innocentium conclamant prætexentes sanè ad odij defensionem illam quoque vanitatem, quòd existiment omnis publicæ cladis; omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues, statim Christianos ad Leonem.* Aduersarius, & Catechista frugi Christiani, Romani Catholici, perbellè ad viuum hanc animosam infidelium immanitatem nobis eodem consociatæ calumniæ atra- Christiani omnium malorum autores, ac principes, Tertul. in Apol. cap. 40.

mento commaculandis expresserunt. Nam conceptis verbis Iesuitas suis criminationibus omnium totius diffusissimæ Christianæ Reipub. incendiorum, populationum, exitiorum, malorum denique omnium architectos esse; idque Parisijs, in ciuitate Catholica, in curia ad Franca lilia, apud Regem, eius simulato studio monstrosa inuerecundia criminantur. Rabulæ certè desperati ad tuam Maiestatem repente ex deuia ratiocinatione conuersi contra nos illa non verba, sed prodigia sunt, *Nunc etiam, Rex, habes*, inquit, *memoriam, eámque recentem eorum, quæ isti factitare norunt; quam si tu memoriã perdidisti, admoue caput ad fenestrã, difficile est vllo te in loco totius tui Regni esse, vnde non infinita fragmenta ac rudera circumspicias domorum, quas ipsi inflammarunt, infinitos pupillos impuberes, quos ad summam mendicitatẽ redegerunt.* ô Spartace! agnosco te in hac fenestra, coluber excantate, serpens effumigate. Ita in fastigio templi cum Dæmone Dominum Regem, non in fenestra collocare debebas, vnde contemplaretur, vt minimum viginti millium templorum à fundamentis excisorum rudera, atque fragmenta in vna Gallia, ab Hugonotis, reformati trophæi loco collocata: vnico an. 1562. Caluiniana manu sacerdotum, aut Deo sacrorum hominum duo, & quadraginta millia, omni crudelitatis genere iugulata: infantes per matrum viscera laceratos; matrum, virginum vteros, ô Sol! inuerecundo puluere per infima viscera impudenti igne subiecto, & sub naturæ secreta succenso displosos: Gallorum nostrorum, annis non totis decem, te-

Pag. 95.
Notabilis Rabulæ reuerentia cùm Regi loquitur.

ste Colignio Hugonoto vicies centena millia trucidata, nosodochia nongenta euersa, monaste-
456 ria ad duo millia solo æquata, vrbes sub vno Henrico tertio, aut arces supra ducentas vi occupatas, omni depopulatione vastatas, ac pene excisas; vt veteres illas horrendas ruinas vniuersi Regni nihil attingam; equos, ac sues ad virorum, & fœminarum viscera depascenda adactos; Ludouici X I. ossa eruta, inflammata, Radegundem Reginam mortuam exustam; Francisci I I. cor effossum, concrematum, soleas, laminas, clauos, rotas, euiscerationes, Ludos ex humanis, & sacris capitibus statos, & illas omnes carnificinas innouatas. Hæc voluit, vt videremus in Regno, ac ne Regno quidem cohibere furor eius potest; prosilit foras; omnia vbicumque patrata nouo scelere comprehendit. Deierat Iesuitas, non tantum Regno Galliæ, sed etiam Sueciæ, Poloniæ, Lusitaniæ, Reginæ Scotiæ ruinam, extremamque perniciem importasse. Neque in eo conquiescit; sed præterea nos omnium funestissimarum coniurationum, ac facinorum textores, fautores, authores extitisse, quæ tota latè protensa Europa desæuierunt: perge. pergit, omnium insuper præteritorum, præsentiúmque malorum, quæ vsquam gentium in perniciem humani generis eruperunt. Estne quo progredi possit, vel ipsarum coniuratarum Eumenidum infinita maledictio? inueniemus. Iste omnibus posteris sæculis auersandus, & execrandus Catechista, præter hæc omnia, longius extra mūdum Enthousiasmo ipsas inanitates vl-

tramundanas opinabiles tranſcendente, furore, ac ſcelere præteruectus vaticinatur de vltimo tempore, atque affirmat aliquando Ieſuitas vrbi Romæ extremum excidium allaturos. Eſtne hoc ſatis? etiam Chriſtianam Rempublicam funditus euerſuros. Hoc deerat vnū, vt adderet Deū ipſum Gigantum more debellaturos. Addidit, dixit, ſcripſit. Quid expectamus vlterius, niſi vt cum inflari non poſſit vlterius, diſrumpatur? id vnum ex omnibus non expectamus: ſed heu! illi meritò timemus, cùm proximâ luna vltima rabie grauidatus animam, quam maledicendo in vita traxit, deſperando, ni reſipiſcat, in morte diſruptus eructet.

Chriſtiani infructuoſi inertes. Tert. in Apol. ca. 42.

Barbari obtrectabant Chriſtianos videri homines nihili, negotijs infructuoſos, atque Reip. ſocordes, ac ſtupidos, denique ad nullam rem habiles, ad res verò gerendas inertiſſimos. Hic frugi noſter Acephalus, & qui illi nequitia cedere nuſquam ſolet, Catechiſta ſcripſerunt noſtros auditores ad ſolam contemplationem eſſe idoneos: non comparere in magiſtratibus, vix capite emergere in Republica.

Barbari Chriſtianis guttur illidere volebant, ne ſe defenderent, cùm alias latrones, & ſicarios indemnatos, & inauditos damnare non liceret. *Chriſtianis ſolis nihil permittitur loqui, quod cauſam purget, quod veritatem defendat.* Catechiſta Tyrannus vult Societati fauces obſtringere, vult viuam præfocare; ſuadet, iubet, premit, ne aliquid obiectis criminibus reſpondeamus.

Barbari

Christiani edaces ac temulenti

Tertul. Apol. cap. 39.

Barbari Chriſtianis edacitatem, ac vitium ventris exprobrabant: eorum cœnulas prætérquam ſceleris infames, vt prodigas quoque, ſicut Tertullianus ait, ſugillabant: atque *cum tot tribubus, & curiis, & decuriis ructantibus*, vt ille viciſſim exprobrat, *aer aceſceret, atque fumaret, de ſolo triclinio Chriſtianorum retractabatur.* Catechiſta compotor Hugonotus, qui non magis ciborum delectum habere ſacris diebus nouit, quàm conuiciorum in foro; noſtro parenti Ignatio tamen culinam opponit, ipſe impurus Salius non ille Martialis, ſed mimus cui cænaturo creditore ſit opus, dat veniam coruis: itémque iactat nos hanc Societatem adire, vt immenſæ gulæ, atque abdomini, quod ipſe magis pingue ſuillo adipe ægrè iam trahat, ſeruiamus: quæ ille nunc haud magis verè eructat in Ieſuitas, quàm illi olim mendacis diaboli prægustatores, nominis Chriſtiani obtrectatores hoſtes in maiores noſtros vomebant.

Chriſtiani accuſati quod mutuo ſe fratres vocarēt. Tertull. in Apol. 39.

Romanū nomen illis pernegatum ibid. cap. 36.

Barbari offendebantur, quòd ſe Chriſtiani
457 viciſſim fratrum nomine compellarent. *Sed, & quod fratres nos vocamus, infamant.* noſter Themiſta temeti, quàm themidis conſultior Catechiſta grauiter vulneratur, quòd Societatis Sacerdotes nominātur patres. Illi Romanos vocari Chriſtianos nolebant, hi Catechiſtæ prætérquam quod in Catholicis Romanum nomen Hugonoti derident, etiam Ieſuitas Francos dici vetant: Hiſpanos odioſo Franci nomine appellant. Naturæ reſtitutor humanæ, ac ſeruator IESVS primum ex ſuo CHRISTI nomine fuit ab Herode vexatus

Nomen Chriſti ab Herode vexatum. Matt. 2.

tus, minimè illo quidem Iudæo, ſed extrario, atq; infideli barbaro; cũ Chriſtum infantẽ ad necem quæreret ſciſcitatus vbinam CHRISTVS naſceretur: poſtea de IESV ſacroſanĉto cognomine à Iudæis domeſticis hoſtibus, ac fratribus eſt appetitus: nam ad Pilatum de eo illum nomine deferebãt, etiamque pro mulĉtæ capitalis cauſa, IESV nomen cruci prætentum, præfixumque eſt. Pari feritate in corpore myſtico, ac membris Eccleſiæ petitus fuit primùm in appellatione nominis Chriſtiani à CHRISTO deduĉti: nam ea vox ſola Reum capitalem hominem faciebat. *Illud ſolum expeĉtabatur, quod odio publico neceſſarium eſſet, cõfeſſio nominis, & non examinatio criminis.*

Nomen Ieſu à Iudæis reprehenſum.

Solum Chriſtiani nomen hominẽ Reum faciebat capitalem Tertul. in Apol. cap. 2.

Audiri, aut legi poteſt Tertullianus, cuius hæc ipſa ſunt, quę modo dixi. Iam verò Chriſtus à Chri- 458
ſtianis, & quidẽ Catholicis Romanis diſcruciatur in IESV nomine, eo imprimis, quòd Hugonoti hanc ſalutarem appellationem immitius, & faſtidioſius audire ſolent; imo ſtomachosè proferre, atque indignè cùm CHRIST Gallicè decurtatum proferre malint valde breuiter, vt ſe ſe cito à Deo expediant: quodque peius eſt, quando Dęmonibus ipſis horrendum nomen Ieſu Geneuæ pronunciant; haud magis honorificè, ac reuerenter faciunt, quàm ſi Heliogabali appellationem proferrent, quo audito Caluinum auum ſuum reuixiſſe putent; ſceleſtè, & impiè id quidem, atque non ex more maiorum, ac diuinæ veteris Eccleſiæ, quæ nomen Auguſtum ſemper cũm ſcriberet, aut proferret, id verò ſumma reuerentia, incredibili quidem cultu ſolennis religionis

Duplex nominis IESV impugnatio.

ligionis faciebat, facitque, & faciet memoria omnium seculorũ. Præter hæc, ex eo istis hominibus immortaliter inuisum esse IESV nomen intelligimus, quòd in eo nos ab Hugonotis importunissimè interpellamur: atque vtinam ab ijs solum, sine domesticorum intestina inuidia, peteremur, qui Catholicos simulant, & Caluinalia viuunt; inter quos sibi primas facile Catechista vendicat. Eius sacri cognominis causa, arrogantes, elati animis, studiis inflati, & insolentes, imò plusquam nefarij ac sacrilegi habemur, iuxta, ac si hoc nobis arroganter, pro Societatis insignibus, ac pulchro titulo inuaserimus. Frustra acclamamus, ac defendimus id honoris causa ausos esse nos, atque, quod res est, ad memoriã diuinissimi nominis celebrãdã. Frustra, nobis à sancta sede Apostolica, à sacro Concilio Tridentino vltro concessum; frustra, id esse imprimis insigniter IESV nomen cohonestare, & colere, nostrum ordinem nõ ab alio, quàm à dulcissimo Iesu nomine nũcupare: vti sodalitate dicere Trinitariã, aut ordinẽ Regium Spiritus Sãcti denominare, ipsum est adorãdam sanctissimam Triadem, diuinumque Spiritum honorare, ac magnifacere. Non idcirco quiescunt: nihil de suo ingenio remittunt: pergunt tamen maledicere, nosque de nominatione sanctissima criminari, id
459 quod sedulò, si placet, attendet, atque indignabitur tua maiestas: primum, neminem Christianum ea de causa nomine arrogantiæ suspectum fuisse, quod se Christianum à Christo gloriosissima appellatione diceret; idque honorificum

Nomina ordinibus religiosis imposita ad commẽdationẽ & gloriam numinis.

Ordo Sancti Spiritus & Trinitariũ.

cum

cum Christo semper habitum fuisse: deinde nullum vnquam ordinem Religiosum malè audisse, multo minus vexatum fuisse, vllo suo quocumque an claro, an obscuro, an diuino, an humano nomine præter hunc nostrum, quamquam plerique multo diuinius, & gloriosius, quàm nos, & modò habent, & dudum etiam habuerunt. Ex quo genere illi, sine controuersia, sunt vniuerso Regno Gallico non modò adstipulante, sed etiam plaudente, quos ordinis Regij Sancti Spiritus, quosque alios eiusdem appellationis ordines nominare solemus; quod nomen diuini Spiritus æquè gloriosæ Triadis personam tertiam, atque IESV alteram sua maiestate complectitur. Quid dicam eos, qui multò etiam magnificentiores titulos sustinuerunt, quales Trinitarios appellamus longè opulentiores, & excelsiores hoc nomine, quòd omnes sanctæ Trinitatis personas occupant, quàm nos, qui de vna, eaque humanata lapidamur? Ergo pro illa denominatione afflictamur, atque in societate viuere, quæ nomen Iesu sustineat, nec non iam esse Iesuitam capitale est, criminosum est, execrabile est, vt quondam esse Christianos. Catechista ad viuũ, vt solet, hanc barbarorum persecutionem, vno quodam loco suæ nefandę Catechesis repræsentauit; vbi magnificè laudato Iesuita, qui pro Societate supplicem libellum tuæ Maiestati inscripsit (quæ quidem laudatio turpissimi hominis ipsi laudato pene est turpis, ex 460
timido animo, qui mucronem eius calami timeret profecta) sed laudato tamen, propter nescio quam

Nullus ordo de nomine præter societatem vexatus est vnquam.

Alii iordines gloriosiora nomina sortiti.

Nota in Catechistã. Timore exanimatus laudat Iesuitam fol. 2.B.

quam honorificè prædicatam laudem tuam, denique exceptionem adhibet Iesuitæ. *Tu, inquit, nimis generosam mẽtem nactus es, nisi quod es Iesuita, hoc vt aliter sentire audeas.* quasi verò Iesuitam esse, crimen esset, aut macula, quæ omnia fœdaret: nec esse vir honestus simul, atque Iesuita quis posset. Idololatræ barbari, qui designare hominem odiosum volebant, Christianum dicebant; isti cùm idem velint, EST IESVITA. ex eorum legibus, atque ingenio viuere quis recusat? Barbarus, Iesuita: amatorem se præstat religionis, atque virtutis? superstitiosus, ignauus, Iesuita. veneratur, prædicatque Pontificem maximum? sacra tuetur? hæresim insectatur? Hispanus, proditor, Iesuita. est studiosus? colit pietatem? confitetur sæpenumero de peccatis? sacram Synaxim frequens adire consueuit? simulator histricus, mimulus, ostentator, inani stupore aniliter imbutus, bardus, excors, stolidus, Iesuita. ô tempora! ô mores! eodem illo genere dicendi Hugonoti ministri doctrinam Catholicam de libero arbitrio, de authoritate Pontificis, de adoranda Eucharistia, de tota Christiana scientia Iesuismum appellant: quod item aliis de rebus Catechista assolet, atque iam prædicat medullam esse, & florem delibatum Papatus: summa vt dicam, Iesuitam esse, istorum recepto sermone, ipsum est perinde, atq; superstitiosum, factiosum, simulatorẽ, superbum hominẽ, omni exuberante nequitia profligatissimum esse, imo Tartaream sobolem cacodæmonis, quæ familiaris est à Catechista Iesuitis indita nomenclatio.

Iesuitam esse capitale.

Doctrina Catholica iã Iesuismus Hereticis appellatur.

tio. Ea ea eſt inſita tetro, atro Satanæ, & ſemper vſurpata ratio, proinde membra calumnijs inceſſendi, veluti caput eſt inſectatus: id eo pacto ſinente, ac ſtatuente diuina prouidentia, vt ſuis materiam pugnæ, mercedis, gloriæ, triumphi, victoriæ ſubminiſtraret. Egregium 461
verò decus illius omnino, præſtanſque gloria, qui eius nominis gratia, audet ſe in medium diſcrimen obiicere.

Cur Deus permittat calumniatores viuere.

PERORATIO.

QVARE, vt concludam Henrice, aliquando, hæc quidem certè Societas hanc vexationem magni, & immortalis à Deo collati beneficij loco numerat, parata animo omnia hoſtilium opprobriorum, pro ſingulari Chriſti amore, omnia extremæ infamiæ, pro eius honore dedecora, quantumuis criminosè conficta perrumpere: certa vel gloriosè, atque fructuosè emori, vel ope diuina omnes hoſtium violentos conatus, & impetus aut ſuſtinere, aut affligere, equidem inde lætum, atque vberem fructum reportare ſecuræ, intemerataque conſcientiæ, auida, incitata, & flagrans ardenti ſtudio omnem amorem, laborem, induſtriam impendere commodis Reipublicæ, tam in tuo Regno, quàm alibi vſpiã in tua fide, ſub tuis ſignis poſtquàm tuæ Maieſtati placitum erit nos poſtliminio priſtinæ gratiæ, quam, audeo dicere, nulla vel leui culpa noſtra perdidimus, reſtituere. Denique hac omni deſignatione inuictiſsimi pectoris, hac ſumma deſtinati animi firmitate, eò inſtructa, iurata, conſociata, vt ſanè prompta, expeditaque fiducia à numine ſpectet, eiúſque ductu ſuſcipiat quidquid humanitus vſquam acciderit, re-

ſtitutionem


ſtitutionem, ſi tuæ clementiſſimæ Maieſtati videbitur; exilium, quod nuſquam erit à tua obſeruantia, à ſtudio patriæ, ab amore Reipublicæ in noſtro pectore; etiamque vincula, crucem, mortem denique ipſam terribilem, ſi Deus his vim eam tantam, & copiam, facultatemq; permiſerit, qui nos perturbant, qui etiã, atq; etiã inſtant, vrgent, inſectantur, vt cariorem nobis vita virtutis, & fidei famam, & exiſtimationem eripiant. Et verò ſi nobis patria, ſi fama, ſi vita tolletur; reliqua erit tamen illa ad conſolandum vna in paucis, in ſummis angoribus conſcientia, nos ea noſtri muneris parte eſſe, eaque religionis pietate defunctos, vt conuiciatoribus reſponderemus; vt omnes ſuſpicionum latebras illuſtraremus, atque à bonorum omnium mentibus propulſaremus; vt Maieſtati tuæ ſupplices eſſemus; illi nos ipſos penitus dederemus; quemadmodum ego nunc vniuerſæ Societatis afflictæ, verùm innocentis nomine ſummiſsè ſupplico, me-
462 que, ac illam ex animo defero, do, dedo, trado, nuncupoque, hac mea expoſtulatione, & defenſione publicè tuæ Maieſtati expoſita: vt quod Tertullianus in Chriſtianorum cauſa dicebat. *Si nimis operata domeſticis indiciis Societatis huius infeſtatio obſtruit viam defenſioni, liceat veritati, vel occulta via tacitarum literarum ad aures tuas peruenire.* Liceat Regem ſemel imploraſſe, pro noſtra innocentia, aduerſus inuiſum Rabulam anonymum, omnéſque, quorum ille cauſam perorauit: qui non tam Societatem, quàm Catholicam Ec-

Tertullianus in Apolog. initio.

clesiam, tuámque salutem, ac statum detestantur; quamuis vtrumque complecti se summo quodam amore simulant, vt illo quasi sono plausibilis, huius ac dulcis harmoniæ influere, atque irrepere in aures possint, & n corda Francorum, inibi nostri nominis detestabile odium, & inexpiabilem inuidiam quamdam insculpere, Societatem perdere funditus, & exturbare; tum verò ex illa prima impressione omnes ordines, omnem Religionem alta impietate fundata pessundare: verùm ille pauperum defensor, ac tutor prouidentissimus Deus, huius Societatis author, & custos hanc fouebit, hanc tuebitur, hanc desertam, hanc derelictam assumet in gremio, nec opus suum aspernabitur: quod quidquid erit aut diuinæ in nos clientelæ, aut conseruatæ integritatis, omne tibi, tuis tuóque Regno comparabitur, vt tuæ maiestati, vt vniuersæ Galliæ, vt suauissimæ patrię, qui remotissimis orbis partibus non desumus, multo etiam magis studeamus, seruiamus, obsecundemus, omni studio, eáque fide, quam afferre humiles, atque inopes Religiosi possunt, pro numinis gloria, pro salute, atque dignitate Principis, pro Regni, patriæque obsequio. Quod ad extremum oro diuinam Maiestatem, & quæso, Henrice, quam precari, venerari, atque implorare debemus, vt qua duce in hanc spem, sententiamque sumus ingressi, quæ iam non procul, vt quondam solebat, ab extero hoste, & transmarino maiores tuos, sed hîc præsens suo numine,

atquę

atque auxilio tuum imperium, tuumque caput ipsa defendit, vt te quem fortunatissimum, florentissimum, potentissimum esse voluit, vt Reginam alterum dimidium tui, quam omnibus hostium copijs terra, marique superatis, operæpretium tibi donauit triumphorum tuorum; vt dulcissimum tuum, desideratissimum, pulcherrimum Delphinum, vt totam Regiam Sanludouicanam familiam, quæ hactenus omnia non dubiis immortalis suæ prouidentiæ significationibus prosperauit, eadem ipsa maxima gratia, extraordinario fauore, & clariori, quàm vnquam, diuino patrocinio tueatur: vt tandem aliquando, quod Regem Christianissimum, quod patrem patriæ, quod tutorem nutriculum populi oportet, multos, quod boni omnes infinitè precantur, in annos, huius gloriosissimi clauum imperij
463 modereris, vt opibus firmus, copiis locuples, gratia florens, gloria amplus, Maiestate præpotens, clementia amabilis, virtute tremendus, prosperitate mirabilis, pace, otio, optata & expedita securitate felicissimus, plenus meriti, plenus annorum, ad Regnum Cæleste transcendas, quando Gallicum Regiæ proli Delphino commiseris: quæ studia, quas spes, quæ desideria, quas preces, quæ optata, quæ vota ego tuæ offero Maiestati, pro auspicatissimis apophoretis, ipso hoc die, ad antediem Calendas Ianuarias anni nascentis milleni sexcenteni tertij, tuæ ætatis quinquagesimi, sacri, & prosperi, atque extemplò auspicati, illo hieroglyphico eius bene-



ficij, quod Societati nascentis IESV supplici tuæ spopondisti, quod nos speramus à Regali munificentissima tua benignitate; ad laudem, & gloriam diuinæ, optimæ, maximæ, interminatissimæ Maiestatis.

Deo, ac Deiparæ laus, honor, gloria in æternitatem.



INDEX CAPITVM.

CAP.



INDEX RERVM.

A.

causa

I

L

R

Quando.

Votorum

FINIS.

E R R A T A,

præcipua, quæ operi irrepſerunt.

pag.	*verſ.*	*Errata.*	*corrige.*
31.	29.	te.ieret	te .erer
38.	1.	imitatiõe	i .uitatione
44.	25.	diuturniores	diuturnioris
46.	8.	illis:	illis,
52.	add.1	ex	in
54.	6.	omiſſum	34
64.	Add.	huniores	humaniores,
73.	11.	poſitiuæ	po.tiua
83.	22.	iudicijs	iudicijs.
85.	Add.	54.	deleatur.
		a .tiquita	antiquitas.
91.	5.	a :enatori	i .atoria
99.	2.	face	fæce
	31.	ex a	cæſa
104.	15.	crebriæ	crebræ
117.	24.	innermes	inermes
122.	add.1	capet	caput
	add.2	leges ac	ac leges
128.	32.	corruptleæ	corruptelæ
135.	18.	omiſſum	81.
144.	18.	ad	ac
145.	21.	omiſſum	90
147.	:.	dimiſſum	91
	21.	cenſeatur	cenſeatur
148.	7.	omiſſum	92
157.	2.	violeta	violenta
164.	11.	ῥυμαζε	ῥήμαζε.
		ὑι	ἥ.
	add.1	Aeſchenies	Aeſchines
169.	32.	diſſeutionū	diſſenſionum.
176.	8.	exprobata	ex probata
190.	12.	ſucc..'	ſucceſſores.
192.	8.	omiſſum	1..
203.	23.	miſ.ere	miſceri
		turbar	turbari
200.	6.	omi.. n	132
201.	2.	o.. .um	133
202.	3.	. +	134
	31.	25	135
217.	21.	ne	hinc
226.	3.	c	deleatur
247.	Addi.	dulato	adulatio.
253.	32.	.miſſum	174
260.	20.	reuellanda	reuellenda,
261.	26.	Chyrurgo	chirurgo
262.	21.	Rethoricus	Rhetoricus,
263.	1.	ſacri. Quæſitoris	ſacri Quæſitoris
265.	16.	Ar bytectoſ	Architectos
267.	28.	Ieſuitis;	Ieſuitis.
276.	20.	cundonaſſe	Condonaſſe
278.	11.	libetali	liberali
284.	1.	auteaticæ	authenticæ
	20.	teneatur	tenemur
285.	18.	autentico	authentico
292.	add.2	parricidæ	parricidæ
299.	27.	potuiſſet	potuiſſent
301.	add.1	omiſſum	Cõfictæ in quæſtione Caſtelli.
304.	4.	præcextu	prætextu
	15.	peruerſijtate	peruerſitate
	20.	omiſſum	213.
307.	26.	dietatis	pietatis
316.	8.	penſilium	penſilium
319.	32.	omiſſum	224.
322.	add.1	riminis	criminis
		libecrauit	liberauit
331.	23.	iactatu	iactatur
332.	21.	iterum	interim
333.	1.	remuneraueit	remunerarit.
334.	32.	omiſſum	237.
338.	6.	conione	concionem
	13.	memoriaui	memoraui
3..	14.	Chriſtianam	Chriſtianam:
	15.	ſenteutiam:	ſententiam
348.	30.	inerpellat	interpellat
358.	32.	ingenuit	ingenui
362.	11.	damnatur	damnetur
363.	5.	abſolurum	abſolutum
364.	16.	256.	259.
365.	13.	ex animatæ	exanimatæ
	add.2	iuſtiti	iuſtitiæ
367.	15.	miriades	myriades
37.	21.	latum:	latum,
	22.	amaſios.	amaſios
381.	addi.	deſtator	deteſtatur
386.	10.	pillum	pilum
	3.	omiſſum	277.
393.	6.	prounnciatis	pronunciatis
398.	5.	pactores	paſtores
400.	21.	ad omni æuo,	ab omni æuo
406.	7.	mentitur:	mentitur.
	8.	infelix;	infelix!
	9.	egô ne	egône
408.	4.	omiſſum	293
413.	17.	279.	297.
426.	14	edicto	edito
	8.	308.	deleatur
422.		428.	422
423.		429.	223
431.		437.	431.
432.	6.	dimediendis	dimetiendis

pag.	verſ.	Errata.	corrige.
	18.	pollitico	politico
434.	5.	fuiſſet	fuiſſe
		tacuiſſe	tacuiſſet
438.	27.	ingenios è	ingenioſè
	29.	magis , pulex	magis pulex
439.	22.	concluſerato	concluſerat
455.	add.1.	num.	55.
457.	2.	illum	vllum
459.	7.	quos vſque	quouſque
461.	23.	quod	quo
465.	8.	fidei n	fide in
467.	6.	in ſunt	inſunt
	45.	ſacrie	ſacris
	add.2.	vicentiæ	vicentia
469.	1.	vel à	vela
470.	30.	ferarumſ	ferarum
482.	30.	profidendũ	profitẽdum
492.	1.	omiſſum	359
494.	5.	præpotem	præpotẽtem
496.	14.	omiſſum	361.
	1.	deargentæ	deargentatę
509.	8.	in	deleatur
514.	21.	triũphancte	triumphãte
523.	30.	ac	hac
	27.	omiſſum	377
316.	28.	eamque	eumque
551.	1.	totoque	tutoque
554.	17.	conſeſſ	conceſſu
565.	31.	SVPERSTIONIS	SVPERSTITIONIS
566.	16.	omiſſum	412
561.	22.	omiſſum	416
566.	9.	omiſſum	418
569.	27.	omiſſum	423
575.	16.	ſpecies	ſpecie
584.	15.	ſunt	non ſunt
555.	30.	Regum	Regnum
590.	25.	cognomtẽo	cognomẽto
595.	22.	conſent	[illegible]
600.	12.	in vinctiſsimum	inuictiſsi[illegible]m
610.	27.	Beelzebut	Beelzebub
612.	add.1	Eadem	eædem
614.	29.	naſentis	naſcentis
627.		ſcexcenteni	ſexcenteni

331.	20.	Calole	Carole
149.	30.	quæ	qui
156.	19.	Cardirali	Cardinalis
274.	7.	ſardores	ſartores
287.	12.	fulguraris	fulguralis
416.	16.	cribt	erit
		oſtupeſcet	obſtupeſcet
	27.	ſtomachabitur	(adde) maieſtat e[illegible]



